

A
31
501



557


~~17. a 7.~~

~~3~~

Oranda

Remission expiatione.





Biblioteca Unversitaria

GRANADA

~~Sala~~

~~Estante~~

~~Tabla~~

Número

~~17~~
30

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala:

A

Estante:

31

Número:

501

i 11833257

GRANADA

ENLUTADA HOSPITAL REAL
GRANADA

de la comp^a de Jesus de granada B. L.

COMPENDIUM

PHILOSOPHO-R. 27457

PHIAE NATV

Del *Ab.* RALIS, del *E. Bedd.*

*
SEV

De Consideratione rerum Naturalium, earumque ad suum Creatorem reductione.

LIBRI XII.

Authore FRANCISCO TITELMANNO Haffellensi, ordinis fratrum minorum, sanctarum scripturarum apud Louanienfes praefectore.

I
N
V
I
R
T
V
E



E
T
F
O
R
T
V
N
A



LVGDVNI,

Apud Guliel. Rouillium sub scuto Veneto.

M. D. LI.



ORDO, ET MATERIA LI-
brorum duodecim se-
quentium.

- Liber Primus tractat de principiis rerum naturalium.*
- Liber Secundus, de causis rerum naturalium.*
- Liber Tertius, de motu & accidentibus eius.*
- Liber Quartus, de infinito, loco, vacuo, & tempore.*
- Liber Quintus, de generatione & corruptione rerum natu-
ralium.*
- Liber Sextus, de meteorologicis impressionibus.*
- Liber Septimus, de cælo & mundo.*
- Liber Octavus, de anima in generali, & de potentiis vege-
tatiuis, de q̄ longitudine & breuitate vita.*
- Liber Nonus, de sensibus exterioribus, & eorū sensibilibus.*
- Liber Decimus, de sensibus interioribus, de q̄ somno & vi-
gilia.*
- Liber Undecimus, de intellectu & precellentibus eius offi-
ciis.*
- Liber Duodecimus, de appetitu sensitivo & voluntatis pre-
cellentia.*

OPTIMAE STV-

DIORVM PARENTI, SEMPER VE-

nerandæ Artium liberaliũ Facultati, in præcla-
ra Louaniẽsi Academia creditos alumnos

fidelissimè educãti, Frater Frãciscus

Titelmãnus Hassellenfis humi-

lis eiusdem discipulus cũ

omni reuerentia hu-

mille offert ob-

sequium.



V *M* ante annos aliquot, optima studiorum parens,
è tuo gremio ad sacram Minorũ Fratris religionẽ me
contulissẽ, ac nõ multo post superiorũ imperio (qui-
bus reluctari nec poterã, nec debebam) cõpellerẽ ad eã
doctrinã fratribus cõmunicandam, quã è tuis suxerã
benignissimis facõdisimũq; vberibus, id est, ad prælegendas Philoso-
phicas disciplinas, vt mihi iniunctũ obediẽtia mandatũ pro fratrum
simpliciũ utilitate, quã possem fidelissimè perficere, visum fuit hoc
mihi bonũ consiliũ, vt ea que olim tuo insidens gremio, partim à do-
ctissimis præceptoribus (cuiusmodi semper plurimos alii) viue vocis
magisterio acceperam, partim ex mutorũ magistrorũ scriptis, id est,
eruditorũ Philosophorũ libris, pro ingenio mei tenuitate hauseram,
succinctè breuiterq; velut in compendiu colligerẽ, & nihilominus lu-
cidè & ordinatè quantũ possem omnia disponẽs, nihil eorũ qua essent
necessaria omitterem. Sic enim simplicium fratru conditioni iudicauĩ
vtilius, vt pote quibus bona diei, noctisq; pars diuinis hymnis decãtan-
du, sacris peragendis mysterijs, & circa proximos exercendis hierar-
chicis actibus foret impẽdenda, ita vt ad Philosophie studia minimũ
temporis superesset, neq; vacaret eorum qui pleniũs illa tractarũt, pro-
lixos & difficiles commentarios euoluere. Ad physicam autem disci-
plinam in compendium contrahendam meum desiderium peculiariter
etiam illud accendit, quòd hanc rem à nemine hactenus tentatam cõ-
spicerem. Nam in Dialecticis, vel vsq; ad nauream abunde multos
inuenias, qui totam librorum seriem per ordinẽ sunt prosequuti. Ha-
ctenus autem qui Physicæ disciplina amplitudinẽ cõpendio strinxis-
set (quod ego quidẽ scia) extitit nemo. Ac proinde videbar mihi ope-
re preciu facturus, si tam cõmoda oblata occasione, quòd animo inse-
derat, opere perficerẽ. Neq; enim minimã præstare mihi videtur stu-
dijs utilitatem, qui ea que à prioribus multa prolixitate & obseri-



tate tractata fuere, sua industria atque diligentia in compendiosam ordinatamq; breuitatem laborant contrahere. Quos enim inuoluta prolixitas molestaq; difficultas deterrent, plerunque grata breuitas & compendiosa facilitas ad honesta studia inuitant. Super hac vero propositum nostrum vehementer adiuuit, animumq; addidit, quod videbam physicam disciplinam, si recte & pro sua dignitate tractaretur, ad sacram Theologiam plurimum omnino habere momenti, & ad Dei pleniorum cognitionem; neq; ad Dei tantum cognitionem, verum etiam ad Dei excitandum amorem, mirum in modum conducere: quae duo (nempe Dei cognitio & amor) omnium debent esse honestorum studiorum vltimus atq; praecipuus finis. Et gestiebat animus, hac in parte aliquam tibi, optima mater, ostendere gratitudinem: videlicet demonstrando eas disciplinas, quibus tibi creditos alumnos instituis, non solum ad eruditionem absolutam esse omnino necessarias, verum etiam ad pietatem (quae ad omnia utilis est) plurimum conducere: vt merito sanxerint venerandi Theologorum Magistri, neminem vlllo Theologiae titulo insigniendum, itidem & medicinae honorandi ex sacra pagina instructione professores, neminem ad suae professionis vlllum gradum admitendum, qui non prius in tuo gremio fatus, tuoque saluberrimo lacte pastus fuerit, imò & ablactatus: videlicet hoc ipso suo iudicio manifestissime attestates, quod nulla omnino disciplina (neq; quae ad corpus, neq; quae ad animam spectat) absq; tuae institutionis praefato fundamento, solida possit consistere. Nunquam enim viri prudentissimi id status educti cauissent, nisi prorsus solido veritatis cibo ineptos iudicassent, quos non tu prius tuo lacte potasses. Itaq; cum hos Physicae considerationis libros Physicae disciplinae hoc compendium, multorum precibus importunis diu multumq; sollicitatus tandem acquiescens amicis postulationibus in lucem edere decreuisssem, post Deum omnis boni primum autorem & omnis parentem veritatis, non inuenire potui in terris, cui hunc laborem iustius possem quam tibi, mea nutrix, mea forrix, mea opima mater, dedicare ac nuncupare. Est enim haec Dei institutio, vt singula vnde effluit, illuc & resurgant. Ad locum (inquit sapientissimus ille rerum naturalium investigator Ecclesiastes) vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Quae nos ergo primum quidem à Deo omnis veritatis doctore, post hunc autem ex tua institutione accepimus, iustum est illi vt primario datori per gratiarum actionem accepta referri, ac deinde in te quoq; vnde nobis effluxerunt resurgere. Si vero hunc nostrum laborem tibi non ingratum, ac tuis alumnis non inutilem compererimus, quod nunc in Physica disciplina egimus, forsitan & in Dialecticis aliquam

quando tentabimus. Puto enim & illic laborem superesse Christiano operario, hactenus à nemine susceptum, quo mirum in modum illius quoque disciplina dignitas possit exaltari. Qui te suorum puerorum nutricem instituit, ipse te quoque felici statu conseruet, & multa semper prole fecundet, ut sis quasi vitis abundans in lateribus domus eius, sintque filij tui sicut nouelle plantationes oliuarum, in circuitu delicatissime mensae tuae.

PSALMVS VNCVPA

TORIVS OMNIVM CREATORI,
TRINO ET VNO DOMINO.



IDEBAM ego librum latum, pulchrum, & magnum, & vterum eius quasi gravidatum, & tanquam pregnantem conspiciebam in visione mea.

Intendi mentis aciem, & vidi de vtero eius enasci libros plurimos: & contemplantur si non imminueretur partu tam multiplici gravidatus vterus.

Non potui considerare imminutionem eius: quanto plures prodibant fetus, eo magis videbatur intumescere.

Dimicabant secum intra me cogitationes meae: & cogitabam varia, voluebamque plurima, quoniam tenebar rei miraculo.

Mulierum partus me docuerant, fetus egresso abscedere collem vteri: monticulus, quem gignit latens in occulto, cadere solet egresso vagiente.

Propterea tenebat me rei nouae miraculum: & luctabar ego cum cogitationibus meis, neque mueniebam exitum.

Feci mihi scalas altas, ut introspicerem in vterum libri: erat enim excelsus & eleuatus longe supra paruitatem meam.

Datum est mihi post laborem multum introspicere à longe: contemplatus sum (sed plusquam caligantibus oculis) quid inhabitaret in vtero, aut quae esset huius causa miraculi.

Contemplans video vterum velut abyssum: & qui se habet in eo, non poterat videri, neque mensura, neque erat finis magnitudinis eius.

Desij admirari postquam videram: dixi enim, quomodo minuetur vterus, qui in se habet inhabitantem infinitum & immensurabilem?

Quid enim si egrediuntur ex illo fetus par uuli, quando manet intra vterum ipse de quo fetus procedunt, maximus & implens omnia?

Parabola hac quam assumpsit, consistetur gloriam illi qui creator

est & dominus omnium, tibi dominator domine, pater sancte rex cœli terre, & marium.

Tuam gloriam eloquitur similitudo mirabilis libri huius: & ad te pertinet gloria inhabitantis in eo.

Tu fecisti librum magnum & latum: vniuersam hanc mundi machinam spatiosam & speciosam valde tu creasti.

Scriptisti in eo mirabilia multa & magna, incerta quoq; & occulta sapientiæ tuæ impressisti in eo.

Immensam potentiam tuam, & incomprehensibilem sapientiam descripsisti in eo: inestimabilem quoque bonitatem & perfectionem tuam.

Singula quæ sunt in eo creaturæ, singule sunt pagine libri, singuli sunt characteres, singule perfectiones, quæ inueniuntur in illis.

In oculis omnium legendum exposuisti librum istum: volumē hoc voluisti facis atque reuolui, ante conspectum omnium populorum.

Legunt in eo quibuscunque leuare placuerit oculos: intellectum quoque das omnibus, qui pro corde abs te poposcerint.

Veruntamen intra vterum illius tu posuisti habitationem tibi: intimus enim es & presentissimus machinæ quam creasti, quicquid est creatum penitissime inhabitans.

Considerauerunt librum hunc plurimi, & viderunt quoniam esset fecundus nimium: & de libro hoc ediderunt libros sine numero.

Viderunt quoniam ad intelligendum esset liber difficilis sectatoribus suis multiplicatione verborum atque librorum conati sunt explanare illum.

Magi, Sophi, atque Philosophi innumeri, operam impenderunt in considerandis paginis libri huius: te quoq; autore inuenerunt nō pauca veritatis tuæ, quam descripserat in illo.

Inuisibilia enim quæ de te cognosci poterant, per sacram tuam fecisti intellectu ab illis conspici: sempiternam potentiam, virtutem, & bonitatem tuam.

A te procedebat quicquid describebant veritatis tuæ: à te nanque pater luminum est omnis veritas, & tu manifestaisti illis.

Veruntamen vanitates multas immiscebant veritati modicæ: erroribus multis ac vanis opinionibus nimium erant permixta eorum omnia.

Non enim lumen plenum erat in oculis eorum: & quasi sine lumine excæcatis oculis legentes, non potuerunt quæ descripta erant penitus cognoscere.

Excecauit enim eos affectus non bonus: nequam oculus totum corpus

7
Dus fecit esse tenebrosum.

Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, quia non dederunt gloriam deo cæli, qui creauit omnia.

Cum adorare debuissent, populisque adorabilem predicare, quem in lectione libri huius cognouerant: dissimulare maluerunt: seq; glorificare magis concupierunt, quam creatorem deum.

Quomodo paruuli in libro formulis pulchris decoro herent in flosculis paginarum, neq; perpendunt quæ descripta est in eo, veritatem.

Ita aspiciabant isti in creaturarum pulchritudinem, suntq; oblectati in eis: veritati autem quæ continebatur, quæq; parata sese erat aperire legentibus, non intenderunt cultu debito.

Propterea non sunt inuenti digni ampliore lumine: quoniam acceptis male vsi deprehensi sunt.

At vero, ubi venit plenitudo temporis, vt sanaretur cæcitas generis nostri: misisti tu domine lucem tuam, quæ illuminat omnem hominem.

In hoc lumine salubriter iam legimus librum istum qui ante fuerat sterilis: docet enim nos scientia salutari fidei, in vniuersa te venerari creatura tua.

Qui attentè in lumine spiritus tui considerauerit opera tua delectabitur suavissime deus, autor omnium, in factura tua.

Inueniet in ea materiam laudis quam recitet tibi confessionis, amoris, & sancti desiderij.

Qui enim opificem diligit, quomodo non oblectabitur in opere eius? quomodo non reficitur operis contemplatio memoriam artificis, & confirmabit desiderium eius?

Ita pater sancte, creator omnium, hoc animo descriptus in consideratione creaturae tuae: in adminiculum simplicium quibus placitum erit tuorum operum attentius aliquid perspicere.

Quæ veteribus illis Philosophis qui ante lucem surrexerant manifestasti: ubi consentanea inuenimus veritati, vendicauimus in vsu nostrum.

Nihil enim immundum putamus, quod sanctificatur & purificatur in fide tua: non sunt abominandi thesauri Aegypti, cum consecratur tabernaculo tuo.

Quæ vero supra sensum sunt hominū, & quæ ratio monstrare non potuit ex viris quos sacer tuus illustrauit radius, d' sumpsimus ea.

Ita pater, collecta hac labore nostro offerimus tibi: propter tuam gloriam descriptus tuae quoque mancipamus gloriae.

Confido enim, quod falsitas non inueniatur in opere isto, neq; mendacium. omnis autem veritas tibi debet consecrari, qui es deus veritas.

In hoc autem potissimum tu nosti fuisse conatum nostrum: vt formulam preberemus philosophari cupientibus, qua in te discerent regere omnem considerationem suam.

Non enim ignoras, quanta sit in te ista abusio: & quam rarus sit qui sic doceat contemplari creaturam tuam, vt tibi accedat gloria, tu optime habes cognitum.

Praua curiositas in feces abducit multos: in profundum facit immergi, vt ad te non leuent oculos.

In spinis & vepribus haerent plurimi, & dilacerentur in cogitationibus & adinventionibus ingenij sui.

Qui autem te quaesierint in horto creaturarum tuarum, inuenient fragrantiam flosculorum honorum: & qui cognitionis tuae maiestatis aptauerit omnia studia, ipse pascetur in delicijs tuis.

Suscipiat itaque dominus meus quae offert tibi seruulus tuus: seruum de rosis horti tui suscipe de manibus pueri tui.

Fac prosit olfacientibus illud, & excitatos odore creaturae tuae, subuehe in amorem sanctum tuum.

Ego vero sperabo in misericordia tua: & adijciam semper super omnem laudem tuam.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

9

P R A E F A T I O I N

S E Q U E N T E S D V O D E C I M L I

bro de consideratione rerum naturalium.



*

D omnipotētis Dei gloriā, patris, filij, & spiritus sancti, omnium & spiritualium, & corporaliū conditoris æterni, rerū naturaliū considerationē pertractare cupientes, cōgruū existimauimus, ea quæ à Philosophis naturæ inquisitoribus, longe latēq; disputata atq; modis variis diffuse tractata sunt, succincte breuiterq; colligere, ac veluti in cōpendiū redigere; vt qui ad creatoris meliorē pleniorēq; notitiā creaturā considerationē fortē exquisierint, nostro hoc cōpendio præcauere valeāt temporis omniū preciosissimi damnosa dispendia. Neq; enim dubiū est, quin creaturarum visibilium & rerum naturalium recta cognitio plurimum omnino habeat momenti, ad omnipotentis dei pleniorē cognitionem, apud eum, qui fidei lumine illustratus interius, quæcunq; oculis foris contemplatur, aut naturali etiam ratione ex eisdem venatur, in deū studet creatorem regerere, atq; eius potentiā, sapientiam, & bonitatem contemplanā omnia referre. Siquidē inuisibilia dei (quemadmodum Apostolus ait Romanis scribens) à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur sempiterna quoq; eius virtus atq; diuinitas: ita vt inexcusabiles sint, qui ex creaturarum cognitione non studuerint dignas creatori gratias referre, cultūq; debito famulari. A magnitudine enim speciei & creaturæ (vt Sapiēs alius attestatur) cognoscibiliter poterit creator operum mirabilium, quæ mundus iste habet, videri. Neq; difficile erit iis in quibus est sciētia dei, cum specie delectantur mirabilium quæ habet mundus, virtutemq; & operum mirati fuerint, intelligere ex his, quanto eorum dominator est speciosior: qui hæc omnia cōstituit, & quāto fortior est illis, qui de nihilo fecit omnia. Hunc ergo nostræ considerationis scopum habentes propositum, ex iis quæ à naturalium rerum tractatoribus fusius tractantur, velut ex immensa sylua, præcipua quælibet colligere

Roma 1.

Sapien. 13.

curabimus: ea potissimum quæ nostro maxime deseruere
 queant instituto, iis reiectis, aut certe relictis, quæ minus vi
 debetur nostro proposito opportuna. Solent enim ex iis
 qui naturalia tractant, nonnulli acuta quidè & subtilia multa
 disserere, quibus sua ingenia ostentando aliena exerci-
 tèt, ea vero in quibus pietatis est quæstus vberior, vel ne-
 gligere, vel sicco pede pertrāsire. Nos verò institutū con-
 trariū animo propositū habentes, nemo calūnietur, si quæ
 eiusmodi sunt nos videat vel prætermisisse, vel parcius
 attigisse. Ob quā etiā causam in libris sex posterioribus,
 multa verborū copia, & similitudinū multipliciū addu-
 ctione, conati sumus pro virili nostra, quā lucidissime ple-
 nissimeq; omnia tractare: cū in libris prioribus (maxime
 autē in tertio, quarto, quinto, & sexto) breui plerūq; ser-
 mone rē tātū perstringētes, potius eā indicemus, quā peni-
 tus explicemus. Videmus enim ea quæ in posterioribus li-
 bris tractantur, multo magis ad dei cognitionē & scientiā
 veritatis esse vtilia atq; necessaria, quā ea quæ in priori-
 bus illis enumeratis libris traduntur. Proinde nemo nostrū
 calūnietur propositū, vbi præter quorundā consuetudinē
 (qui prioribus maxime inherēt, posterioribus vel in totū,
 vel certe magna ex parte neglectis) nos viderit egisse. Si
 quidē non tā ad ingenij exercitationē, quā ad pleniorē
 de deo cognitionē & pietatis qualemq; venationē, nos-
 ter iste labor desudauit. In scribēdo autē hac libertate vti
 sumus, vt nullius scriptoris ordine nos pateremur cōstrin-
 gi: sed nostro iudicio, vbi cōmodissimus visus est locus, sin-
 gula locauimus, quæ prolixius dicta videbantur plurima
 abbreviantes, vt compendij scriptorem decebat, nonnul-
 la contractius dicta, quātū vtile videbatur, latius explicā-
 tes, nonnunquā humanis diuina, tēporalibus æterna, ex fi-
 dei illuminatione cōmiscētes, vt ne purus esset Philoso-
 phiæ hic tractatus, sed Philosophiæ pariter & Theologiæ
 commixtio. Non est enim dignū, vt ab vllius Christiani
 scriptoris operibus alicubi abūt deus, qui cælum & ter-
 ram sua maiestate adimplēs, sicut creauit, ita & continet
 omnia, qui est benedictus in secula, Amen. De rebus igitur
 naturalibus hac ratione tractare volentes, ab ipsis ea-
 rum principiis exordiemur determinationem, si prius quid
 res naturalis sit, quidq; natura, breuiter explicauerimus.

LIBER PRIMVS

QVI EST DE PRINCIPIIS
rerum naturalium.*Quid sit res naturalis, & de quibus sit in presenti libro tra-
ctandum.*

CAP. I.

Es naturalis dicitur quæ ex natu-
ris constat.

Quæ secūdū Græcam appellationem, alio nomine corpus physicū siue res physica solet appellari. Siquidem Græcis φυσικόν, idem est quod Latinis natura. Res naturales sunt, omnia corpora quæcūq; ex materia & forma componuntur, vt cæli, elementa, & quæcūq; sub eis sunt mixta, siue animata, siue inanimata. Angeli autē res naturales non sunt, eo quod ex naturis nō componantur, sed puri actus sunt & formæ immateriales. Et de his quidem rebus quæ naturales non sunt, in his libris per se tractare non intendimus, sed de rebus tantum naturalibus, quæ sunt subiectæ sensibus. Nonnunquam tamen vbi se occasio obtulerit, si de illis quoque nonnihil dixerimus, non prorsus nostro instituto contraibimus, quandoquidem proximæ sunt deo mentes angelicæ, & corporeis omnibus illi accedunt vicinius. Atque ob hoc, cum à corporeis rebus ad deum transire contendimus, commodius velut mediam interiicimus, quo sic velut gradatim, ab imperfectioribus ab perfectiora, in deum qui est perfectissimus, ordinatius dirigamur. Erit ergo rerum naturalium determinatio, nostræ considerationis præcipua materia: Dei autem cognitio, considerationis ipsius primaria intentio: angelicæ verò naturę sicubi admiscebitur mentio, ad priora nonnihil præstabit adiumenti.

Quid sit natura & quotuplex.

CAP. II.

Natura est substantiale principiū, mutationū atq; accidentium formarum rei cōuenientiū, vel effectiuum vel susceptiuū. In qua definitione posita disiunctiua cōiunctio, duplicē innuit naturā, quarū altera sit principiū effectiuū, nepe substantialis forma: altera vero susceptiuū principiū,

Hæc tractat Arist. initio. 2. lib. Physicorum.

Arist. 2. Phys.

cipiū nempe materia. Omnes enim mutationes & disposi-
 tiones accidentariæq; formæ rebus naturalibus cōuenien-
 tes, efficiūtur ab earū formis substātialibus, & cōseruan-
 tur ab eisdē, quæadmodū calor ignis, à forma substātiali
 est eius, & cū aqua violenter calefacta ad frigus redit, à
 forma substātiali frigus illud efficitur. similiter & cum
 ipsa nimiū rarefacta, ad iustam densitatē se reducit. Ignis
 quoq; per formā suā, se mouet sursum: lapis deorsum, itē
 per suā formam. Non solū autē qualitates conueniētes, &
 motus ad proprias perfectiōnes, à forma sunt, verū etiam
 operationes omnes & motus omnes illis naturaliter con-
 ueniētes, quibus agūt in exteriora. Vt cum ignis agit in a-
 quā, aut in aliam quālibet materiā, calefaciedo, incēden-
 do, sibi assimilando, à forma substātiali fiunt hæc omnia.
 Materia verò subiectū & receptaculū, in quo cōseruātur
 & permanent quæcunq; rei cōueniunt, ad actionē autem
 nō concurrat. Propter quod, passiū tātum principiū est,
 non etiā actiū. Cæterū, quod in definitione dicebatur
 principiū substātiale, excludit accidentia omnia, quo mi-
 nus naturæ dici possint. Sunt enim quædā accidentia, quæ
 vidētur quarūdā mutationū rebus cōuenientiū quædā ef-
 fectiua principia: quæadmodum (exempli gratia) ipsa
 ignis leuitas, causā quodāmodo est & principiū quoddam
 motus eius sursum: & ipsa lapidis grauitas, principium
 quoddā est motus eius deorsum. Sunt enim quædā princi-
 pia, & quædā causæ secundariæ horū motū, & velut in-
 strumenta, quibus mediantibus formæ ipsæ substātiales
 vt principalia principia & causæ primariæ, motus eiusmo-
 di efficiūt. Nō sunt autē naturæ, quoniā principia substā-
 tialia nō sunt. Est enim principiū substātiale, quod rē sub-
 stātialiter constituit atq; cōponit, quæadmodū videlicet
 ex materia & forma cōponuntur res naturales, tanquā ex
 suis partibus essentialibus atq; substātialibus, à quibus
 naturis duabas, res naturales denominātur. Non autē ex
 leuitate, ignis cōstat, neq; ex grauitate lapis. Quare neq;
 naturæ rerū dicendæ sunt, sed potius entia secundum na-
 turā, quæadmodū infrā plenius declarabitur. Cæterū Ari-
 stote. in 1. libr. de Physico auditu, obscuriorē quidē ver-
 bis, sed in sentētia æquiualentē ponit definitionē, quæ ex
 prædictis euadet facilior. Sic itaq; naturā definit Aristot.

Natura

Natura est principium quoddam & causa, vt id moueatur atque quiescat, in quo primo per se, & non per accidens inest.

Quæ quidē definitio, conformiter ad prædicta, sic debet intelligi: Natura est principium quoddam, id est, substantiale principium, siue effectiuum, siue susceptiuum: & causa, siue materialis, siue formalis, siue effectiua, siue conseruatiua: principium (inquam) & causa, vt id moueatur atque quiescat, in quo ipsum tale principium inest, hoc est, motus vel quietis rei naturalis, in qua tale principium est: primo, id est, principaliter per se, id est, tamquam pars essentialis ipsius rei naturalis: & non per accidens, id est, non sicut aliquid accidentaliter inexistens, vel essentialiter extraneum. Vbi hoc peculiariter notandum est, coniunctionem copulatiuam: Atque loco disiunctiuæ coniunctionis accipiendam esse, vt sit sensus, principium quoddam vt id moueatur vel quiescat, &c.

Quæ dicuntur habere naturam & entia secundum naturam.

C A P. I I I.

Naturam autem habent, quæcunq; tale principium habent.

Hoc est, Naturam dicuntur habere, quæ formam substantialem & materiam sub nomine naturæ prius definitas habent tamquam partes essentielles sui. Huiusmodi sunt omnes & solæ substantiæ corporales, quæ supra dictæ sunt res naturales. Excluditur autem ab hac definitione materia (quæ formam in se videtur habere) eo quod ipsam non habeat tamquam partem essentialē sui, cum sit omnino simplex & incomposita, tamen si cum forma vnum tertium constituit, cuius pars existit. Definitio autem entium secundum naturam, hæc est. Secundum naturam sunt, & hæc ipsa, & etiam ea quæ hisce per se competunt.

Quæ definitio sic intelligitur, Entia secundum naturam dicuntur hæc ipsa, id est, res habentes naturam, & ea quoque quæ rei secundum naturam conueniunt, &c. quemadmodum accidentariæ dispositiones & motus rebus naturalibus conuenientes, dicuntur esse eis secundum naturam: vt igni secundum naturam sunt calor, siccitas, raritas, leuitas, motus sursum, calefacere, exiccare; atque secundum naturam sunt frigus, des-

tas,

tas, grauitas, humiditas, motus deorsum, frigefacere, atq; ita in cæteris. Quæ verò naturæ rei nõ cõueniunt, nõ sunt entia secundũ naturam, vt quæ ab extrinseco per violentiã, rei cui libet imprimuntur, quẽadmodũ in aqua calor, & in lapide motus sursum, ignis percussio ad locũ deorsum.

Quid ens cõtra naturã.

Et quidẽ si forma rei contrariante, per violentiã prædominantis agentis hæc fiat impressio, dicuntur entia cõtra naturã, quẽadmodũ exẽplũ est in iis q̃ statim posita sunt. Cõtrahitur em̃ forma aquæ, ne calorẽ suscipiat, licet p̃ualẽs ignis imprimat eũ violẽter: & lapidis forma, ne ipse moueatur sursum cõtrahitur, quærẽs magis moueri de-

Quid sit præter naturã.

orsum. Itidẽ & forma ignis, motui deorsum reluctatur. Si vero id quod ab extrinseco imprimitur, nõ repugnat naturæ, neq; introducatur cõtrahente natura, sed p̃mittẽte (eõ q̃ sicut nõ cõuenit, ita ei nec aduersatur neq; officit) præter naturã id esse dicẽdũ est, quẽadmodũ impressus in lapidẽ imperus ad motũ lateralẽ in loco plano. Hic enim motus sicut lapidi secũdũ naturã nõ cõuenit, ita secundum eã nec aduersatur, vnde præter naturã dicendus est. Hæc vt magis clareant, ponit Arist. hanc diuisionem. Eorum quæ sunt, quædam sunt natura, quædam ob alias causas.

Cuius hic est sensus, Rerum productarum, quædam à natura naturaliter agente producentur: aliæ aliis à causis, quippe ab arte, à libera voluntate, casu aut fortuna, quorum exempla ex sequentibus patebunt.

De rerum naturalium principijs in genere, atq; tribus eorum conditionibus. CAP. IIII.

DE numero & assignatiõne principiorũ rerũ naturalium, varie admodũ senserunt veteres Philosophi, quorum vt nõ est admodum operæ pretiũ, ita neq; propositũ singulas sigillatim sententiã adducere, aut errores impugnare. Si quem fortẽ oblectant eiusmodi, is Aristotelẽ consulat 1. Physic. lib. quem de principijs rerũ naturalium scripsit, & abunde illi (ui fallor) forsitan & vsq; ad nausẽ, erit satisfactũ. Nos verò Aristotelis sententiã (qui cæteris certiora magisq; cõsentanea in Philosophicis reb̃ descripta reliquit) in sequẽtes atq; adeo veritatẽ ipsam quã fidelium doctorũ omnium vnanimis firmat cõsensus, duo tantũ rerũ naturalium

naturaliū principia ponimus, nēpe materiā & formā, q̄ substācialiter (vti suprà dictū est) rē naturalē cōstituūt. Priuatio enī, tāctū (vt post dicitur) principiū trāsmutationis rerū naturaliū admittat, nō tamē principiū rerū naturaliū admitti debet, cū res naturales ex priuatiōe nō cōponant.

Principia igitur prima rerum naturalium sunt quæ neq; ex sese mutuo, neque ex aliis fiunt, & ex ipsis omnia esse oportet.

Ex qua descriptione tres colliguntur eorū cōditiones: quarū prima est, vt simplicia sint penitus, & ex aliis nō cōposita. Quod intelligi debet de partibus alterius ratiōis, siue de partibus essentialibus. Nā materia oīs, ex partibus cōponitur tanquā integrantibus ipsam, non autē ex partibus alterius ratiōis siue essentialibus. Quælibet enī materiæ pars, eiusdē ratiōis & speciei est penitus cū tota ipsa materia. Nō tamē cōponitur ex aliis partibus essentialibus, quasi ex alia vltcrius materia ipsa cōponeretur: alioq; processus fieret in infinitū. Sic & formæ substāciales oīm rerū naturaliū, præter animā rationalem, partes habēt integrates ex quibus cōponuntur. Sunt tamē etiā ipsæ rerū principia, neq; ex vllis partibus essentialibus cōponūtur.

Tres conditiones principiorū posite ab Aristot.

Secūda cōditio est, vt non cōponātur ex se inuicē. Materia enim nō est ex vlla forma cōposita, neq; formā vllā in se habet ex qua cōponit; neq; itē forma, materiā habet pro parte sui. Ex quo patet, secūdū eos q̄ formā corporeitatis distinctā ponūt in corporibus à formis vltimis, cōpositū illud ex materia prima & forma illa corporeitatis, nō esse principiū rei naturalis, tāctū pars sit ipsam cōponēs, qm̄ simplex nō est, sed ex materia & forma cōpositū. Tertia verō cōditio est, vt ex ipsis res oēs naturales substācialiter cōstituātur. Quā cōditionē manifestū est materiæ, & formæ cōuenire. Oīs siquidē res naturalis, ex materia, & forma, tanquā ex partibus essentialibus, atq; substācialibus cōstituitur. Huius autē cōditionis defectū, formæ artificiales (vt forma statuæ) principia nō sunt, qm̄ ex ipsis nulla res naturalis cōponitur, sed tātum artificialis, vt ex forma statuæ cū materia cōponitur statua, q̄ est opus artis, nō res naturales. Hic animaduertēdū est, illud esse principiū rei naturalis, ex quo videlicet ipsa res (tanq̄ pte essentiali)

intrin

intrinseco cōponitur: iuxta interpretationē conditionum positarū, & principiū transmutationis rei naturalis: quod videlicet ad rei naturalis generationē seu productionē requiritur: siue in generato postmodū maneat, siue nō. Priuatio siquidē formæ substantialis ad generationē requiritur: in producto tamen nequaquā mansura. Nihil enim potest generari substāiale, absq; formę præexistētis in materia expulsionē. Nā ex homine cadauer nō fit, nisi ratio frantiali cedēte. Siquidem incōpāsibiles hæ formæ sunt. idem in cæteris videre est. Sunt itaq; tria transmutationis rerum naturalium principia. sed non item tria rerum naturalium principia. Duo enim sunt, & non plura.

De materia, vt est alterū principiū rerū naturalium. CAP. V.

Aduertēdum est autē hoc loco, cū materiam dicimus rerū naturalium esse principiū, eamq; alteram esse naturā, accipi debere nō (vt vulgo solet) pro qualibet materia etiā artificiali, quemadmodū aurum, argētum, siue lignū statuæ ex aliquo ipsorū factæ, dicitur esse materia. Pro quo est intelligēdum duplicē distingui solere materiam nempe primā, & secūdā. Secūda materia dicitur, quæ ex alia vterius materia tāquā ex parte essentiāli cōponitur, neq; pura potētia est, sed formam etiā in se includit, vt partē substāialem sui. Quēadmodum cum in exemplo suprā adducto, aurū vel argentū dicitur materia statuę aureæ siue argēteæ, quoniā ex ipsa & forma per artē introducta, una cōponitur res artificialis, quę statua dicitur. Nō est tamē aurū materia prima, sed secūda tantū, quoniam priorem habet aliam, in quam vt in partē resoluitur, ex qua simul cū forma sua substāiali cōponitur. Sic itē cōpositū ex materia prima & forma corporeitatis, materia prima nō est, sed secūda tantū. Atq; hanc quidē materiam secūdā, nō est difficile ne rudibus quidem intelligere. Cæterum ad intelligendū secundū veritatē & proprietatē, quid sit prima materia, quæ hęc natura esse dicitur, & principiū alterū substāiale rerū naturalium, subtiliorē adhiberi oportet mentis contēplatio nē, & intelligentiæ aciē fixius intendere. Neq; satis rectē potest intelligi, nisi per comparationē ad formā, quēadmodū ait Aristoteles, materiā per analogiam ad formam esse

Dictū Aristotelis nota tu dignum.

esse cognoscibilem, id est, per comparationem & relationem ad formā, sicut & omne relatiuum per collationem cum suo correlatiuo melius atque perfectius intelligitur, neque satis vnum absque altero potest agnosci.

*Quid sit materia prima, & quomodo cognosci debeat, quodq;
non sit proprie ens nominanda.* CAP. VI.

EST igitur materia prima, primū vniuscuiusque subiectū, ex quo quippiam eo fit pacto, vt non per accidens inlit: & si corrumpitur, ad hoc vltimum sanè proficiscetur.

Quorū verborū hæc est sententia, materia prima est subiectū primū & vltimū omnis formæ, tam substācialis quā accidentalis, & velut nouissimū substerniculū, quod in se formā substantialem recipit, formæq; substernitur, cū ea rem naturalē pariter componens, ita vt si quā rem naturalem per ablationē omniū formarum corrumpere contingeret, ad ipsam materiā nudā deueniendū esset. verum hoc impossibile, quemadmodū & ipsam materiam omnī forma spoliari. Vbi cū dicitur subiectum primum & vltimū, excluditur omnis materia secunda. Ipsa enim tamen si alterius formæ subiectū sit, subiectū tamē primū siue vltimum nō est, quod ex sua materia & sua forma tanquā ex partibus cōponitur, sed vltius siue prius subiectū habet, illud formæ habitaculū & substerniculū, quod in re formam nullā habet tanquā sui partem, sed tantum accidentaliter velut hospitem recipit formam substantialem, vt vnā cū ea nō seipsam, sed rem naturalem cōponat. Materiam ergo primā intelligere volens, ad illud substerniculum vltimū debes intellectū cōvertere, in quo nō includatur tanquā pars eius vlla omnino forma. Donec enim formā simul intelligis vt partē, materiam primā nō cōcipis.

Materia enim ex sese pura potētia est, & quasi nihil per se, hoc est, nullā formam sibi habens intrinsecam, ex qua cōponatur neq; ad aliquod particulare esse determinata, cū formā nullā habeat intrinsecā, cui⁹ est dare esse determinatū, sed fieri ex ea potest quodlibet, secundū adueniētium formarū varietatem. Itaq; per se quidē nihil esse videtur materia, nec simpliciter ens dicenda, neq; simpliciter res, neq; bonū, sed quasi nihil. Est enim nihilo vicini-

b



Materia prima nihil vicinissima.

forma & inter oia quæ à deo creata sunt aut facta, imperfectissima. Quare inter omnia, ab optimo & summo & verissimo ente Deo dño quàm longissimè distat, cū ipse sit esse plenissimū & perfectissimū, actusq; purissimus nihil habēs potētiae admixtū. Illa verò est mera potētia, nullā habēs essentialitē stabilitatē, nullūq; propriū esse, sed à forma tantū quodāmodo esse mutuatur accidētale, vt quoties de forma in formā trāsit, toties suū quod habet accidētariū esse, cōmutet. Quēadmodū accidentiū subiecta, quoties de accidēte in accidēs transeūt, prius esse accidētale, quod secundū formā abeuntē habebāt, perdunt, & nouū esse accidētale, secundū qualitātē aduenientē, acquirunt. Veluti cū homo qui albus erat, fit niger, perdit esse albū quod habebat, & acquirit esse nigrū quod nō habebat. Ita cū materia prima de forma aquę sub qua fuit, mutatur vt sit sub forma ignis, desinit esse materia aquę, & fit ignis.

Quemadmodum materia non sit actiua, & à Deo longissimè distet.

CAP. VII.

Illud verò de materia diligenter cōsiderandū est, quòd mera potētia sit, nihil actus in se essentialiter habēs, ac proinde susceptiua tantū est atq; passiua, nulla autē ratio ne actiua. Forma enim est à qua est esse, ipsa etiā est à qua omnis procedit actio atq; motio, & omne quod agit, per formā agit: quemadmodū & omne quod est, per formam est hoc ipsum quod est. Vnde quāto formę rerū sunt perfectiores, tantò res ipsę quarū sunt formę, nobiliores habēt actiones, atq; dispositiones perfectiores. Quēadmodum anima rationalis (quæ est omnium formarū nobilissima) nobilissimas dat homini præ omnibus creaturis operationes, quēadmodū & cœlestes formę, suis corporibus dāt potētissimas. Vnde & formę illæ immateriales (cœlestes dico spiritus) quæ sunt formę per se subsistentes, & actus puri, nō potētes cū materia cōmisceri, potētia atq; virtute lōgè superant cætera creata omnia, atq; adeò rationalē ipsam animā, quatenus cū materia habet naturale cōmmerciū. Et super omnia benedictus deus qui est forma perfectissima & actus purissimus, super oēs formas alias creatas, materiales & immateriales, nihil prorsus habens admixtū potētie, in infinitū potētia, virtute, sapiētia, & omnibus perfectiōibus supereminet creatis omnibus quā-

tum

tumuis in suo genere præcellētibus. Quæ in re meditatio sese offert nō iniucūda, ei qui in materiā velit tanquā ontium infimū & nouissimū ac nihilo proximū, cū Deo qui est entiu primū supremum atq; perfectissimū, & à nihilo prorsus elongatissimū, velut ex opposito comparare atq; contrā opponere. Quemadmodū enim materia, pura existens potētia, nihil habēs in se actus intrinseci, omniū maximē passiuæ est, & tantū passiuæ, nulla verò ratione actiua: sic ex aduerso deus purus actus existēs, & forma perfectissima, nihil omnino habens admixtū potētix, maximē actiuus est super omnia (iuxta Apostoli dictū) in omnibus operans omnia, nulla tamē ratione passiuus, vt à quocumque agente naturali passibilis sit, & ad quælibet suscipiēda indifferens, quæcunq; à quodlibet fuerint prædomināte agente impressa, nō pōt tamē per se quicquam omnino agere: ita econtrario Deus cū ad quælibet agēda sit indifferēs, & omnis actionis principiū, omnia agens ac mouēs pro suo libito, nō potest tamē pati quippiā à quouis agēte, imò nec à seipso, quemadmodū nec in seipsam aliquid agere potest materia. Et quemadmodū cū multa accipiat in sese materia, nihil tamē ipsa cuiquā donat: ita ecōtrario omnipotēs Deus cū omnia donet omnibus, omnibusq; rebus suum esse instillet, & ceteras perfectiōes omnes dispēsēt, nihil tamē ipse à quoquā accipit, neq; accipere potens est. Est ergo materia, omniū entiu imperfectissima, à Deo quā lōgissimē distans, & nihilo atq; nonenti vicinissima, neq; vicinius quicquā nihilo potest imaginari homo, aut Deus fabricare. Imò nō ens simpliciter dicenda est, & nō ens in actu, sed tantū ens in potētia, tali nimirum diminuenta determinatione adiecta.

Quomodo Deus materiam creare potuerit, & an dignum fuerit, tam imperfectissimā rem illum creare. CAP. VIII.

Cum autē inter mirū cuiquā videri poterit, quemadmodū Deus perfectissimus atq; purissimus actus & forma simplicissima, aut potuerit aut voluerit hāc impuram potentiā creare. Nā inter infinitam & purā formā, & finitam potentiā nihil actus habētem, nihil apparet similitudinis. Soluitur autē ista dubitatio hoc pacto, quoniā ma-

Transuectio in consideratione diuine perfectionis.

I. Corin. 12.

Quæstio.

Solutio quæstionis.

teriã nõ per se creauit Deus, quasi ens aliquod per se subsistens, aut quasi hoc aliquid: sed cõcreauit potius cū re naturali, cuius in creatione erat materia, fecitq; eã Deus esse sub forma, quã in se recipit, sub qua quodammodo esse habet, atq; ita etiã quodammodo Deo assimilatur, quatenus est sub forma ipsius rei naturalis, cui ipsa subsistitur. Neq; simpliciter creatura dicenda videtur, neq; simpliciter creata, sed potius cõcreatura siue cõcreatũ aliquid cū re naturali. Ex quo cõsequi videtur satis manifeste, quod ab initio cõditionis rerũ Deus materiã non fecerit, neq; creauerit absq; formis substãtialibus, sed omnẽ materiã sub aliqua certa forma produxit, cœlestẽ quidẽ materiã sub forma cœlorum, elemẽtarẽ verò sub forma elemẽtorũ, tametsi formis vltioribus, per subsequẽtes sex dies diuinæ operationis, postmodũ fuerit cõpleta. Ex hoc etiã patet, materiã non posse sine forma secundũ naturã existere, neq; esse possibile, vt materia omni prorsus forma sit nuda atq; spoliata, neq; vna vnquã posse spoliari, nisi adueniẽte altera, Imò neq; Deum hoc posse (vt materia videlicet sine forma creet, aut cõcreatã per se seruet absq; omni forma) probabilis quorũdã sententiã est. Aiũt enim, à quo omnis forma aufertur, ab eodẽ similiter omne esse auferri, cū forma sit, quæ dat esse rebus. Aliis cõtrã sentiẽtibus, Deo nõ esse impossibile, quod natura possibile nõ est, sed potuisse Deũ & ab initio sine forma creatã se materiã, & etiã nunc eã sine omni forma seruare, licet sub forma creatã. Vtra verò sententiã sanior debeat haberi, nostro nõ stat iudicio; quapropter utrãq; in sua probabilitate relinquimus. Nemo verò existimet Deo perfectissimo indignũ, quod rã vilem rẽ creare voluerit, quæ sit nihilo vicinissima: Imò verò hac in re admodũ magnificauit potẽtiã suã qui est omnipotẽs, dũ eã sic demonstrat validã, vt possit etiã in vltimũ illud & imperfectissimum quod à sua essentia quã longissimẽ distat, attingens à sine vsque ad finem fortiter, id est, à perfectione naturæ angelicæ, vsque ad imperfectionem huius propẽ nihili.

Nulla creata virtute fieri posse materiã, sed in omni actione naturali eam presupponi.

CAP. IX.

Dictum Aristotelis notandum.

NVlla verò est tam potẽs creatura, quæ possit creare vel minimã quãtitatem materiæ. Infinitæ enim hoc est

est virtutis tantum, nempe diuinæ, facere aliquid ex nihilo, quemadmodū innuit Aristoteles, cū ait, ex nihilo nihil posse fieri. Nā si creatura aliqua materiā primā faceret, necesse esset illā ex nihilo fieri, siq; creari. Nō potest autē creatura creare, neq; ex nihilo quippiā efficere. Potest enim creatura cū influxu dei cooperāte, tē quē aliqua lis est in potētia, efficere vt talis sit actu, quē admodū ignis ex ligni materia, quē est in potētia ad formā ignis, potest facere ignē actu, introducēdo in eā, formā suę formę similit. Ceterū quod in potētia nō est, creatura facere nō potest vt potētia sit. Hęc ergo causa est quare cū agēs naturale aliā rē naturalē possit efficere, quē admodū de ignē aliū ignē producēte iā mōstrauimus: materiā tē quē producere nō potest, quoniā maioris potētis est hoc, quā illud. In omni itaq; actione quę fit à re naturali, præsupponitur materia, in qua forma suscipiatur: quē admodū & omnis artifex, nō nisi ex materia quicquā efficit, neq; itē agēs naturale quodcūq;. Quē admodū ignis nūquā nisi ex præiacētī materia ignē facit. Sicut autē diximus de creatione, ita & de annihilatione dicēdū est. Rem enim quę actu est aliquid, potest agēs naturale efficere, vt talis actu nō sit: hoc est, potest formas rerū destruere atq; expellere, nō potest autē efficere, vt res potētia talis nō sit. Illud enim (nēpe formā expellere ex materia) finitæ virtutis est. Hoc verò (scilicet materiā in nihilū redigere) infinitæ, quæ nulli cōpetit creaturæ. Quin & illud probabilior tenet sentētia, nō posse talē aliquā creaturā à deo, licet potētissimō, creari, cui virtus illa cōpetat creādi siue annihilandi: neq; virtutē hanc vlli creaturę quātūvis nobilissimæ siue creatæ, siue creandæ, cōmunicari posse, sed eius solius omnipotētis conuenire. Solus est deus in cœlestibus sursum habitans, qui potuit vniuersam hanc mundi machinā & molem permaximam, ex nihilo & materia nusquā præinuenta creare, & eandē potest, cū voluerit, etiam nūc vsq; in nihilū redigere. Subest enim illi, cum voluerit, posse.

Sap. 12.

Ex materia ingenerabili & incorruptibili secundum sese, transfertur ad diuinitatis considerationem.

CAP. X.

Meditari hoc in loco possumus, quā sit stabilissimus in sua essentia Deus, actus purissimus & perfectissimus, ipsūmq; suū esse infinitū existēs, si sic permanet ita

bilis, quātum ad se attinet, imperfectissima ista materia, quæ à Deo est longissima, & nihilo vicinissima, sola sic eā conseruante diuina volūrate. Tamerū enim secūdum formas tam substantiales quā accidentarias plurimū ipsa varietur accidentaliter, in se tamen essentiali mutatione & intrinseca manet prorsus inuariata, neq; corruptioni est aut generationi, vt cetera corpora naturalia inferiora, subiecta, adeo vt ab initio creationis rerū, de immensa illa mole materia, sub qua creata fuerūt cœlū & terra & quæ in eis sunt omnia, nulla materia illius particula ne minima quidē deperierit, actione naturalis agētis, quæ ad modū neq; minima particula adiecta est, eadē virtute. Idq; nō ob aliud, nisi quod secūdū suā existentiā vel nō existentiā, soli sublit diuinæ voluntati: agentibus verò naturalibus, nō nisi secūdū formarū & accidentium transmissiones, est subiecta. Quātūuis enim humana potētia fauiat, quantūuis ad perditionē omnimodā conetur, nūquā vsq; ad annihilationē pertinget. Poterit quidē efficere vt moriatur homo, & quæ materia erat hominis, iā esse incipiat materia cadaueris. deinde & hoc poterit, igne adhibito cadauer ipsum in cinerē atq; puluerē redigere. Verūm etiā si mille syluas in vnus consumptione cadaueris adhūbeat, ad hoc nequaquā pertingere valebit, vt puluerē annihilaret. Dispergere quidē poterit in aērē, aut in aquā, aut in terrā abdere: facere autē vt aliquid materiae perdatur, in omni virtute sua & cōsilio nō poterit. Atq; hinc rursus ratio humana cōsideret, si omnis creata virtus aduersus ipsum quod est omnium vilissimū non possit præualere, quōdque est nihilo proximū ad nihilū nō potest reducere is qui est actus purissimus, forma perfectissima, esse infinitū atq; plenissimū, quiq; est à nihilo in infinitū elōgatus. Deus omnipotēs, quā sit prorsus creatæ omni virtuti sub tractus, & quā aduersus illū omnis creata virtus, etiā si millecuplo augmentetur, omnino nihil præualere possit.

Consectio vs viuisum Dei affectum, ex precedentium contemplatione mirabilium. CAP XI.

Tibi ergo soli domine Deus, debetur creatiōis honor & gloria. Tu solus nō egēs quopiā, vt tibi præparet in tuo opere materiā. Nihil erat mūd^o, & solo eū verbo scita tu, p̄ditq; de nihilo hæc amplissima creatura. Sed nec quis

Alia contēplatio.

Gen. I.

quisquā est, qui nobis possit auferre vel pilū de capite, vt in nihilū pereat, præter te, qui solus es potestaté habēs creandi & annihilādi. Quare ergo piissime domine, timebim⁹ vllā huius mūdi potestatem? cū nec animā interimere, nec corp⁹ annihilare valeāt. Vnū hoc tu domine reliquisti im piis persecutorib⁹, vt possint animā te sitietē ab inimica se dissimāq; carnis hui⁹ molestia separare. Quo qd possit homini te verē agnoscēti grati⁹ euenire? Ceterū, neq; corpus neq; animā creata vlla potestas annihilare pōt. Igit in te domine sperantes, tuoq; validissimo fulti auxilio, nullā omnino mūdi huius perimescimus quātūvis præcellētē potestaté, illud firmissimē sciētes, quoniā tua virtus super uincit in immensum, sed confidēter in doctrina benedicti filij tui perstamus, expectātes beatā spē, & aduētū tuū gloriosum, d̄ maxime deorū Deus, quē ipse repromisit nobis.

De forma vt est alterum principium verum naturalium & obiter de materia cœlestium atque inferiorum, an eiusdem sint speciei.

CAP. XII.

Quod ad materiā pertinet, res omnes cognatæ sunt, & secundū speciē aut genus penitus indistinctæ. Siquidē in omnibus naturalibus, præcipuē inferioribus istis vna est eadēq; materiā. Nā de materiā cœlestiū corporū, propter ipsorū incorruptibilitatē dubitari solet, ob hoc potissimū, quod nō videatur cœlestiū corporū materiā esse alienarū impressionū susceptiua, neq; videtur transire de forma informā, sed perpetuò sub eadē forma, eiusdē dispositionibus permanere: quod lōgē est à materiā corporū horū inferiorū, elemētariū atq; mixtorū. Qua ratione permoti opinantur quidā, distinctionē esse ponendā specificam vel genericā, inter materiā cœlestiū ingenerabiliū & incorruptibiliū, & inter materiā elemētorū atq; cæterorū mixtorum generabiliū & corruptibiliū. Aliis cœterario dicentibus, nō esse ponendam distinctionē vllam talē, siue genericā, siue specificā: sed omnē materiā eiusdē esse rationis: aliis dicētib⁹, illā cœlestis materiē intrāsmutabilitatē nō ex ipsa sua natura puenire, sed ex cōditione & virtute formarū in ipsis inhabitatiū, quib⁹ tātū Deus naturę virtutē cōtulit, vt nullā extraneā impulsionē patiātur materiā in qua creari sūt, suscipere, neq; de forma in formā trāsire: quē admodū in reb⁹ quoq; naturalibus videm⁹, quāsdā ex sua

*Contraria
opiniones de
materia cœlesti
li.*

natura ad annorū centenarios perdurare secundū formā inuariatas, dum aliæ breuissimo intereāt spatio, quod nō dubiū est ex formarū prouenire varietate. Quanquā autē his modis de materia cœlestiū & inferiorū diuersā sentētia est, illud tamē vno ore astruunt omnes, rerum inferiorum omniū vnā eandemq; esse materiam, atq; ita quātum ad hanc, esse secundū speciem indistinctas. Cæterū, ipsa rerū abinuicē distinctio substantialis atq; specifica, à formis est substantialibus. Siquidem forma est, per quam res actū est, & in certā aliquā specie redigitur, quæ ex materia prorsus ideterminata est, & in potētia ad quodlibet. Forma itaq; ī materia suscepta & pducta, cū ea pariter rē vnā substācialiter cōponit, & materiæ quodāmodo esse cōmunicās accidētaliter, & cōposito dās esse substācialiter & essentialiter. Ab anima enim rationali habet homo, vt ho mo sit: materia verò prima, tātū hoc, vt materia hūana sit.

Ex massa cere & impressione sigilli per analogiam declaratur formæ officium.

CAP. XIII.

Analogia.

VT autē clarior fiat formæ cognitio, analogiam quādā & cōparationē assumimus ceræ & formæ sigilli, per quā vtrūq; comprehendī poterit formæ officium atq; natura. Sicut enim massa ceræ ex se nullā habet imaginē aut formā, sed iuxta sigilli variā scūlpturā nata est suscipere diuersas formas, siue hominis siue leonis imaginem, siue alterius cuiuslibet animalis, dū tñ sub vna qualibet est, pariter nequit esse sub alia nisi prior abiiciatur, vt cū in cera impressa est leonis imago, nō pōt in eā introduci hominis imago, donec abiiciatur prior leonis, successiue tamē indifferēter quālibet suscipere pōt impressionē. Ita sane materia, ex sese ad omnē prorsus formam indifferēs est & ideterminata. iuxta autē agētis supra ipsam dñium obrinētis naturā, impressionē recipit formæ, iuxta autē formæ varietatē esse variū suscipit. Forma verò esse accidētariū dat materiæ, & eius indifferētiā suo aduētū sic tringit, vt pariter secū aliā suscipere nequeat. Quod quidē de formis vltimis debet intelligi. Nā inconueniēs nō est plures formas substāciales simul eidē inesse cōposito, cū ambæ nō vltimæ fuerint, aut etiā cū altera fuerit nō vltima. Quēadmodū forma corporeitatis, secūdū eos q̄ eā distinctā ab vltima forma in omnibus corporibus ponūt, simul est

est cū anima rationali, & secūdū eorū sententiā qui tres animas distinctas reponūt in hoīe, simul sunt anima vegetatiua, sensitua, & ratiōalis. Formas aut̄ vltimas, impossibile est eidē simul inesse, cuiusmodi sunt forma hoīs, equi, & aīni, forma ignis & aquæ. Successiuē tamē pōt quilibet formis quātūvis cōtrarias æquē recipere. modo ad sit agēs qđ formā introducat, alia quæ prius inerat expulsa.

Quomodo forma esse aut nō esse dicēda sit. CAP. XIII.

Rursum & illud in proposita analogia aduertēdū est, quōd sicuti figurā illa aut forma quæ in ceræ massa per sigilli impressiōnē relinquitur, non apparet esse in sigilli imprimētis sculptura: ita forma cū det esse rei naturalī, ipsa tamē nō hoc esse dicitur, quod cōposito donat vt sit. quēadmodū (exēpli gratiā) donat homini anima rationalis, vt homo sit, ipsa tamē homo nō dicitur, neq; est. Imo forma cū det esse rebus, ipsa tamē nō tā esse per se, quā coexistere vel inesse dicēda videtur. Nō enim est forma, eo modo, quo hoc aliquid siue cōpositū naturale est, aut quasi per se subsistēs, sed tanquā inexistēs, quēadmodū de accidēte dici solet, quōd eius esse sit inesse. Accidēs enim quodlibet esse dicitur, nō quia ipsum per aliquid est, quō res naturalis, per formā est: sed magis quia per ipsum, subiectū cui inest, aliquale est. Sic etiā substantialis forma, eatenus est, quatenus per ipsam res naturalis est, nō quatenus ipsa per aliquid est, vt magis propriē dici debere videatur ipsa inesse rei, aut rē informare, quā simpliciter esse. Loquimur de formis purē naturalibus, & quæ nullā habēt per se subsistētiā. Rationalis etenim animus, quatenus per se subsistēs à corpore separatim pōt permanere, eatenus per se ens nō solū inexistēs, rectē notari pōt. Et forme illæ in materiales angelicæ, per se entia, & quidē nobilissima entia sunt. Super omnia verō forma illa purissima, & actus perfectissimus atq; inestimabilis, ens primū est atq; supremū, imō totius essentiæ plenitudo, nō per se tātū felicissimē subsistēs, sed omniū insuper rerū essentias, in suo esse plenissimo, benignissimē cōtinens atq; concludens.

Comparatur forma aliquatenus cum Deo secundum similitudinem & vicinitatem. CAP. XV.

Quemadmodū verō suprā diximus de materia, quod à Deo quā lōgissime distet, & penē nihil habeat cū

illo similitudinis, ita e contrario de forma videtur eam nō mirū esse Deo ad similitudinem: Deoq; vicinans, cum sit etiam ipse forma quę dā perfectissima, & actus purissimus. Neq; difficile fuerit ei qui recte intellexerit suprà positā materię ad Deum comparationē quę secundū dissimilitudinē fiebat, formę quoq; ad Deū per similitudinē applicarē. In omnibus enim iis cōparari forma secundū similitudinē cū Deo poterit, in quibus materia dissimilis fuit declarata, tamen si in immensum semper excellat diuina perfectio, & in infinitū ab ea deficiat formę similitudo. Nō fuerit autē inutile ad formę clariorē habēdā notitiā, & potissimū ad Dei perfectiorē aliquanto habēdā cognitionē, adinuicē ista cōparare, & in quib⁹ similitudo sit atq; etiā dissimilitudo ostēdere. Deus itaq; sicuti actus purus est & simplicissimus, ex materia nō cōpositus: ita & forma rei naturalis actus purus est & simplex, ex materia nō cōpositus. In hoc tamē à Dei perfectione deficit, quoniā cū materia quę est potētia pura, cōmunicat atque societate habet in ea inhabitans, & cū ea pariter re naturalē cōponēs, cū Deus nullā omnino potentiam secū admittat, neq; cōpositionē sciat. Rursum quęadmodū Deus summē actiuus est, omnia operās in omnibus, quatenus actus purissimus & perfectissimus atq; infinitus, ita forma omnis substantialis, virtutē habet agēdi, operatūq; in corpore omnia quę sunt rei, quam cōstituit, cōueniētia. Verū in hoc deficit, quōd limitata sit eius actiuitas, vt nō quęlibet possit effectū indifferenter operari, sed tantū quę rei cōueniūt quā componit, cū Deus infinita & illimitata sua virtute operetur omnia in omnibus, & nulla omnino sit actio, quę ab eius non emanat immensa virtute. Iterū in hoc cum Deo cōuenit, quoniā principii actiuū existēs, pati nō potest, neq; aliunde quicquā suscipere. Sic enim forma principii tantū actiuū est, nō autē passiuū, quomodo materia tantum passiuā est, nō autē actiuā. Neq; ipsa alias nouit in se formas, potissimū corporeas suscipere, neq; secundū eā res naturales patitur. A diuina tamen perfectione adeo deficit, vt etiā ad corruptionē, cōtrariante virtute perueniat, cū eā prædominari cōtigerit. Amplius, quęadmodū Deus esse donās rebus, & omnia omnibus elargiens, nihil ipse recipit, neq; recipere potens est: ita forma substantialis cū esse donet rebus, atque

atq; ipsi etiã materiã, & omnia in eis quã conueniũt ope-
retur, atq; elargiatur, ipsã tamẽ à materia vicissim nil re-
cipit. In hoc tamẽ deficit, quoniam ille omnia largitur o-
mnibus, hæc autẽ suo tantũ cõposito atq; etiã peculiari-
ter, quantũ ad materiã, nullũ illi donat esse intrinsecum,
cũ Deus rebus omnibus hoc ipsum donet, quod substan-
tialiter sunt. Et Deus quidẽ nec recipit aliquid ab iis qui-
bus benefacit, neq; commodum vllũ accipit. Forma verò
in materia, vt in domo necessaria inhabitat, & ea vtitur
vt officina; extra quam prorsus nec existere possit, neq;
quicquã operari nihilò certẽ amplius quã materia ipsa
sine forma. Patet ergo, quẽadmodum forma Deo sit adsi-
milis, etiã; secundum qualemcunque similitudinem, tam-
etsi deficientem, vicina possit demonstrari.

*Quemadmodum materia dicatur appetere formam, tam absen-
tem quã presentem.* CAP. XV.

Superest nunc, de mutuo amore atq; appetitu materiã *Appetitus
varius.*
ad formã, & formę vicissim ad materiã, vt aliquid dica-
mus. Neq; eĩ nihil huius rei cognitio, Dei gloriã magni-
ficabit. Aduertẽdũ ergo est, quod sicut rationalibus crea-
turis Deus appetitũ dedit rationalẽ, quã voluntas nomi-
natur, per quã ea quã secundũ rationem sibi cognoscunt
vtilia appetũt, absentia desiderãdo, præsentia amando, ea
verò quã incõuenientia fugiũt, absentia detestãdo, & de
præsentib⁹ tristãdo: brutis verò animãtib⁹ appetitũ sen-
sitiuũ, quo ea quã per sensum vt cõmoda apprehendunt,
prosequerentur, itidẽ & incõmoda fugerent: sic rebus na-
turalibus sensu atq; ratiõẽ carẽtib⁹, naturã autẽ Deus
naturalẽ quendã instillauit indiditq; affectum sicut appe-
titum, atq; desiderium, quo res quãlibet naturaliter suã
perfectiõẽ appetit, atq; id quod sibi secũdũ naturã cõue-
niẽs est, diligit, ita vt si adsit, in eo cõplaceat, & velut oble-
ctetur: si verò absit, desideret, atq; ad ipsum acquirẽdum
quantũ ex se est, tẽdat atq; conetur. Quemadmodũ aqua,
naturaliter frig⁹ desiderat, & locũ deorsum. Et quẽdẽ vbi p-
sens adest frigiditas, oblectat^r & gaudet in ea, eãq; quoad
valet seruare conat^r. Si forsità abfuerit, ab extrinsecò nimi-
rũ agẽte expulsa, nõ quiescit donec illã rursũ in sese recupe-
ret. Sic lapis si in naturali est loco, quiescit & oblectat^r in eo
sine violẽtia. Si verò extra illũ alibi detineat^r, desiderabit
nihilò

nihilominus eundē, & ad eum quantū ex se est conabitur vt tēdat atq; perueniat: mōxq; vbi fortē impedimentum ipsum detinēs fuerit subtractū, illuc motu festinabit, quōd prius tēdebat desiderio. Hoc modo imperfectū omne (vt diximus) suā amat perfectionē, & illud appetit, atq; desiderat, à quo habet perfici. Quapropter, cū ex supradictis euadat manifestū, materiā accipere suā quādā perfectionē à forma, per quā nimirū eius infinitas finitur, & indifferētia stringitur atq; limitatur, & à qua esse accipit accidentariū & accidentarias alias dispositiones, quib⁹ suo quodā modo perficitur, nō est difficile intelligere, quō modo materia formā appetat ac diligat, ita vt absentē desideret atq; ad eā tendat: præsenti verò amet, inq; ea cōplaceat, nepe vt id quod imperfectū est, suā appetit perfectionē.

Quemadmodum forma appetat materiam. CAP. XVII.

CAterū, quomodo forma perfectior, materiā rem in perfectissimā ac nihilo vicinissimā appetat, mirum forsità cuiquā id videatur. Oritur autē hęc admiratio ex humani cordis peruersitate. Sic enim vani sunt filij hominū, vt nō ament neq; desiderent nisi eos à quibus emolumentū aliquid sperēt. Neq; nisi vilē hūc nouerūt & mercenarium amorē, quo materia formā & inuicē se filij huius seculi amant. Nimirū vilissimis rebus & infimis (materia, & crassis carnalibus) vilis eiusmodi & infimus cōpetit amor. Ceterū, est præter illū alius amor longē nobilior, quō perfectū omne imperfectū amat atq; desiderat, non vt capso accipiat aliquid, sed in hoc magis vt ipsum perficiat. Et sic sanē forma gaudet egēti atq; nudæ materiæ, quæ ab optimo creatore accipi gratis, libenter largiri, quasi intelligat bonum quo cōmunius, eo melius ac perfectius esse. In hoc enim diuinæ largitati multū assimilatur, quæ nos nō ob nostra diligit (si quidē bonorum nostrorū ipsa nō indiget) sed ob seipsam potius diffundēdam, suāmq; immensam bonitatē in nobis communicandam. Quanquā ex supradictis constet, materiā etiam formæ esse necessariā, & maximo omnino vsui, vt in ea habitet, & quasi in officina omnem suā operationē operetur atque seruet, vt hac quoq; ratione ipsam meritō debeat expetere, quemadmodum non solum fœmina appetit virum, sed econuerso vir etiam, licet perfectior, fœminam.

Psalms. 15.

Propo

Propōnitur quæstio de rationali anima, an etiam ipsa materiam appetat.

CAP. XVIII.

Verū, quantū ad hanc rē attinet, peculiaris quædā du-
bitatio de rationali anima (quæ forma substantialis
est hominis) moueri rationabiliter potest, nū etiā ipsa, vt
cæteræ substāciales formæ, à materia inseparabiles, mate-
riā appetat naturaliter. Videtur enim & ratione & autori-
tate mōstrari, quod ipsa magis odio debeat erga corpus
affici, in quo inhabitat. Ratione quidē sic. Omnis em̄ res,
naturaliter in eo magis statu esse desiderat, in quo sibi
melius esse sentit, & in quo operationes sibi cōuenienter
magis debite, magisq; rite possit exercere. Rationalis autē
anima, per corporis huius crassitiē ita obuoluitur, vt ope-
rationes suas nobilissimas quas habet, nēpe intelligere &
velle, minus rectē possit exercere, quā si ipsa à corpore fo-
ret separata. Sic enim anima rationalis corporis crassitiē
impeditur, quō oculus alioqui rectē dispositus, pellicula
obuolūt^o clare rē ipsam cernere nequit. Iuxta illud sapiē-
tis, Caro quæ corrūpitur, aggrauat animā, & deprimat ter-
rena inhabitatio sensum multa cogitātē. Videtur ergo aīa
naturaliter desiderare magis, vt à nube carnis hui⁹ separe-
tur, q̄ vt ei cōiungatur. Neq; præsens corpori videtur in
eo posse oblectari, neq; absens ipsum desiderare, quod in
præstantissimarum suarū operationū exercitio sibi nouis
præbere impedimentū. Rursum, videmus formas illas im-
materiales spiritus cœlestes materiā nō appetere. Videbi-
tur ergo & anima rationalis, tæctū forsitan in materia o-
blectetur, donec in ea inest, cū tamē fuerit separata, iā il-
lis modo quodam per se subsistēdi assimilata, nō vltra ad
materiā trahi desiderio: Accedit his, sanctarū scripturarū
autoritas, sanctorūq; patrū testimonia. Beatus em̄ Paulus
dissolui cupit, & corpore magis exui, vt Christo dño pos-
sit cōiungi. Et idē ipse de corpore mortis huius alio loco
quærit liberatorē atq; alio rursum, in hoc corpore gra-
uatus ingemiscit, sciens quā si terrestris ista domus corpo-
ralis huius habitationis per mortē dissoluatur, domū ha-
biturus sit à Deo nō manu factā, id est, gloriæ æternæ ac-
cepturus mansionē. Sancti quoq; patres, corpus istud quod
circūferimus, carcerē siue ergastulū & exilij locū, atq; a-
lijs huiusmodi variis nominib⁹ nominādū putauerūt. Ne-

*Quæstio de
anima ratio-
nali in ma-
teria.*

Philip. 1

Rom. 7.

2. Cor. 5

mo

mo verò est, qui nō de ergastulo & loco carceris libenter velit liberari, neq; liberatus quisquam ad locū eiusmodi q̄rit redire. Videt ergo aīa q̄ in corpore est vt in carcere, nec in eo debere oblectari, neq; ipsum absens desiderare.

Positur differentia inter formas materiales & immateriales, quantum ad appetitum materie. CAP. XIX.

PRO solutione autē huius dubitationis sciendū est diuersitatē esse (quātum ad hāc rē) inter formas prorsus immateriales, & quæ prorsus cū materia cōponi non possunt, cuiusmodi sunt spiritus angelici, & inter animā rationālē, quæ tametsi nō ita sit materialis vt ceteræ corporeæ, quæ extra materiā nō possunt subsistere, est tamē eatenus materialis, quatenus ex sua natura habet, vt cum materia quid vnū (nēpe rem naturalē) possit constituere.

Differentia anime rationalis à formis alijs immaterialibus.

Quæ enim prorsus immateriales sunt, & cū materia cōponi non possunt, his procul dubio nullus inest ad materiā appetitus. Quorsum enim appetitus esset rebus à natura datus, qui nunquā posset impleri? Anima tamē rationalis, quoniā ex sua natura hoc habet, vt cum materia simul rē possit cōponere, & quidē rē inter res omnes naturales nobilissimā, nēpe hominē, idcirco dubitādū nō est, quin ad materiā habeat naturalē appetitū, ita vt & absentem desideret, & præsentē amet. Tametsi enim videatur anima rationalis separata aliquatenus cœlestibus spiritibus similior, dū per se subsistat extra corpus, eò quòd tūc sine materia sit, atq; ita forsitan perfectior in eo statu videri possit, separata existēs, quia tamē ab optimo cōditore non separatim ipsa, neq; per se, neq; propter se creata est, sed in corpore propter hominē ipsum totū, vt ipsa videlicet cū corpore hominē cōponeret (partes enim propter totū sunt, & nō propter partes totū) idcirco suæ cōditionis memor, semper corpus desiderat & amat. Lōgē verò diuersum est de formis illis cœlestibus, quæ neq; in materia creatæ sunt, neq; ad simul cū alio rem aliquā componendam, sed vt per se subsisterēt; conditæ sunt ab initio.

Soluitur proposita superius obiectio, et quomodo carnis corruptionē odio habeat anima, non corpus ipsum, declaratur. CAP. XX.

AD ea verò quæ in contrariū obiecta vidētur, responderi debet, ea procedere cōtra corruptæ carnis miseriam, q̄ nō ex ipsa cōditione primæ materiæ, neq; ex corporis naturæ

natura, sed p accidēs ex primi parētis inobediētia, ī ipsum corpus intrauit, & p propaginē in omniū posterorū corpora deriuatur. Vnde quoties cōtra carnē vel corpus, in scripturis aut in patrū scriptis fit exclamatio non contra ipsam corporis naturā, neq; aduersus corpus ipsum p se, sed aduersus corruptionē & multimodā miserīā in carne humana post peccatū inhabitantē, intelligi debet indignatio. Vnde nō simpliciter corp^o, sed corpus quod corrūpitur, Sapiēs dicit aggrauare aīam. Neq; Paul^o à corpore simpliciter vult liberari, vt ipsum nūquā recipiat: sed à corpore mortis huius, id est, à corpore, vt nūc est, hoc est, ab ista miseria multimoda, q̄ in corpore adhuc inhabitet. Neq; Paulus dissolui cupit à corpore, vt corpus nunquā velit recipere: neq; sic ingemiscit in hoc corpore, vt prorsus velit expoliari, & corpore omnino priuari: sed ad hoc vult corpore exui mortali & misero, eōq; ad tēpus pmanere priuarus, vt absorbeat mortalitytas à vita, & recipiat aliquādo ex Dei munere gloriosum, qđ fœtidū atq; sordidū olim deposuerat. Sic etiā corp^o istud, in eo statu miserīæ quo nūc est, obscurū, crassū, corruptibile, & tardū, rectē carcer nūcupatur, insuper & ergastulū, & locus laboris atq; exilij. Quia donec in eo secundū statū in quo nūc est anima inhabitat, magni laboris opus habet in prauis ipsius cupiditatibus refranādis, atq; expugnādis, propter corruptionē quæ ex prima inobediētia in ipso inhabitat. Verū hęc omnia nihil aliud probāt, quā animā merito carnis istā corruptionē, & omnē q̄ ex corruptione est miserīā, detestari. Nō autem cōsequitur, quōd p se corp^o ipsum odio habere aut detestari debeat. Similiter & quod de impedimēto dicebatur à corpore in aīam veniēte, ad corporis miserīā & crassitiē referri debet. Cū enim resurrexerit olim virtute diuina corpus hoc nostrū in incorruptione, in virtute, in subtilitate, in agilitate, ceterisq; perfectionib^o, omni crassitie atq; imperfectiōe ex Dei dono deposita, nullū erit aīæ rationali ab ipso impedimētū, quin ī corpore posita eīq; reunita glorificatio pos sit beatifica visione Deū etiā facie ad facie contēplari, & amore ingestibili eo dulcissimē perfrui. Et erit tūc qđ aīæ plenū gaudiū, cū ipsam carnem, qua dū viueret homo velut ministra vsā fuerat, ad hęc gloriā apud Deū bonis actio

Sapient. 9
Rom. 7.

Philip. 1.
1. Cor. 5.

1. Cor. 11.

1. Cor. 3.

actionibus promerendā, sibi viderit in præmij quoq; iucunditate consociatā, & gaudebit indubiè videre in consolatione sociam, quam in labore vitæ habuerat ministrā atq; adiutricē. Ex his ergo manifestū relinquitur, quemadmodum rationalis anima æquè atque cæteræ substantiales formæ, materiā appetat atque desideret.

Deprivatione, vt est principium quoddam transmutationis rerum naturalium. CAP. XXI.

Quoniam autē (sicuti iā diximus) forma perficit materiā, & ad omnē formā est materia indifferēs, penit⁹ ex se indeterminata, ad eò vt quælibet materia omniū rerum formas suscipere per successiōnē nata sit, quanquā simul eas cōtinere nequeat: hinc fit, vt materia indeterminata quælibet formā desideret & amet. Vnde & præsentē formā atq; hospitatā materia amat, & seruare eam absq; fastidio cupit: & tamē quoniam indeterminata est, eas quas nō habet, similiter desiderat, atq; conat⁹ habere, & genuino quodā natiuōq; conatu ad eas tēdit, cupitq; de forma trāsire in formā, quasi hac ratione suæ quærens imperfectiōni mederi. Atq; ita fit, vt collaboret ad ei⁹ formæ quā habet destructionē, dū aliā quærit, quæ hęc est expulsiua quā habet. Et licet non hoc per se intēdat, consequens tamē est, vt adueniēte forma alia, prior licet perfectior emigret, atq; abscedat: atq; ita per accidēs, dū eā desiderat acquirere formā quā nō habet, se ipsam priuat ea quā habebat. Sanè materia omnes pariter formas, si id fieri posset, libēs sustineret, optaretq; (si fieri id posset) impleri simul oībus: sed formæ plures se pariter nō cōpatiūtur (de vltimis rerū formis loquimur) sicut nec pluriū sigillorū impressiōnes, pariter in eadē massa coëxistere valēt. Atq; ita adueniente vna, necessariò pellitur altera. Atq; ex his patet, quemadmodū priuatio formarū absentii in materia, earū videlicet quas ipsa nata sit habere, & actū nō habere, causa quædā sit, quare res trāsmutētur, & materia rerum naturaliū de forma trāseat in formā. Quā ob causam dixit Philosophus, priuationem conari ad maleficium rei. Atq; hinc est, quòd vulgo priuationē tertiū principii ponūt transmutationis rerū naturaliū. Quia enim materia formis aliis substantialibus caret, quas non habet, & nata est habere, hinc est, quòd ad eas tendit desiderio, quas

non

*Dictū Ari.
stotelis no-
tandum.*

non habet, sicq; per se ad nouæ formæ acquisitionem, ac proinde ad nouæ rei generationē tendit, per accidēs verò ad prioris formæ amissionē, atq; ex cōsequenti prioris rei maleficiū & corruptionē. Non debet tamen priuatio ista principii dici rerum naturalium, sed tantum principii transmutationis rerum naturalium. Nō enim rē ipsam substantialiter cōponit, neq; in re manet, postquam generata est: sed quoties res aliqua generatur, priuatio illa abiicitur, quæ ad prioris maleficiū machinata fuit. Quē admodū cū in subiectū quodlibet habitus introducit, priuatio eiicitur, cū nequeant opposita simul inesse eidē. Vnde cū principia rerum naturalium (vt suprà patuit) res ipsas naturales debeant constituere atque substantialiter componere, manifestū est, priuationem nō esse dicendam principium rerum naturalium. Transmutationis tamen earum principium, ratione supraposita poterit admitti.

Quomodo intelligendum, priuationē esse transmutationis principium, & ad rei maleficiū conari. CAP. XXII.

CVM verò in præcedentibus diximus de priuatione, quòd ipsa ad maleficiū rei machinetur: & de materia, quòd conetur atq; laboret ad nouæ formæ acquisitionem, sicq; per accidens ad veteris expulsionem, & rei perditionem: nemo ita intelligat (quemadmodū verborū facies forsitan præterdit) quasi priuationem dicamus vim aliquam habere agendi, per quam ipsa conetur & operetur rei naturalis corruptionē, aut materiā virtutem aliquam actiuam similem habere, ratione priuationis, per quam ipsa aliquid efficiat ad formæ vnius expulsionem, & acquisitionem alterius. Quo enim pacto priuatio ipsa (quæ ens verum non est, sed entis potius priuatio, & non existentia tantū formæ in subiecto apto eam habere) poterit vllam habere actiuitatis efficaciam? Sed & de materia iam suprà declaratum est, agendi virtutem ei minimè cōpetere, neque generare quicquam aut corrumpere, neq; destruere posse neque producere. Quod ergo de priuatione dictum est, eam ad rei maleficiū machinari, intelligendum est, secundum occasionē. Siquidem priuatio formæ substantialis in materia ipsa est occasio, ob quā corruptioni res est obnoxia. Quod ex eius definitione facile intelligi potest, quæ est hæc:

Formæ priuatio est, non existentia eius in subiecto eam habere nato.

Quemadmodū cæcitas, carentia est & nō existentia visus in hominis oculo, qui aptus est potentiam talem in se habere. Hoc itaq; modo, quoniam materia apta & nata est habere quamlibet formā, non tamen habet nisi vnā sub qua existit, constat aliarum omniū formarū in ea esse priuationem. Et quoniam sic quamlibet aliarū æquē habere apta est & nata, atq; vnā hanc pro tēpore inexistētē, hinc fit, occasionaliter, vt quacunq; virtute agentis naturale superueniente, si ipsam prædominari contingat virtuti formæ ipsius quæ inhabitat, materia ipsa statim agentis prædominantis impresionem acceptet, nullo vtique formæ prioris odio, sed ratione inexistētis priuationis, quoniā videlicet & formā istā quæ introducit non habebat, & habere apta erat æquē atq; eā quam tenebat. Vnde propter hanc indifferentiā, iuxta virtutem prædominantis agētis, semper ipsa materia parata est de forma trāsire in formā. Quemadmodū ciuitas, quæ in medio duorū regnorum posita neutri est addicta, sed quasi media & neutra ad vtrūq; est indifferēs, propter suā hāc indifferentiā frequēter cōtrarios habet siue hospites siue dominos. Vtrūlibet enim regnorū illorū prædominari cōtigerit, nō reluctatur ciuitas illa neutra. Sed & si alter ex regibus in eā ingressus fuerit, superueniēs autē alter virtute superauerit, victorem suscipiet, pulso altero, nō vtique prioris odio, sed ratione indifferentiæ, quoniā prædominatus est superueniēs. Et quomodo hac in re dici potest indifferentiā illa, causa esse & occasio expulsionis regis prioris, non tamen quicquā efficit neq; egit illa indifferentia, siue (vt ita dicam) neutralitas, ita & de priuatione dicendum videtur.

An in materia corporum cælestium insit etiam supradicta priuatio.

CAP. XIII.

DE cælestiū verò corporū materia dubitari potest, nū habeat etiā ipsa huiusmodi in se priuationē. Si enim similitudine habere dicatur, videbūtur cælestia corpora corruptioni quoq; subiecta, cū sit ista priuatio principiū transmutationis in rebus naturalibus. Vbi autē eadē est ratio, idē videtur cōsequi effectus. Quod verò ista priuatio in cælesti

Comparatio adpropositam re ac commoda.

cæle
tenti
cæle
speci
isto
rens
eam
etiam
bet f
quar
si ad
xia c
ob re
in fo
So

P
d
inuen
tionē
ac pr
secur
enim
simē
nē in
fition
res su
mate
quod
tur in
neā i
ita p
trāsire
ni ma
rupti
natur
liber
neutr
lut m
dom

cœlestiū corporū materia ponenda sit, eorū maximē sententiā cōsequi videtur, qui materiā ponūt eandē specie in cœlestibus atq; in his inferioribus. Nā si vnus eiusdemq; speciei sit omnis materia, videbitur, quomodo inferiorū istorū materia ex sua natura est indeterminata & indifferens ad omnem formā, & quamlibet apta & nata habere, eam etiam quam nunquam habuit neq; est habitura: ita etiam cœlestiū materiā aptam & natam habere quamlibet formam, atq; ita cum aliis omnibus careat prater eā quam habet, omnium aliarū in ea esse priuationē. Quod si admittatur, quæstio deinde fiet, quur minus sint obnoxia corruptioni cœlestia corpora quā inferiora, & quā ob rem illorum materia non ita de forma transire possit in formam, quemadmodū materia inferiorum istorum.

Solvitur quæstio proposita, & vnde cœlestibus corporibus sua sit incorruptibilitas monstratur. CAP. XXIII.

PROPOSTÆ verò quæstioni respōderi poterit, admittēdo priuationē, qualē diximus etiā in cœlestiū corporū inueniri materia, neq; tamē consequi, vt materia ipsa ratione huius priuationis transire possit à forma in formā, ac proinde corpora ipsa cœlestia transmutationi, quæ est secundū generationē & corruptionē, sint obnoxia. Formæ enim substāciales cœlestium corporū, cum sint perfectissimæ in informando suā materiā, sic eam sua perfectione implent, & (licet ex se indifferentē) solidissima dispositione validissimisq; qualitibus stabiliunt, tamq; potētes sunt ad se seruandū in ea sub quā ab initio creatę sunt materia, vt nullū sit agens naturale creatū tantę virtutis, quod aduersus ipsarū aliquā possit præualere. Neq; patiūtur in suam quā inhabitant materiā, vllam omnino extraneā impresionē vllō pacto repugnantem introduci: atq; ita propter formę perfectionē fit, vt de forma in formam trāsire nō possit materia. Et quidē rectius videtur ac ratio ni magis cōsentaneū, vt cœlorū impasibilitatē & incorruptibilitatē assignemus ex parte formæ, quā ex ipsa natura materię. Quod vt intelligatur clarius, suprapositā libet analogiā resumere. Ciuitas enim illa indifferens & neutra, quā capite xxi. proposuimus, duorū regnorū velut mediā, tamerū ex se sit indifferēs & neutra, & iuxta prædominātis regni virtutē, tēporis successū, nūc huic, nūc

hi subiicitur, transitq; de domino in dominum: potest ramen, si præpotentem admodum regem contigerit illam occupare, ita validissimis turribus, arcibus, castris, muris, valis & firmissimo præsidio muniri, diligentissima quoque adhibita custodia fidelissimè obseruari, tam utiq; potenter, sapienter, & validè ut spes ultra non videatur contrario domino aliquando se posse illius potentie præualere. Quod ubi fuerit, ciuitas illa quæ primùm erat indifferens & neutra, atq; etiam nunc quantum ex se talis permanet, per virtutem nimiam & fortissimam munitionem occupantis & prædominantis, facta est modo quodam eius iam regno & potestati addicta. Neq; poterit ultra de domino transire in dominum, aut de regno ad regnum, non utique ratione ipsius ciuitatis, sed ratione occupantis, cuius potentie nimie non videretur spes ut aliquando potestas contraria resistat. Sic sanè & de cœlesti materia dicendum, propter perfectionem & potentiam formæ potentissimæ in informando, quæ illi data est ab initio, eam de forma in formam transire non posse: quoniam agens naturale deest, quod illi possit vel aliam imprimere, vel suam auferre.

Soluitur superius obiecta ratio.

CAP. XXV.

AD rationem verò quæ in oppositum obieciatur, proponentem, ubi eadem est causa eundem cōsequi effectum, respondebitur, non esse nisi occasionem similem in cœlestibus & inferioribus, cum priuatio (ut supra dictum est) non sit vera causa per se effectiua ipsius transmutationis de forma in formam, sed tantum occasio, & causa sine qua non. Nisi enim in materia esset priuatio formarum absentium, & nisi eas esset apta habere quas non habet, nunquam de forma transmutaretur ad formam. Atq; eatenus dicitur priuatio occasio esse, & causa tantum sine qua non, ac consequenter principium quoddam transmutationis huiusmodi. Cæterum, huius transmutationis veram & efficientem causam diximus esse agens naturale, quod prædominans impressiones forme inexistenti contrarias, & forme quam ipsum vult introducere conuenientes imprimit in materiam, sicq; eam de forma transire facit sua actiua virtute in formam. Quæuis ergo eadem admittatur occasio transmutationis in cœlestibus atq; inferioribus istis, non tamen est causa eadem. Non est autem necesse, quotiescunq; eadem occurrit occasio,

siue

hæc eadem causa sine qua non, vt idem ponatur effectus, quemadmodum securis acuties occasio quædam est, & causa sine qua non sectionis ligni. Non enim secaret securis, nisi acuta. Non est tamen necesse, vt semper fiat sectio, donec est securis acuta: sed verã causam adesse oportet, & sectionẽ efficientẽ (hoc est, ipsum secantem) priusquam fiat sectio. Vbi autem defuerit secans, quantumuis acuta iaceat securis, non fiet ligni sectio. Ita & in proposito, quia agens inueniri nullum potest, quod effectũ eiusmodi producat in cœlesti materia, nempe transmutationem in formam aliam, nihil proficit occasio sola. Nihil enim prodesset valet presentia causæ sine qua non, vbi defuerit causa quæ effectum ipsum operetur.

Quomodo vim nullam patiantur corporum cœlestium materia, in eo quod de forma non transcant in formã. CAP. XXVI.

Sed videri forsità poterit vim pati cœlestiũ materia, & *Obiectio.*
 violententer cohiberi à formis, ne trãseat in formas alias. Cũ enim ex sua natura dicatur materia cupere transitum de forma in formam, si ab hoc cohibeatur atq; impediatur, videtur id non carere violẽtia. Apparet, autem inconueniens admittere perpetuam talem in nobilissimis illis corporibus violentiam. Verũ diligentius attendentes comperiemus cœlestium corporũ materiam prorsus nullam vim à suis formis perpeti, imò quietẽ bonã & stabilitatem congruam sic eam accipere, id quod suprapositæ analogiæ consideratio, facile monstrat per similitudinẽ. *Obiectio solutio.*
 Quomodo enim ciuitas illa ex se indifferens & neutra nullũ patitur violentiæ incõmodum, ex eo quod potens ille imperator sic eã sibi firmat munitionibus validis atque diligẽti custodia, ad eũ modũ quẽ suprà expressimus, imò magis quietẽ dulcẽ & bona commoda consequitur, dum à perpetua illa instabilitate liberatur, & stabili mansione in ipsa habitantis imperatoris ornatur, ditatur, perficiturq; plurimum: Ita per omnẽ modũ nulla fit materiæ cœlesti violẽtia, cũ per nobilissimas formas stabili mansione in ipsa inhabitãtes, ab instabilitate eiusmodi liberatur, perfectissimis qualitibus & nobili dispositione semper plenissima, eò quod nobilissimarũ formarũ sit habitaculum. Ex imperfectione enim est, quod ita instabilis existens materia, semper querat de forma transire in formã.

*Instabilitas
ex imperfe-
cto est.*

Neque malè puerorum cupiditati, materiæ hoc desiderium potest comparari, quas videmus nonnunquam ea quæ in manibus habent, siue cibaria, siue alia quælibet, proiicere, vt alia quæ fortè porriguntur, item apprehendant. Neq; rarò panem aut carnes abiiciunt è manibus, vt lapidem aut carbonem aut aliud vile quippiam apprehendât. Quorû cupidè instabilitati parètes bene cõsulûr, neq; vim vllam eis faciunt, dum pro cibo quem tenent, aliud nihil apprehendere eos sinunt. Sic sanè & materiæ frequenter euenit, cû sua instabilitate semper transire geftiat, pro forma nobilissimâ & perfectioribus qualitatibus sub quibus stabat, formam imperfectionem & viliores dispositiones vt recipiat, cani illi Aesopico non admodum dissimilis, qui pro carnis vmbra quæ videbatur in aqua maior, carnis substantiâ sibi permisit dentibus excidere. Huic verò instabilitati dum forma cœlestis sua perfectione medetur, non solùm vim non facit materiæ, verum etiam quiete bonâ eâ perficit, & magno afficit beneficio.

Canis Aesopico.

Quemadmodum corpora glorificata post resurrectionem sub suis formis sempiterna atque dulcissima quiete requiescent.

C A P. X X V I I.

Quod autem nunc de materia & formis cœlestium corporum diximus, idem etiam de materia in hominibus glorificatis post factam resurrectionem dicendum videtur, nulla videlicet violentia eam à suo illo transitu in varias formas cohiberi, neque violenter detineri, sed quiete summa atque dulcissima ex immortalitatis dono sub suis quamq; formis ita firmari atq; stabiliri, vt nullo amplius transitu perdere valeant quam habent, vel quam non habent acquirere. In hoc tamen est consideranda diuersitas, quod in cœlestibus corporibus, formæ ipsæ ex sua perfectione naturaliter ita materiam, quam informant, perficiunt atq; stabiliant, vt extraneam impressionem recipere non valeant. In hominibus autem post resurrectionem futuris gloriosis, non ipsa naturalis animæ virtus hoc præstabit, sed Dei voluntas & beneplacitum, ita vt in beatorum corporibus hoc sit præstitura gratia, & Dei bona voluntas, per immortalitatis donum gratuitum, quod cœlestibus orbibus ipse naturæ autor, secundum primam contulit institutionem. Et quidem quod ad

dana

damnatos attinet, quos etiam necesse erit (iuxta sacratissimam catholicam fidei confessionem) tuba canente, in suis corporibus ad iudicium & ultionem exurgere, si in eis ponamus violentiam perpetuam, nullum sempiternum videbitur inconueniens, illic nimirum, ubi horror & terror, nullus verò ordo inhabitat, ubi diuinæ voluntatis iustitia, violenta, (quæ natura perpetuo non sustinet) suæ diuinitatis potentia ad ultionem eis in æternitate sustentabit. Cæterum, in corporibus beatorum gloriosissimo illo immortalitatis dono ex diuini conspectus consortio factis immortalibus, dulcissima utique pace & quiete suavissima nihil dubium est quiescere pauperulam ex se & egenam illam materiam, cum sua hospita rationali anima, cui ut in peregrinatione laboris olim fuerat ministra, ita in patria dulcissimæ tunc beatitudinis erit socia. Si enim potest ecclestis corporis forma ab institutione nature, suam quæ inhabitat materiam in se stabilire, eamque in pace & quiete perpetua possidere, poterit & hoc rationalis anima in deum iam absorpta, cum plenitudinem acceperit inhabitantis in se diuinitatis, ex Dei voluntate, eam videlicet quæ illi restituetur habitationem, stabilem sibi atque perpetuam seruare, sicque sibi firmo fœdere & solidissima colligatione connectere, ut ultra ab eâ pelli non possit. Similiter & in impiis, ad æternam exercendam vindictam, colligationem hanc faciet iustus ille ultor, ut perpetuis tormentis, & suppliciiis inæstimabilibus, ultra à corpore anima, quantumque desiderauerit, separari omnino non possit: illis quidem ad gloriam æternam, ut ab ea, ad quæ semel admissi fuerant, beatitudine non possint excidere. His verò ad sempiterna supplicia, ut cruciatibus diabolo & ministris eius ab initio preparatis, nunquam valeant abesse. Et hæcenus quidem, quæ de rerum naturalium principiis, ad omnipotentis Dei notitiam & gloriam cōducere videbatur, pro nostra paruitate tractauimus. Proximū est, ut ad earum causas utrumque explicandas, altero libro, transeamus, si prius in ipso libri huius termino, ex iis quæ diximus, laudis qualecunque canticum cecinerimus altissimo rerum omnium domino, qui super omnia viuit benedictus in æterna secula. Amen.

*Finit ad Dei omnipotentis gloriam Liber primus
considerationis Physicæ.*

PSALMVS LAVDIS, AD CONCLVSIONIS
terminum, primo & optimo rerum omniaum
principio.

Confitebor tibi domine in toto corde meo, meditabor in omnibus
mirabilibus tuis.

Non est similis tui in dijs domine, & non est secundum opera tua.
Tu solus inhabitas aternitatem cum vnigenito tuo, in sancto spiri-
tu semper perfectus atque beatus.

Caelo tibi opus non erat, vt sederes in eo: terra verò & vniuersa
quae sunt in ea, quem tibi vsu[m] praebeere poterunt, qui rebus nullis in-
diges?

Quia voluisti, quando voluisti, sicut voluisti, ita verbo dixisti, &
surrexit vniuersa haec machina, magna nimis.

Ecce non est in omnibus gentibus vir industrius, aut potens arti-
fex, vt suscitet de nihilo vel puluisculum terra.

Tu autem ex nihilo fecisti, quaecunq; nostru[m] sunt obiecta sensibus,
molem magnam valde.

Sub materia, non ex materia constituisti haec omnia, suum cuique
pondus librans.

Materia quidem cognata erant, & indiuisa, formarum autem va-
rietate separasti ea.

Quam vnico opere demonstrare nequisti infinitam pulchritudine[m]
tuam, variatis sic rerum speciebus, vt manifestam faceres.

Ecce verò in hoc mirabilis dulcedo sapientiae tuae, dum sic diuersis-
sima natiuo nectis amore.

Et quae per sese inimica videntur, tuo iussu, inseparabili sunt con-
glutinata dilectione.

Verè magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus creator
omnium, creator caeli & terrae.

Tibi soli laus, honor, & gloria, tu es solus adorandus, domine deus
noster.

Vt quid domine permittis alienis honorem tuum, & quare eum
praeripiunt tibi creaturae tuae, quae adorantur in terris?

Intende ad visitandas omnes gentes, & agnoscatur gloria nomi-
nis tui super omnem terram, vt non deficiat laus tua de ore nostro in
sempiternum.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum.
Amen.

FINIT PSALMVS.

IN LIBRVM SECVN-

DVM PHYSICAE CONSIDERATIONIS DE CAUSIS RERVM NATVRALIVM
PRAEFATIO.

*



OMNE quod creatum est, aliquā necesse est suae existentiae habeat causam, etiam angelica ipsa, licet nobilissima creatura. Omnia siquidē quae creata sunt, manifestum est ab eo qui ipsa creauit atque effecit, suū esse accipere, & suum effectorem suae existentiae causam habere. Necesse item est, ad finem omnia ordinari, propter quae creata sunt, & ad suam singula existentiam perducta. Atque ita quidem efficientem & finale causas, omnia quae sunt creata & visibilia & inuisibilia, spiritus & corpora, necessum est habere. Ceterum, res corporeae, & naturales, praeter supradicta duo causarum genera, cōspiciuntur & alia duo requirere. Materialem causam dico ex qua consistit, & formalem per quam suā accipiant existentiam. Et de his quidem posterioribus, in priori libro, quatenus principia sunt rerum naturalium, coeptū est determinari. propter quod non ita proluxa nobis praesenti hoc libro de eis facienda erit determinatio, nisi quantum ipsa causalitatis ratio exposcet. De prioribus autem duobus, prolixior restat tractatus. Ad gloriam ergo eius qui est omnium causarum prima atque nouissima, & ω, principium & finis omnium, ex materia cōponens singula, & suis formis in sua existentia ligans vniuersa, rerum istarum iam aggrediamur determinationem.

Definitio cause, & quomodo ab occasione separanda causa.

C A P. I.

CAUSA definiri solet, ad cuius esse consequitur aliud.

Cause definitio prior.

Qua definitione indicatur, omne illud esse alterius causam, quod ei quomodocūque dat esse, siue ut sit, aut à quo, hoc alterū accipit quomodocūque; ut sit. Quemadmodū (exēpli gratia) ad Dei esse cōsequitur omnium esse creatu-

c s

rarū, id est, à Deo omnia accipiunt vt sint, & Deus omnibus esse donat, atq; ob hoc est Deus omnium causa. Similiter res oēs naturales, à materia & forma accipiūt vt sint, & materia ac forma modo quodā dant rebus naturalibus vt sint, dū ex illa & per hanc necesse habēt, subsistere, atq; ob id omnium rerū naturalium cause sunt, materia & forma. Sic & finis quatenus agentē mouet ad operandū effectū, quodāmodo dat effectū vt sit, cū propter finē agens eundē operetur. Aduertendū est autem (quemadmodum in libro priorē obiter indicauimus) distingui solere duplicē causam, alteram propriē dictā, quam nūc definiuimus, & de qua principaliter loqui intendimus, cū de causis rerum facimus sermonē: alterā verò impropiē causam nomina tam, quæ est occasio siue causa occasionalis, aut causa sine qua nō. Quemadmodū in ligno, siccitas vehemēs occasio est accensionis, inflātionis, & cōbustionis eius: & in stipula leuitas, occasio est facilis agitationis sursum: in globo rotunditas, occasio est facilis motus: in culcro occasio bonæ scissionis est, ipsa eius acuties, atq; ita in similibus. Non sunt tamē hæ nisi occasiones talium effectuum & occasionales causæ (quod cū diminutione dicitur) atq; etiā causæ sine quibus non, hoc est, sine quibus effectus eiusmodi vel non fierent, vel non ita commodē & faciliē fierent: quemadmodū non fieret, aut fieret, aut nō faciliē fieret ligni accensio, nisi esset in eo siccitas: neque faciliē globus laterali motu agitari possit, nisi rotūdus: neque rectē scindere culter, nisi acutus. atq; ita in aliis. Causæ tamen veræ nō sunt, sed tantū dispositiones quædā, quas necesse est adesse, si agens ipsum & præcipua causa debeat effectū operari, aut quæ vbi adfuerit, rectius ac facilius agens & præcipua causa suum effectum operetur.

Quomodo in moralibus vtile sit dignoscere causam ab occasione.

CAP. II.

EST verò in moralibus diligentissimè attendenda ista distinctio, vt non pro occasione causa, aut e contrario pro causa existimetur occasio. Multū enim hæc distinctio valet ad peccatorū discretionem. Quemadmodum (exempli gratia) in scandalo dato, quod est vera causa ipsius scandalizationis passiuæ, & in scandalo non dato, sed accepto, vbi opus ipsum ex quo scandalizatur alter (quod scādalum

Causa occasionalis non est vera causa

Quid scādalum datum & quid acceptum.

dalum acceptum nominant) non est causa scandalizationis passiva, sed tantum occasio: vera autem causa huius passivae scandalizationis est, ipsa prava voluntas eius qui ex eo scandalizatur sua prauitate, unde scandalizari merito nec potuit, nec debuit. Sic & in consideratione finis, distinguenda frequenter venit occasio & vera causa. Quemadmodum (exempli gratia) propter temporale praemium, actum aliquem sacrum faciendo, si praemium istud temporale, tantum occasio quaedam est, & finis quidem occasionalis, & occasionale motiuum: sic verò Deus finis verus & vera causa finalis, non est actus ille malus vel illicitus. Sin temporale illud praemium vera est causa finalis, & motiuum praecipuum, non autem Dei honor aut gloria, indubie illicitus iudicabitur. Quapropter huius rei proderit exacta consideratio. Excluditur verò causa occasionalis à definitione supraposita, per hoc quod non sic ad eam effectus consequatur, ut ipsi effectui, sed tantum est dispositio quaedam, qua mediante causa praecipua facit effectum esse. Quemadmodum ignis agens, dispositione, & occasione siccitatis, facile inflamat lignum, & manus proicientis globum rotunditate dispositum, facile agit. Nemo autem dixerit siccitatem inflam mare lignum, aut globum à sua rotunditate moueri.

Alia ponitur cause generalis definitio, ex qua speciales eliciuntur definitiones quatuor generum causarum. CAP. III.

Solet etiam hoc modo causa definiri:

Causa est ex qua, aut per quam, aut à qua, aut propter quam, res quaequam efficitur, vel est.

Quae definitio, dum sub quadruplici datur distinctione, quatuor indicat causarum genera, id est, causae diuisionem in quatuor sub se contentas species. Diuiditur enim causa, in causam materialem, causam formalem, causam efficientem, & causam finalem. Nam ex qua, respicit causam materialem, per quam, causam formalem: à qua, efficientem: propter quam, finalem. Ex quibus facile colligi possunt singularum specierum harum definitiones.

Causa enim materialis est, id ex quo quippiam fit

eo pacto ut insit.

Id est, principium naturale vel artificiale ex quo res naturalis

*Causa a se-
ra definitio.*

*Causa ma-
terialis.*

lis vel artificialis fit, ita vt in ipsa maneat. Siquidē ex materia cū forma, res omnis cōponitur, res (inquam) siue natura, siue artis. Vt ex ligni materia, cū forma ignis in eam introducta, fit ignis: Ex auro, per formā idoli infusam, fit idolum. Per quam, causam formalem respicit. Per eā enim & secundū eam res dicitur esse substātialiter quod est, & in suo item peculiari esse per eam res conseruatur, vt per animā rationalem homo est homo: & per formā idoli, ali- quod opus dicitur idolū. Quod si forma aufertur, oportet homini & idolo esse similiter, auferri, vt nō amplius fit homo vel idolū, quod prius erat, donec inexistet forma. Propter quod, ab Aristotele dicitur, Forma est species, exē plum, & ratio quidditatis, id est, essentia rei naturalis. Sic enim ille solet essentiā rei exprimere. Species quidē, quā per eā res in certam speciē constituitur, atq; arctatur, quē admodū in priore libro latius tractauimus. Exemplū, quoniam secundum formā, res sibi similia efficiūt, quē admodum ignis per suam formam generat ignē alium sibi similem. Ratio autē dicitur, quoniā essentiam rei cōstituit, & secundū eam res accipit suā essentia rationem, & secundum eam etiam res definitur, quemadmodum homo definitur esse animal rationale, & animal corpus animatū sensibile, vbi rationale & sensibile, animam rationālē & animam sensitiuā (ex quibus essentia hominis ac bruti est) respiciūt. Tertia autem disunctionis particula, nempe a qua ad causam efficientē spectat. Ab ea enim primū fit motio exterior, vt opus fiat, & in materiam ipsa habet suo motu & actione formam introducere: idq; tam in rebus artis, quā in natura, licet primus motus interior a causa finali procedat. Quemadmodum in domo cōstruenda, quā est opus artis, nō seipsos lapides componunt, sed est domificans, qui manū admolitur operi, quīq; suo motu & actione materiam componens, & debito modo coaptans, formam domus efficit. Item nō seipsum ignis gignit, neq; materia seipsam accendit, sed ab alio agente succenditur materia ad formam ignis. Definitur autē ab Arist. hoc pacto:

Causa efficiens est id vnde primum principium mutationis & quietis.

Cuius est hic sensus, causa efficiēs principalis, est primū prin
prin

Aristot.

principium, à quo motus & quies exterius procedit, vel effectus positivus aut privativus producit, quod tam ad artem quam ad naturam applicari potest. Ultima verò particula propter quam vel cuius gratia, finē signat, qui mente quidem conceptus, tacitè intrinsicè efficiens movet causam & veluti in exterius opus mittit, quemadmodum propter inhabitationē homines domos ædificant, propter defensionem & tutelam ab hostiū incurribus civis muros, valla, turres, aliāq; fortalicia construunt. Mouet enim mentem finis iste conceptus, & ad opus procedere facit exterius. In naturalibus verò agentibus, in quibus non est ratio, finis ipse vt naturaliter intentus & desideratus, hoc est, quatenus res agens ad finē naturaliter inclinatur ac fertur, movet rem ad operandum effectum tali fini congruum. Quemadmodum forma lapidis movet ipsum deorsum, propter finē ad quem naturaliter inclinatur, id est, propter quietem in loco naturali. Desinitur hoc modo:

Causa finalis est cuius gratia omnia fiunt.

Id est, finis est principium ad quod diriguntur & destinantur omnia media, eidem congruentia, veluti in scopum quandam.

Quomodo & causa efficiens & finalis utraque dici possit causarum prima.

CAP. IIII.

EX quibus patet, vtranq; causam, nempe & efficiens & finalem, rectè dici posse causarum primam. sed differēter, aliāq; & alia ratione. Finis enim est prima causa secundū intentionē, quatenus agentis virtutē effectivā (in rationalibus, per rationem intētus, siue in naturalibus per naturalē inclinationē desideratus atq; naturaliter propositus) sollicitat interius, ad operationē exteriorem cuiuslibet effectus. Quemadmodū aves, tempore coitus & procreationis, ipsa suæ speciei multiplicatio, & conservatio (vt naturaliter intenta atq; desiderata) extimulat & movet ad coeundum, nidos construendum, & quæcūq; sunt opportuna tali fini operandū. Cæterū, efficiens, primū est in interiori operatione, & motione materialia. Vnde sicut finis semper est intentione prior efficiens, interius mouendo & sollicitando efficiens, ita e contra

rio efficiens secundum tempus prior est sine. Quemadmodum sanitas ipsa atque sanatio, tempore est posterior ipsa potione siue balneatione, ad sanitatem ordinatis, tanquam ad finem: & operatio bona Deo dignæ conuersationis, antecedere debet æternæ felicitatis retributionem, quæ est illius finis, cum hæc sit illa intentione prior.

De effectus definitione & diuisione per oppositum ad causam. CAP. V.

QUæ autem de causa dicta sunt, eadē effectui possunt omnia per oppositū aptari. Sūt em̄ causa & effectus relatiua quæadmodū pater & fili⁹. Vnde ex suprapositis causæ definitionibus effect⁹ potest hoc modo defini: Effectus est, id quod sequitur ad esse alterius.

Quid effectus.

Hoc est, quod quoquo modo ab alio accipit, ut sit: hoc est, quod ex aliquo est, aut per aliquid, aut ab aliquo, aut propter aliquid. Est autem effectus nomen generale, non quidem oppositū relatiuè causæ efficienti in particulari (quæadmodū ex nominis ratione videri poterat, eò quòd inter efficiens & effectum secundū nominationem & terminationē videatur interuenire relatio) sed generaliter causæ opponitur secundū relationem. Vnde quemadmodum superius causa quadruplex distincta fuit, sic ex opposito quadruplex item effectus venit distinguendus. Sed quia propria nomina non habentur, idcirco adiecta causarum distinctione, necesse est circumloqui. Est enim effectus causæ materialis, est effectus causæ formalis, est effectus causæ efficientis, & est effectus causæ finalis.

Quadruplex effectus.

Effectus causæ materialis est, quod est ex aliquo.

Vt homo hoc modo est effectus suæ materiæ, quoniā ex sua materia componitur: & idolum, effectus auri vel argenti est, tanquam materialis causa.

Effectus causæ formalis est, quod per aliquid est.

Vt homo per formam, quapropter homo respectu suæ formæ, & idolum respectu suæ formæ artificialis, effectus dicitur causæ formalis.

Effectus autem causæ efficientis, qui fit ab aliqua.

Vt domus à domificante, ignis genitus ab igne ipsū generante, filius à suo patre. Vnde domus, ignis genitus, & filius respectu domificantis, ignis generantis, & patris

gignea

gignentis, effectus dicuntur causæ efficientis.

Effectus deinde causæ finalis est, quod est aut fit propter aliquid siue alicuius gratia.

Vt ambulatio quæ fit propter sanitatem consequendâ, & bona operatio quæ exercetur propter vitâ æternâ. Et regulariter medium ipsum quod ad finem ordinatur, & quo ad finem peruenitur, effectus dicitur causæ finalis, respectu eius ad quod ordinatur, & ad quod perducit, quæ admodum bona operatio ad æternæ vitæ cõsecutionem ordinatur, & ad ipsam perducit operantem: similiter, & ambulatio, ad sanitatem. Videtur ramen difficilè hoc intelligere, quemadmodum medium causæ finalis siue ad finem, dicatur effectus illius, eò quòd plerunq; vt post latius declarabitur, fit verum efficiens illius. Sed facilè vitatur difficultas, si attendatur, effectum generale esse vocabulum, & in vnoquoque causalitatis genere causæ relatiuè opponi. Vnde consequitur manifestè, si sanitas respectu ambulationis sit finalis causa, econtrario quoq; ambulationem effectum esse causæ finalis respectu sanitatis, similiter & de bona operatione, respectu felicitatis.

Quemadmodū eiusdem rei possunt esse plures causæ. CAP. VI.

AD maiorem autem prædictorum cognitionem, tres poni solent causarum cõditiones. Quarū prima est: Eiusdem rei plures possunt esse causæ.

Quod si de diuersis generibus causarū intelligatur, etiã sensui est manifestū. Siquidem omne agens naturale causas materialem, formale, efficientem, & finale habet. Si verò in eodem genere causæ accipiatur, etiã sic verum est. Nam idem homo filius existens, causas efficientes habet, patrè, matrem, corpora cœlestia, & super omnia Deū. Homo enim non generat hominem sine concursu causarū vniuersaliū, id est, corporum cœlestiū, & causæ vniuersalissimæ quæ est Deus. Sic plures esse possunt eiusdè rei fines, vt corpus est propter animâ, propter hominem, propter Deum. Terræ gramina & herbæ, sunt propter iumentorū pastū, propter ipsius terræ ornatum, & propter hominū consolationē, atq; in Deum ex ornatu illo prouocationem. In genere autè causæ materialis istud absurdū videtur, si de materia totali sermo fiat. Omne enim ens natura

Prima proprietas causarum.

Homo generat hominē & sol, vt habet Aristot. 2. Physico.

naturale non nisi ex vna materia totali componitur. Et similiter nullum opus artis vnū, duas totales habet materias. Neque enim simul eadē statua, & tota aurea, & tota argentea esse potest. Possunt tamen cōmisceri aurum & argentum, sed tunc non nisi pro vna totali materia reputabitur. Similiter & de causā formali dicendum, maxime si de forma substantiali & vltima sermo fiat. Quē admodum enim ex primo libro patet, nulla res naturalis plures substantiales formas habere potest. Neque item res quæcunque artificialis, plures simul totales formas artificiales habere valet. Nequit enim statua, leonis imaginē habere simul & bouis. Quōd si formarum fiat commixtio, veluti cum humano capiti ceruicem equinam pictori iungere libuerit, non plures sunt formæ artis totales, sed vnica tantum. Si tamen causam formalem largē acciperemus, vt etiam ad formas accidentarias se extenderet, sic dubium non esset, plures etiam formales causas simul posse existere. Plurimas enim accidentarias formas idem simul in se continet homo.

Horatius
de arte poetica.

Causas posse sibi esse inuicem causas. CAP. VII.

Secunda conditio causarum.

Secunda conditio est: Causæ possunt sibi inuicem esse causæ.

Quod quidem in diuersis causarū generibus est indubitatum. plerunq; enim quod in genere causæ finalis est causa, hoc ipsum in genere causæ efficientis est effectus: & quod in genere causæ efficientis est efficiens, hoc est in genere causæ finalis effectus. Veluti cum non rectē quispiam valens, propter acquirendam sanitatem deambulat, aut medicinam bibit amarā, deambulatio ista in genere causæ efficientis causa est sanitatis, quæ per ipsam & ab ipsa efficitur. Similiter & amaræ medicinæ potio causa est sanitatis quam efficit, atq; ita ex consequenti sanitas ipsa admitti debet in hoc causalitatis genere ipsius ambulationis atq; potionis effectus. E contrario autē, in genere causæ finalis causa est, sanitas vt intentā & desiderata. Ipsa enim est, quæ nō rectē valentē mouit ad ambulationē atq; amaram potionē. Atq; per consequens, in hoc causalitatis genere, ambulatio effecta, & potio illa amarioris medicinæ propter sanitatē, admitti debēt

debēt effectus. Est autem in genere causæ finalis effectus ipsum mediū quod est propter finē, & quo ad finē peruenitur, quemadmodū in proposito est, de ambulatione & potione respectu sanitatis. Patet ergo, quemadmodum in diuersis causarum generibus causæ sibi inuicem possint esse causæ. Amplius verò, etiā in eodē genere causæ inuenire possumus causas esse sibi inuicē causas. Nā habitus ex actibus generantur, quæ admodū virtutes habituales ex actibus virtutum frequēter iteratis, & nihilominus habitus cū generati fuerint, actus vicissim faciūt. Faciunt enim habitus, eos quos habent secundū ipsos operari, & delectabiliter operari. Verū istud secundum speciem est tantū. Nam actus qui præcedunt habitū, eumq; efficiunt, numero diuersi sunt, ab iis qui sequuntur & efficiuntur ab eo. Profundius autē cōsiderando, inuenire poterimus, vbi causæ eadē secundū numerū, sibi inuicem sint causæ. Eadē enim caliditas, quæ in manu à calido quod tenetur manibus producit, vicissim cōseruat in ipso quod tenetur manibus, calorē. In eodē autē genere causæ efficiētis sunt, causa producēs & causa cōseruans. Vtraq; enim causa & producēs & cōseruans, dicitur efficiēs. Similiter etiā dicendū videtur in cōtemplatione rei iucundæ, quæ gaudiū atq; lætitiā in animo producit, à qua vicissim cōseruari ipsa rei iucundæ cōtemplatio videtur. Cōseruat enim cōtemplationis actū absq; fastidio, & permanere facit in animo, lætitiā interior, quæ in eo inde exoritur.

Cause sunt sibi mutuo cause.

Eandem posse esse causam contrariorum effectuum.

C A P. V I I I.

Tertiam conditionem causarum ponunt hanc:

Eadem potest esse causa cōtrariorū effectūū.

Quod quidē ad oculum promptum est videre in solis actione, qui vnus & idem mediante calore, quædam facit liquefcere, alia indurās. Ceram enim, & butyrū, glaciem, atq; similia, liquefacit. Lutum verò & lutea vasa, hisq; similia, facit indurescere. Et eadē potio in quibusdā efficit sanitatē, in aliis ægritudinē, imo etiā in eodem successiuē. Huius autē ratio est, varia dispositio subiecti in quo recipitur actio. Quemadmodū ea quæ pro homine cōplexionis sanguinæ bona est potio, & sanitatis effectiua, fieri

Tertia proprietas causarum.

potest vt homini cōplexionis cōtrariæ (nempe melācholicæ) sit noxia, atque ægritudinis effectiua. Et frequenter potio quæ distemperatā complexionē ad tēperamentum reducit, eadem distemperamentū facit in eo qui recta est valitudine. Sic eadē præmissæ in vno generant scientiā, in alio generant tantū opinionem, iuxta quod vel circa præmissas vel circa cōsequentia rectitudinē variē fuerint affecti. Ita seculi scientia aliquo modo perficit intellectū, quoniā omnis veritatis cognitio, quantum ex se est, intellectu perficit. Imperficit tamen affectū, eò quod inflatum reddat. Et quidem in rebus naturalibus hæc contrariorū causalitas prouenit, vt diximus, ex parte variæ dispositionis subiecti, in quod fit actio. In voluntariis autem, ex varia dispositione agentis pro sua libertate. Idem enim homo vult & nō vult, non solum ratione rei mutata, sed pro sua etiam libertate absque rei vlla mutatione.

De causæ diuisione in vniuersalem & particularem, propinquam & remotam.

CAP. IX.

Solent quoque de causis nonnullæ assignari diuisiones. Causarū enim quædā sunt vniuersales, quædā particulares, quædā remotæ, quædā propinquæ.

Causa vniuersalis & particularis.

Et considerantur hæc rursū, vel secundū nominationem, vel secundū rem. Secundum nominationē quidem, quando causa & effectus nomine vniuersali vel particulari assignantur, vt cū dico, Bonū est finis rerū: Ex materia, fit res: Forma, facit esse rem: Res est, per formā: Artifex, efficit opus: Finis, mouit operantem. In his, & causæ & effectus vniuersaliter nominantur seu generaliter. Cū autem dico ex auro facta est hæc statua, particularis causa & effectus exprimuntur. Itē eūm dico, artificem fecisse hanc domum, aut viuētem aliquē esse patrem huius pueri, nominatione causas remotas ab effectibus dico. Causas enim nomine vniuersali designans, effectum particularem demonstro. Cum verò huius pueri hunc hominem dico esse parentem, aut hunc artificem causam huius rei, aut domificatorem domus esse causam, & statuarium statuæ, propinquius nomino & exprimo causalitatem. Interdum verò nūcupamus causas vniuersales vel particulares secundū rem, ob rei generalem videlicet aut

part

particularem, remotam vel propinquam causalitatem. Hoc autem pacto causa vniuersalis dicitur, vel generalis, quæ plurimos habet diuersorū generum effectus, quæadmodū sol, & cælestia corpora, & super omnia Deus bene dictus. Habent enim effectus plurimos diuersorum generum, cū omnis creatura corporalis sine illorum cōcursu non efficiatur. Non est autem necesse ad hoc vt causæ dicantur vniuersales seu generales, vt prorsus nullus sit effectus, cuius ipsæ non sint causæ. Sic enim Sol & cælestia corpora non dicerētur causæ vniuersales, cū non sint causæ spirituum, neque spiritualium rerum: sed sufficit, quod multos valdè habeant diuersorū generū & diuersarum rationū effectus. Quamquā Deus super omnia benedictus, ob hoc vniuersalissima & generalissima causa per superlatiōē rectè dicitur, quod prorsus nihil neq; corporale neq; spirituale eius causalitati sit subtractū. Videtur etiā homo secundū genus causæ finalis esse causa vniuersalis, eò quod plurimos videatur habere diuersarū rationū secundum hoc genus effectus, id est, plurima ad ipsum ordinata. Cum omnia hæc inferiora, imò & cælestia, ad hominē vt finē referātur. Causa autē particularis dicitur, quæ non plurimos habet diuersorum generum effectus, vt homo, causa particularis est respectu filij quem gignit, etiam si mille genuisset numero filios. Oportet enim causam vniuersalem siue generalem, multos admodum habere effectus diuersorum generum atq; diuersarum rationum. Indiuiduorum autem quantacūq; multitudo, non sufficit ad faciendam causam vniuersalem. Causa verò propinqua secundum rem nominatur, illa quæ effectui prope est, & per se effectum attingit: quemadmodum pater, causa propinqua est sui filij, quem per seminis decisionem gignit. Causa verò remota est, quæ ab effectu est elongata, neq; ad effectum nisi alia causa priore mediante attingit, quomodo auus causa est remota nepotis, eò quod ad eius causalitatem nō attingit, nisi mediante efficientia filij sui qui est pater nepotis illius, & causa propinquior. Magis autem remotæ causæ sunt proauus, at auus, tritaus, atque ita consequenter. Similiter si ignis aliquis secundum produxerit, atq; hic rursus tertiū, iste quartum, qui deinde quintum: primus omnium, causa est

Deus causa est vniuersalissima.

Quid causa particularis.

Causa propinqua & remota.

*Cause vni-
uersales sunt
propinqua.*

propinqua secundi, & secundus tertij, atq; ita consequenter, sed omnium aliorum præterquam secundi, est ignis primus causa mediata, & secundus causa mediata est quartus & quintus. Sunt autem causæ vniuersales etiã causæ propinquæ æquæ atq; particulares. Sol enim & corpora cœlestia, effectibus prope sunt, & secundum causalitatem effectum attingunt per se, non tantum mediantibus aliis particularibus agentibus. In omni enim effectu naturali, immediate per se Deus cõcurrit, similiter & corpora cœlestia.

*Causa per
se & per ac-
cidens.*

*Quid causa
per se secundum
nominatio-
nem.*

*Quid causa
per accidens
ex nomina-
tione.*

De causa per se & per accidens secundum nominationem. CAP. X.
ITerum autem diuiditur causa, in causam per se, & causam per accidens. Idemque rursus vel secundum nominationem, vel secundum realem considerationem.

Secundum nominationem est causa per se, quando causa exprimitur sub ratione causalitatis, id est, sub ea ratione secundum quam talis ei effectus competit. Quæadmodum dicimus lucidum per se esse causam luminis vel illuminationis, calidum per se esse causam calefactionis, iugulationem esse per se causam interitus, summum quoque bonum per se finem esse omnium. Atque ita cum dicimus lucidum illuminare, calidum calefacere, iugulatum interire vel interiisse, summum bonum appeti vel desiderari, causa per se exprimitur secundum nominationem. Lucidum enim quatenus lucidum, illuminat, & calidum quatenus calidum, calefacit. atque ita in cæteris. Per accidens verò dicitur causa secundum nominationem, quando causa non exprimitur secundum rationem causalitatis, neque sub ea ratione secundum quam ei effectus talis conuenit, sed sub ratione aliqua extranea & impertinenti. Quemadmodum (exempli gratia) si quis dixerit calidum causam luminis, aut lucidum causam caloris, dicatque lucidum calefacere, & calidum illuminare, percussum interiisse, omnia creatori appetere & desiderare. In his enim ratio causalitatis non exprimitur, sed aliquid impertinens effectui. Non enim lucidum quatenus lucidum calefacit, sed quatenus calidum: neque calidum quatenus lucidum calefacit, sed quatenus calidum: neque percussum quatenus percussum interiit, sed quatenus iugulatum: neque creator quatenus creator, sed quatenus summum bonum & finis omnium ultimus, ab omnibus appetitur ac desideratur, quasi ordinatis ad ipsum.

De causa per se & per accidens secundum rem. CAP. XI.

Secundum realem verò considerationem dicitur causa per se, quæ ad effectû aliquè ordinatur, siue secundum naturalem inclinationè, siue secundû rationis propositû. Per accidens verò, quæ ad certû effectum non ordinatur, sed accidit ei effectus præter intentionem & ordinationè. Quemadmodû (exempli gratia) forma lapidis aut ligni per se mouet lignû ipsum aut lapidè deorsum. Ad talem enim effectû est secundû naturam determinata, atque ob hoc ipsa est causa per se motus talis deorsum. Cæterû si cadens lignum in ignè corrûpatur, & inflammetur, per a cædès fit talis effectus. Non enim intrèdebat a forma deorsum mouente rei corruptio, sed accidit hoc præter inclinationè naturæ, itè si cadens lapis frangat vas terreû, per accidens hoc euenit. Item cûm propter sanitatem recupe randam quis deambulat, hoc ipsum intendens, ipsa ambulatio causa per se est sanitatis, ad quam ordinatur, ex ratione & proposito ambulantis. Cæterum, si inter ambulandum contingat pedem offendere, aut aurû reperire in via, aut simile aliquid præter intentionè effectus eiusmodi per accidens est. Sunt præterea causæ quædam potentiales, vt ædificator, creator, figulus, pistor, faber, inflammatorium, illuminatiuû. Et significant huiusmodi plerunque habitus, siue potentias. Aliæ actuales, vt ædificans, creans, singens, fabricans, inflammans, illuminans, & ita in aliis, quæ actum significant vel actionem ipsius efficientis, quemadmodum priora habitus vel potentias.

De causa materiali, & duplici relatione nominis, materia.

CAP. XII.

Qantum autè ad causam materiale atq; formale arti ner, aduertendû est, non prorsus eodè modo hîc accipi materiam & formam, quo in libro priore diximus significare. Latius enim hîc sumitur causa materialis & formalis quàm ibi forma & materia. Vnde hîc etiã materia artis, quæ secûda solet nominari, eò quòd ex alia priori cõponitur, est causa materialis, vt ex toto ligno fit idolû, & ipsa forma idoli hîc formalis causa dicitur, cû illic nec lignum admittatur materia idoli, neq; idoli species forma, quæadmodû latius fuit præcedenti libro declaratû. Præterea quod ad nominis materiæ rationè attinet, scièdû est,

Quid causa per se ex re ipsa.

Quid per accidens causa ex re.

Causa potentialis & actualis.

Materia in qua & ex qua. materiam dupliciter posse comparari. Primò, ad formam quancunq; quam recipit, vel in se habet. Atq; ita solet vocari materia in qua, & materia subiectiua. Nam hæc est

Quid materia in qua. materiae conditio, formam ipsam substantialem & alias omnes accidentales recipere, atq; in se quodammodo sustinere. Secundò cõparatur ad rē quā cõponit, vel naturalem vel artificialem. Atq; hac cõparatione nominatur materia

Quid materia ex qua. ex qua. Similiter & de forma dicendum. Potest enim primò referri ad materiam cui inest, siue quā informat, quo modo dicitur hæc anima esse huius corporis, quasi ipsum informās: Secundò, ad rē quā cõponit, quomodo dicitur hæc anima huius esse hominis, eò quòd hunc hominē cõstituat. Iuxta primā cõsiderationē, materia & forma sunt ad inuicem relatiua, & ad inuicē referuntur. Est enim materia, formæ materia, tanquam informantis eam: & vicissim forma, est materiae forma, quasi ab ea informata. Et est relatio secundum superpositionē, eò quòd dignius fit formā esse quā materiam. Iuxta verò secundam cõsiderationem, & materia & forma referuntur ad rē naturalē, vt quæ ex ipsa & per ipsam cõponatur. Nomē tamen naturæ, nō nisi cõpositū respicit. Nunquā enim dicitur forma esse natura materiæ, aut ecõtrario, sed vtraq; & forma & materia, sunt naturæ compositi siue rei naturalis.

Forma substantialis, artificialis, & accidentaria.

De triplici causa formali.

CAP. XIII.

Sciendum autem est, præter formas substantiales, quæ propriissimè causæ formales dicuntur, item & præter formas artificiales, quæ minus propriè, cætera etiam accidentia quæ quaecunq; esse accidentarium donāt rei cui insunt, nonnunquam causas formales nominari, quemadmodum albedo & scientia atque virtutes, formæ quædā sunt, & quædam formales causæ eorū in quibus sunt, eò quòd esse quoddam eis dare videantur. Dat enim homini albedo, vt sit albus, dat scientia, vt sciens sit ac doctus: virtus, vt bonus sit ac probus. Sed cū forma, propria & vera definitione dicatur, quæ rei dat esse, videtur sola forma substantialis propriè atq; simpliciter dicēda forma siue causa formalis, cum ipsa sola det esse simpliciter rei quam componit. Cæterū, neq; artificialis forma neq; alia quælibet accidentaria, vlli rei propriè & simpliciter esse donat, sed tantum aliquo modo esse, vt puta accidentarium,

nem

nempe esse album, vel nigrum, bonum aut malum. Vnde nec simpliciter formales causæ, neq; propria dicēde sunt, sed tantū impropria, & cū diminutione quædā formales causæ: quatenus esse quoddam (secūdū diminutionē loquendo) donat, non autē esse simpliciter. Relinquitur ergo, solas substantiales formas propriē atq; simpliciter causas formales nominandas: cæteras autem, non simpliciter sed cū diminutione, adiiciendo accidentales vel artificiales. Est autē forma accidentalis, quæ subiecto donat esse qualecunq; accidentarium, id est, esse aliquale. Forma vero artificialis, quæ donat esse artificiale, id est, quæ esse quippiam facit opus artis. Quemadmodū forma idoli facit, vt idolū dicatur, & facit lecticæ forma, vt lectica sit, quod ex materia facit artifex, atq; ita in cæteris. Aut artificialis forma dicatur ab artifice, nimirum quod artificis operatione, secundū eius artē introducatur in materiā.

De causæ efficiente principali & minus principali producente, corruptente, & conseruante.

CAP. XIII.

INter efficientes causas, sunt quædam coadiuuantes tantum & disponētes sua actione siue operatione, sunt quæ ministeriales & minus principales causæ, quædam autem sunt principales, quæ formā in materiā introducunt, etiā si minus videantur operari exterius, aut operi atq; materiæ exteriori minus insudare. Nam cōstat, multo amplius in agendo res naturales sollicitari circa effectum quam Deum, qui tamē principalissimus in omnia efficiendo est: non nisi quia vicinius formā in materiā inducit, & esse donat. Sic & architecto dicendum est, qui in efficiendo rem ipsam artis præcipua est efficiens causa, tametsi plerunq; ministri inferiores, operi ipsū exteriori, atq; præparandæ materiæ & disponendæ ad formā artis, multo amplius insudēt. Est quoq; & illud in proposito loco aduertendum, per efficiētē causam nō solum intelligi eam quæ rem aliquam producit aut esse facit. Causa enim efficiens, sub se habet causam producentē, conseruantem, & corruptentem. Nam & accidentia formæ conuenientia, quæ ipsam in materia conseruant, eius quædā efficiētia sunt. Vt in igne, calor, siccitas, raritas, leuitas, quamuis formā non produxerint, tamē conseruando progenitum, quodammodo efficiunt. Agentia quoq; naturalia cū sua

Quid accidentalis forma.

Quid artificialis.

Causarum efficientium quædam principalis, quædam minus principalis.

Causa produciens, conseruans & corruptens.

virtute aliquid corrumpunt, eatenus in proposito efficiētia sunt. Vt cum ignis corrumpit aquam ac destruit, efficiens est corruptionis illius, & aquæ destructio effectus est virtutis ignis agentis.

De causa duplici, secundum esse & secundum fieri.

C A P. X V.

OMni autem diligentia est attendenda, quæ sequitur inter efficientia siue effectus distinctio.

Quædam sunt causæ suorum effectuum secundum esse, quædam tantum secundum fieri.

Quæ sequitur nota quam diligentissime.

Quædam enim, rerum tantummodo dum fiunt causæ sunt, vt domificans, causa est domus quædiu domus fit, & ignis causa est caloris quædiu calor ipse fit in subiecto. Vbi verò domus iam facta est, & calor introductus in subiectum, & in suo esse sunt effectus completi, cessant esse effectus, neq; vltra accipiunt esse ab illis à quibus primitus eis datum est. Quare nec illæ causæ vltra sunt nominandæ. Domus enim postquam facta est, & semel vt domus fit accipit, non opus habet perpetua efficientia aut conseruatione domificantis. Manet enim semel extructa domus, moriente domificatore, quemadmodum & filius, patre moriente, non moritur. Sic est de omni effectus, qui permanet absq;

Quid causa secundum esse.

causæ conseruatione. Quædam verò causæ re quam diu est efficiunt, siue producendo, siue conseruando, vt lucidum causa est luminis, non solū vt fiat, sed etiā vt conseruetur atq; vt sit. Mox enim subtracta luce, aut corpore lucē habente, lumē deficit, nec absq; sua causa habere potest esse subsistēs. Illi ergo effectus qui quædiu sunt, causam habent sui esse, effectus secundum suum esse dicuntur, & ea à quibus fiunt, causæ eorum efficientes secundum esse, nuncupantur. Quæ verò tantum dum fiunt causam habent, effectus in fieri vel dum fiunt nominantur, & eorum causæ, causæ in fieri siue secundum fieri possunt appellari. Et priori quidem modo causalitatis, constat Deum esse causam secundum esse creatorē omnium, & cælestia corpora omnium corporaliū. Non enim Deus est causa rerum solū dum fiunt, vel vt fiant, quasi postquam factæ fuerint ipsius causalitate vltra non habeant opus: sed quemadmodum dum fiunt ipsi esse primitus ab eo datur, ita vt sint, utq; in suo quod acceperunt,

runt esse permaneat, conseruatione perpetua opus habent. Si enim vel ad momentum se subtraheret manus omnipotentis, & virtus efficientiæ eius quam rebus in conuersando impendit, in nihilum subito conciderent vniuersa, neque nulla omnino vel nobilissima permaneret subsistens creatura, neque humana, neque angelica.

Ex causa secundum esse, ponitur manu ductio, ad intelligendam æternam personarum in diuinis processione. CAP. XVI.

Est autem causalitas ista rerum secundum esse, diligenter attendenda, & penitissimè cõtuenda. Valeret enim ad intelligendam eam quæ in diuinis est personarum processione, æternam dico verbi generationem, & spiritus sancti æternam spirationem seu processione. Per cõparationem enim eorum quæ in creaturis videmus à suis causis semper esse accipere, & semper effici, vt cunq; innotescere poterit diligenter attendentibus, quemadmodum & in diuinis credatur filius à patre semper gigni, & spiritus ab utroq; semper procedere atq; spirari. Ad hanc autem declarationem, congruum videbitur solis assumere cõsiderationem, qui lumen, similiter & ardoris siue caloris vim semper gignit, donec existit. Priusquam tamè cõparationem hanc faciamus, expedit præmittamus quo pacto sit à sensibilibus ad æterna trãseundum. Oportet enim volentes ascendere anagogicis huiusmodi excessibus, in ipso ascensu, quicquid est corporale, quicquid materiale, quicquid imperfectum separare atque abnegare sicq; intellectus acumine & fidei limpидitate sensum crassitatis viriliter superare. Alioquin periculum fuerit, ne crassius quid de Deo sentiamus, aut in hereses incidamus. Id quod pluribus euenit, qui aut nescierunt aut noluerunt, spiritu mentis sensuum procacitate captiuare. Quo ritè præmissis ad æternam quæ in diuinis est processione trãseuntes dicimus, quod sicut lux in lucido sole causa est efficiens lumem, semper quãdiu est ipsum cõtinuò producens, & rursum à solis luce & diffuso lumine vis pariter ardoris efficitur, & si semper esset solis lux, semper lumem efficeret, pariterq; & lux & lumen cõsequentem ardorem efficeret: ita pater cœlestis, æternus, lux æterna atq; fecundissima, filium suum vniuentum, verbum inuisibile, non causat, nõ efficit, non facit, non creat, non producit (hæc enim corporalia sunt & crassitatem secum ferunt) sed modo inæstimabili atque

Nota regulam pro anagogicis excessibus.

Manu ductio ad cognitionem Trinitatis.

incompræhensibili, qui est supra omnem sensum, quique intellectus & angelici & humani capacitatem excedit, gignit atque dicit filium sibi coæternum & consubstantialem, per omnia penitus æqualem: ipsiq; filius gignitur, dicitur, atque procedit, aut est à patre. Et sicut æternaliter est pater cum filio, ita etiam æternaliter à patre gignitur filius, & æternaliter vt sit filius accipit à patre. Nec est huius processions aut initiũ aut finem inuenire. Rursum, à patre & filio spiritus sanctus procedit æternaliter, à patre & à filio, sicut lux & lumen, temporaliter producant ardoris vim. In hoc tamen superat processio personarum processionem luminis & ardoris, quoniam non vna est luminis, lucis, & ardoris substantia, vna est autem patris, filij & spiritus sancti substantia, vna essentia: suntq; vnum ens summum atque perfectissimum.

Consurrectio ex precedentibus in beatissima Trinitatis adorationem.

CAP. XVII.

O igitur lux beata Trinitas & principalis vnitas, iam nos sol iste igneus suis nos rotis sursum vectos corã te constituit in cœlestibus. Tibi verò omnis gratiæ pater, defixis in terram genibus gratias agimus, humiliata tibi ceruice vota persoluimus, qui nobis indignis famulis tuis secretissima secreta diuinitatis tuæ, per splendens solem declarare dignatus es, quæ olim à filio tuo nobis secundum carnem assignato doctore, per fidẽ didicimus. Quã multis olim sol iste, dominator potentissime, fuit in laqueum, captionẽ & scandalum: qui nimium creaturæ ornatum attendentes, tuum illi honorem vanè impenderunt, tuæ lucis altissimam gloriam in hanc corpoream lucem commutantes. Nobis autem magistrum eũ dedisti veritatis, & sicut olim stella magos ad pueri tui lesu noui regis duxit humile præsepiũ, ita nos verè sol iste radians ad tui duxit magnifici throni sempiternã gloriã. Corã te ergo, ó beata trinitas, toto corde profirati, ecce iacemus pauperulæ creaturæ tuę. Te adoramus: in vnitate substantię trinũ personaliter, & in personarũ trinitate vnũ substantialiter: Te ó lux immensa, lux non de luce, lux fecundissima, pater ingenite: te ó fili, lux de luce, lumẽ de lumine, splendor de splendore, verbũ patris æternũ, de patris substantia æternaliter genitũ: te ó sancte spiritus ardor inextinguibilis,

Matt. 2.

bilis, ab aeterno patre & filio aeternus eternaliter spiratus atq; procedens. Te inquam vnū Deum, vnum dominum, vnum creatorem omnium adoramus solum: quoniam praeter te non est Deus, alius, neq; fuit, neq; erit, neq; potuit esse aliquando absq; te, domine Deus noster, haec est nobis vita dulcissime domine, te solum Deū verū agnosceret: nunc quidē per fidē dum in tenebris huius mundi subsistimus, tunc verò tunc (ō vtinam nunc) facie ad faciem te conspecturi, in aeternum, & vltra. Amen.

Ioan. 17.

1. Cor. 13.

De finis diuisione in vltimatū & nō vltimatū. CAP. XVIII.

Postquā de tribus causarū generibus suprà determinatū est, superest nūc vt de finali causa etiam specialius determinetur. Est igitur finis quidē vltimatus, ad quē propter se tanquā melius & perfectius, alius ordinatur minus bonū & perfectū, vt omnium quae in hoc sensibili mūdo sunt, est homo finis vltimatus. Sūt enim cetera omnia propter hominē facta, & ad hominē quasi perfectissimū corū quae in hoc mūdo sunt, referūtur vniuersa. Similiter nutrimentū est, propter vitam conseruandam: generās, propter speciē multiplicandā & cōseruandā: fides propter visionē, spes propter adeptionē & possessionē. Atq; hic finis solet alio nomine vocari finis gratia cuius, vel propter quē. De hoc fine intelligitur, quod vulgō solet dici, Finis melior est iis quae sunt ad finē. Siquidē Deus sic rerū ordinē disposuit, vt sint imperfectiora simpliciter propter perfectiora. Alius est finis nō vltimatus, quippe qui per se finis rationē nō habet, sed solū est via vel modus quo mediū ad finē suū pertingit vel tendit: propter quod etiā finis quo solet nominari. Verbi gratia, Deus est finis vltimatus rerū omnium, atq; peculiariter naturę humanę. cognitio verò Dei, est finis quo pertingimus ad cōsecutionē finis illius. Intelligēdo enim & amādo Deū, finē hunc nostrum ita habemus atq; possidemus. Sic medicina est propter sanitatem, nutrimentum propter nutritionem, cibus propter comestionem. Et vniuersaliter omnīs vsus rei est finis quidam eius, quo ad finem vltimatū cuius est vsus pertingit: vt equitatio, vsus equi est, quo pertingit equus ad finem, scilicet hominem, seruiendo ipsi. Sic enim equus ad hominem ordinatur vt illi seruiat. in ipsum ferendo, in agris arandis, in vehendis frugibus aliisq;

Duplex finis.

Quid finis vltimatus.

Quid finis non vltimatus, seu finis quo.

aliisq; huiusmodi ad hominis utilitatem opportunis. De hoc autem fine non est intelligendum quod dici solet, finem esse nobiliorem eo quod ad finem est. Nam medicina quæ est substantia, perfectior est atq; in senobrior sanitate, quæ est accidens: granum, perfectius actu nutritio nis: pater, perfectior filio, propter quem generet, quemq; in generatione intèdit: & id cuius est vsus, vsu suo est nobilius. Ex quibus patet, aliud esse finem vltimum, & finè vltimatum. Vnicus est enim finis vltimus, Deus. Fines verò vltimati sunt plures.

Quemadmodum omnia, non solum voluntaria, verumetiam naturalia agant propter finem. CAP. XXI.

IN voluntariis & rationalibus, nulli dubiù est quomodo hæc propter finem præscitum & præcognitù agât, in illis potissimum actibus qui secundum rationè & deliberationem fiunt. Quomodo autem agentia naturalia agant propter finem, forsitan minus patet. Cum enim finem nullum cognoscere valeant, videntur similiter non posse ob finem aliquem agere. Certù est tamen, etiã naturalia omnia propter finem agere, quoniam in naturalibus omnia videmus similiter & ordinatissimè euenire. Quæ res argumento est, ea ordinatè propter finè agere.

Quomodo agentia naturalia agant propter finem.

Sed ad hoc intelligendum, quod per se alioqui videretur captu difficile, valebit analogia domini ad seruum: dominus enim finem nouit, & propter hanc seruum ad opus mittit, nescientè tamen finem operis sui. Quemadmodù igitur seruus ille non temerè, sed propter finè certù agit, què tamen nescit ipse, & nouit qui eù dirigit dominus: ita agentia naturalia nesciunt quidè neq; intelligunt finis sui rationè, & tamen propter finè agunt ordinatissimè omnia, non secus ac si finè ipsa agnoscerèt. Quod patet maxime in brutis animalibus, quæ sic ordinatè quædã faciunt vt prorsus videantur finè agnoscere (vt est videre in tela araneæ, & nidis auiu) cum tamen sit certissimù ea suù finem nõ cognoscere. Similiter & agentia, quæ neq; sensum vllù habent, suntq; prorsus insensibilia & inanimata, suas naturales actiones cõspiciuntur ordinatissimè semper exequi: cum tamen suæ actionis finem non agnoscant. Sed est in cœlis prouidissimus Deus, disponens omnia suauiter, qui sic naturalia dirigit ad finè què ipse eis præuidet, &

& præstituit, vnicuique rei ad suum finem dans congruas modo mirabili inclinationes atque propensiones, quæ lingu- la disponit, & dirigit ordinatissimè, vsque adeo, vt etiam si singulis agentibus singuli dii essent, melius ordinatiusque ipsa dirigi aut gubernari non possent. Ex quibus liquet cre- aturas omnes præter hominè agi potius à Deo ad suos fi- nes, quàm agere seipsas: quæadmodum sagitta à sagittate e- missa, & seruus emissus à dño agitur ab iis à quibus emit- tatur ad opus. Sola autem creatura rationalis in actibus volun- tariis seipsam agit, eò quòd suum finem habeat cognitum.

Quomodo fini ceteræ causæ proportionari debent, & quomodo di- uersimodè quadam agunt propter finem. CAP. XX.

Est autem finis prima causarum atque adeo causarum causa: quoniam secundum finem cetera omnia proportionari debent. Verbigratia, quoniam finis est domus familiarum inhabi- tatio, & domesticarum rerum exercitatio: templorum autem cõuentus tantum fidelium in vnum ad orandum, ad audien- dum verbum Dei, non autem ad exercitationes domesticas aut opera exercenda ciuilia, idcirco aliter templa, aliter do- mus ædificatur. Quoniam alius castrorum finis alius pala- tiorum, idcirco alij efficientes, alia materia & alia forma adhibenda his, quàm illis. Longè enim alia est forma templi à forma domus, & alia plerumque materia. Similiter & alia est forma palatii triumphalis, alia castrorum propugnatorij, alij quoque lapides pro triumphali gloria, alij pro fortitu- dine castrorum solent exquiri. Et frequenter diuersi ad diuersa huiusmodi opera sunt quarèdi artifices, cum plerumque is qui in altero præualeat, in altero valeat minus. Similiter & cum vestis est facièda, perquirendus est ante omnia finis. Et quidè si propter domesticum fiat vsus tantum, longè alia mate- ria ac forma fiet, quàm si in honestum & publicum aut trium- phalè vsus fieri. Sufficit enim materia rudior ac forma simplicior ad illam, quàm ad hanc faciendam. Simpliciter ta- men à forma res habet necessitatè vt sit, & suam accipit ab ea denominationem. quæadmodum vestis si formam habeat togæ militaris, indubiè militaris à forma denominari de- bet: si formam aliam, aliter denominabitur, iuxta quod expo- stulat forma. Fiant tamè res secundum finem, & ipsa forma ab agente secundum finem intentionem debet introduci. Est quo- que & illud aduertendum, quædam agentia propter finem age-
re,

Finis quo- modo causa- rum prima.

re, ad illum adipiscendum & acquirendum, quemadmodum bene viuunt homines, vt Deum suum finem apprehendant aliquando, atque in possessione acquirant, quædam autem propter finem agunt, diffundendo & communicando. Quemadmodum Deus agit omnia quæ agit, non gratia vllius rei acquirendæ, neq; adipiscendæ, sed propter bonitatem suam diffundendam atque communicandam creaturis. Atque hoc modo ignis alium ignem producit, propter suæ speciei propagationem & multiplicationem.

De casu & fortuna, deq; effectibus casualibus & fortuitis.

C A P. X X I.

Casus & fortuna quanquã causæ sunt efficietes & sub efficietibus partim dicta sunt, specialè tamen habent difficultatem, eo quòd causæ per accidens sunt: quare & specialè exigunt tractatù. Subiungitur ergo hæc diuisio: Eorù quæ fiunt, alia semper eodem modo fiunt, alia plerunque: alia fiunt præter hæc.

Cuius hic est sensus: Inter ea quæ fiunt, quædã semper aut vt plurimum à suis causis similiter fiunt, vt plerunq; deambulatio per locum amœniorem, animi releuationem operatur, atq; sanitatem siue producit, siue conseruat, semper forma lapidis, ablato impedimento, lapidem deorsum moueri facit. Quædam verò à suis causis neque semper, neq; vt plurimum fiunt, sed rarò eueniunt, quemadmodum rarò euenit, ambulantiem, & conantiem ad rei veneræ sollicitationem ad virtutè conuerti, quod Darię legimus accidisse cum Crisanto: rarò item euenit, ambulantiem ad aquas puerum inuenire, quod accidit filiæ Pharaonis cum Moyse Aegyptio. Rursum, Eorum quæ fiunt, alia fiunt, alia non fiunt, alicuius gratia.

Exod. 2.

Cuius hic redditur sensus. Inter effectus, quidam sunt intenti ab agente, quidam non intenduntur, sed effectum ab agente intentum eos accidit concomitari, & hi dicuntur effectus per accidens, & eorù causæ sunt causæ per accidens. Vt consensum in rem veneram per se intendebat Daria, suo ad Crisantum aduentu. Ad hoc enim ornata cultu mirifico illum accessit, vt suis blanditiis in concupiscentiam eius animum inseceretur. Et ille quidem effectus

fectus, si conatum Dariæ fuisset sequutus, effectus fuisset dicendus per se. Sed præter intentionem & ordinationem euenit, & planè ex accidenti contrigit ipsius ad Deum verum conuersio. Sic ex intentione filia Pharaonis egredi voluit, vt animum releuaret, præter intentionem verò euenit, vt Moysen reperiret Aegyptium, puerum stellæ aquæ supernatanti inclusum.

In quibus habet locum casus & fortuna, & quomodo inter se hæc duo differant.

CAP. XXII.

His præmissis est aduertendum, casum & fortunam non nisi in illis locum habere quæ raro fiunt, & quæ per accidens sunt. In iis enim quæ vel semper, vel vt plurimum ordinatè fiunt, casus & fortuna esse non potest. Similiter neque in iis quæ per se sunt, sed in iis quæ per accidens tantum. Vnde effectus casualis definitur, qui ex iis est quæ raro fiunt, & per accidens.

Quid effectus casualis.

Vt in exemplis suprapositis, Dariæ illa ad Christum conuersio, effectus est casualis, qui ex eius ad Crisantum accessu consequutus fuit. Similiter & Moysi inuentio à Pharaonis filia, respectu deambulationis. Casus autem dici solet, ipsa causa effectus casualis, ita vt casus & casualis effectus pro relatiuis habeantur.

Est enim casus, causa per accidens effectus raro contingentis.

Similiter de fortuna & effectu fortuito dicendum. Notanda tamen est differentia inter casum & fortunam, itémque effectum casualem & effectum fortuitum: quoniã fortuna nomen specialius est, & cõmune minus est, quàm casus. Fortuna enim in solis est agentibus à proposito, casus verò etiam in agentibus naturalibus. similiter de effectu casuali & fortuito dicendum, Pro cuius notitia Aristoteles ponit hanc diuisionem.

Eorum quæ fiunt, alia per electionem fiunt, alia non per electionem.

Vnde exustio ligni in ignem cadentis de superiori loco per actionem formæ substantialis ipsum mouentis, dicitur effectus casualis, eò quòd præter intentionem & inclinationem naturalem, talis accidit effectus: non est tamen effectus

effectus fortuitus, neque causa ipsa huius effectus per accidens fortuna, sed tantum casus dicenda est. Nō enim voluntate libera descensum intendit. Vnde fortuna ab Aristotele definitur hoc pacto:

Fortuna est causa per accidens in his quæ per electionem alicuius gratia fiunt, extra semper, & frequenter.

Per electionem fieri nihil est aliud quàm libera voluntate, & ex proposito.

Ex dictis quædam ponuntur conclusiones.

CAP. XXIII.

Conclusiones Arist.

EX prædictis patet eorum falsitas, qui omnia ponebāt fieri à casu & fortuna: similiter & eorum, qui nihil à casu vel fortuna fieri admittebant. In vtroque enim extremorum horum inest falsitas. Media autem sententia veritatem tenet, quæ neq; omnia dicit, neque nulla, à casu fieri & fortuna, iuxta declarationem suprapositam. Patet insuper, quemadmodum insipientibus & improuidis plurima contingant casualia atque fortuita: prouidis autem, pauciora. Nam improuidis plurima contingunt præter intentionem & per accidens, dum suas actiones eâsq; per se consequentia non attentè considerant. Prouidis verò, diligenter & suas actiones & quæ consequuntur circumspectantibus, non ita multa præter intentionem siue per accidens contingunt, ac proinde non ita multi eis contingunt effectus casuales. Atque hinc rursus colligitur, prouidissimo illi, ac summo sapienti Deo (cuius ordinatissimam dispositionem & præuisionem nihil latere potest aut subterfugere) nihil accidere posse casuale vel fortuitum: cum præter illius intentionem profus nihil posset euenire, sine cuius ordinatione, dispositione, ac nutu neque solum arbori decidit, neque pilus deperit capiti. Et frequenter ea quæ secundum inferiores causas penitus casualia sunt aut fortuita, eadem quantum ad mentem diuinam primamq; causam maximè sunt intenta, & secundum ordinatissimam eius dispositionem ita ordinata. Quemadmodum (exempli gratia) generis humani redemptio, legîsq; veteris cessatio, & sanctæ fidei ad gentes transitus (quæ omnia ad Christi mortem consequuta

sequuta sunt) velut casualia atque fortuita effecta sunt, quantum ad principes Iudæorū, qui Christi mortē essecerant, & impiūsimos dæmōnes, qui ad eam sollicitando fuerant conati. Omnipotēti autē deo nihil vnquā æquē prospectū fuit, intentū, aut ordinatū. Siquidē ab æterno ille hac ratione instaurare decreuit & quæ in cœlis & quæ in terris erant collapsa, & in filio suo superbenedicto omnia adimplere. Et vniuersaliter, nullus omnino cōtingit in hoc mundo effectus, quē non plenissima illa & æterna sapientia præuiderit ab æterno, atq; etiam si pessimus sit, nouit tamen ab æterno, & disposuit apud sese, cur illum esset in suo tempore permittūrus, & dispositione ordinatissima omnia nouit in debitos vsus suos atque fines referre.

Col. x.

Quæ causarum genera Deo vel competant vel non competant.

C A P. X X I I I I.

VT autē singula causarū genera ad Deū nunc accomodemus, sciendum est, quod prima duo causarum genera (nempe materialis & formalis) deo nō conueniūt, quoniam habent imperfectionē annexam. Materiā enim necesse est esse partem constituentem aliquid siue naturale, siue artificiale. Similiter & de forma cōstat, per quā oportet rem esse. Deus autem nullā prorsus cōpositionē nouit, neq; pars esse potest, qui est totū & perfectū esse omnium rerū. Casus etiā & fortuna illi nō cōueniunt, qui est prudentissima prouidentia, citra cuius ordinationē & intentionē nihil potest euenire. Cætera duo genera (nempe efficiēs & finis) quatenus perfectionē nominant, illi sunt omnibus modis attribuenda. Est igitur dominus Deus, omnium rerū finis vltimatus & vltimus, in quem omnes omnium particulares fines reducuntur, ad quē tendunt toto nisu vniuersis suis operationibus: omnia enim naturalia, quāquam infima & vilissima, dum omnia ad hoc naturaliter tendūt conatu, vt illi assimilentur sua operatione, sicut & ipse summē potēs est: summēq; efficax in agendo, & dum omnia quarunt perfici, sicut & ille summē perfectus est.

Omnium finis est Deus.

Duabus enim rationibus Deus omnium finis est cū ratione finium particularium, quoniā nihil bonū est neq; appetibile, nisi secundū quod est à Deo, tum ratione sui ipsius, qui est etiā vt summum bonum immediatus finis omnium;

Quomodo omnium effectuum & rerum Deus est causa efficiens.

CAP. XXV.

Deus est rerum omnium causa efficiens.

OMniū quoq; effectū Deus est causa prima efficiēs, & producens & conseruans. Omniū enim causa est, & ab ipso sunt omnia, non solū in fieri, sed quādiu sunt, continuo ipse eis esse influit, & omne efficiens particulare in ipsum Deum vt primū reducitur. Vt enim quælibet res sit efficiens, à Deo habet. Et hac ratione Deus quasi efficiens mediātū est eorū effectuum, quos mediantibus aliis agentibus operatur. Quanquā enim Deus per se potēs sit absq; medio omnia similiter, sicut nunc fiunt, efficere & disponere: tamen ad magnificentiam gloriæ suę declarandam & donandam creaturis perfectionē (est enim magnæ perfectionis, virtutē habere quippiā efficiendi) proinde ita dispensat rerū ordinē, vt plurima aliis velit mediantibus efficere. Quicquid tamē potest mediante causa secundaria, hoc etiam per se, si velit, potest. Quid enim per se nō poterit, qui per se cœlū & terram, angelos & homines potuit creare? Non tamen est intelligenda hac mediata causalitas, ad eum modū quo in creaturis pater causa est mediata filij, quoniam medio seminis (in quo est tota patris efficiētia) gignit. Nā & si Deus mediante alio quippiam efficiat, nihilominus tamen oportet ipsum esse effectui immediatū, & influere in ipsum suū esse æquē ac si nulla adesset secūda causa. Imò neq; fieri potest, vt talē quælibet creatura virtutē accipiat à Deo, vt possit per se solā, absq; immediato Dei concursu, aliquid efficere. Patet igitur, quomodo particularis agentis efficientia in Deū reducitur, sicq; Deū quodammodo mediatum agēs constituit. Deinde, immediatus Dei concursus ad efficiendam rem, Deum facit esse omnium causam immediatam.

Vnde in rebus atque effectibus, possit defectus, aut peccatum, aut monstruositas inueniri.

CAP. XXVI.

IN illis autē operibus quæ absq; particulari causa mediata Deus facit, nullus potest esse defectus, neq; malū, neq; peccatū. Sed in his quæ per causam mediatam facit, potest malū & defectus euenire: nō ex ipso primo principio summē bono atq; perfectō, sed ex particularis alicuius efficientis insufficientia, vel imperfectione. Ipse enim generaliter influit & cōcurrit, ad omnem actionē & opus omni

omne, tam naturalis quam voluntarij agentis. Cæterum, causæ particulares & secundariæ, quæ ad effectum concurrunt, efficiuntur faciliè, vt defectus aliquis siue peccatum contingat. Vnde manifestum est, quotiescunq; effectus aliqui monstruosi contingunt, debere defectum illum atq; monstruositatem in aliquam reduci causarum secundarum. Effectus autem monstruosus est, qui deformitatem aliquam notabilem habet, toti suæ speciei extraneam: idq; ab origine.

Quemadmodum si quis nascatur duo habens capita, senos digitos in vna manu, os habens ad aurem retortum, aut rostrum caninum. Quæ possunt vel ex parte indispositionis materiæ, vel ex defectu & superabundantia euenire, similiter & ex superabundantia vel defectu virtutis actiue, atq; etiã aliis diuersis modis, de quibus particularius determinare, ad medicum potius quam ad Physicum spectat.

Et quemadmodum in naturalibus istis, defectus siue monstruositas in Deum nequaquam reducitur, sed in causam secundam deficientem, ita in actibus humanis qui à voluntate fiunt, si quid inest defectus atq; monstri, si quid peccati & deformitatis (quæ admodum est in omnibus peccatorum actibus) nequaquam in Deum primam causam reduci debet, aut illi quasi auctori ascribi, sed in causam secundam, id est in hominis peruersam voluntatem: ita vt quicquid est boni in actibus nostris, Deo omnis boni auctori, quatenus bonum, adscribatur: quod verò inest defectus atq; mali, nobis ipsis, id est, nostre voluntatis prauitati imputetur. Iuxta quod per Osee prophetam dominus loquitur dicens, Perditio tua ex te Israël, tantummodo ex me auxilium tuum, siue saluatio tua in bonum. Igitur domine omnem auferas impietatem, quam in nobis sine te nos sumus operati, & nunc accepta bonum placitumque habe, quod tu in nobis es operatus: & vitulos labiorum nostrorum, laudem & gratiarum actionem, sacrificabimus tibi.

Osee 13.

Ibidem.

Conclusio libri in conuersione ad creatorem ex spectaculo
creaturarum.

CAP. XXVII.

Consistere nunc o anima mea domino, & conuertere in
requiem tuam. Ascende in speculam celsitudinis tue, Psal. 114.

T. 1. 3.

calcatisque subtus te elementorum globis, luna, sole, cum
 ctisq; calorū orbibus. Leua quoq; te supra te, & stās pro-
 spice eminus super vniuersam creaturā domini Dei tui.
 Contuere, & perspice diligēter, quēadmodū à summa illa
 ac prima omnium causa effluat esse omnibus, quēadmodū
 illo perpetuo influxu etiam minimis creaturis (quas ho-
 minis fastus vix dignatur aspectu) suum cuiq; propriū ef-
 se influat, quomodo ab illo inexausto fonte, tanquam si-
 ribunda omnis creatura suam hauriat bonitatē atq; per-
 fectionē. Rursumq; contēplare, quanto conatu vniuer-
 sę creaturę pro sua virili, certatim ad illud primū & sum-
 mum bonū contendunt redire, à quo sunt egressę. Vide-
 bis certē, nihil aliud omnē creaturā agere, quā ad Deum
 tēdere, & natiuo ac genuino desiderio incessanter ad illū
 anhelare, illiq; vt fiat simillima, toto nisu elaborare. O
 quā est iocundū hoc spectaculū animę quarēti Deum.
 Ex aduerso autē quā fœdū est & abominandū spectacu-
 lum, & monstrū nimis horrendū, cū sic videamus omnem
 creaturam ad Deū conari, ad quē tamē pertingere nequā
 quā potest, hominē solū oculos habere in terrā defixos:
 cū sit ipse vnus in hoc factus, vt Deo sempiterno nexu co-
 puletur. O monstrū horrendū. O execrabile facinus. O
 immane scelus, homo Deū nō quærens. Nos verō ad illū
 quē omnis laudat factura spiritalis atq; corporea, corda
 etiā nostra leuamus cū manibus, & ne solos nos tā glorio-
 so deesse contingat certamini, in quo primos iure fuisse
 oportebat, incessanter illius vacemus laudibus, ad illum
 desiderio semper incessantj anhelātes, atq; per operatio-
 nem Deo dignam & nobis cōgruam properantes, qui est
 vnus primus atque beatissimus, creatorum omnium, pec-
 culariter verō humani figmenti, finis & requies vltima,
 à quo vno sunt omnia, & in quem item tendunt vniuersa.
 Cui sit honor & gloria in secula seculorum. Amen.

T. 1. 3.

FINIT LIBER SECVNDVS.

CANTICVM PSALMI, IN LAVDEM

causę primę, creatricis omnium.

Cœli cœlorum & qui inhabitatis in eis accedite: terra, mare, &
 quę in eis estis, omnia, festinate in chorum gaudj.

Volucres cæli celeriter aduolantes ne moram nobis facite: etiam que super terram serpit ac repit, accelerate gressus vestros.

Venite quecumque subsistitis, collaudemus vnâ dominum: ipse est enim cuius potentia surreximus de nihilo.

Non sunt absque illo angelice substantiæ: siquidem in principis ipse creauit eas in nobilitate naturæ suæ.

Cælorum quoque amplissimos orbes tu extendisti solus: tanta molis materiam erat tibi pro nihilo condere, qui es omnipotens.

Virtutem mirificam indidisti corporibus istis, vt ad efficiendū quæque sint potentia, quomodo tu in omnibus operans omnia, te demonstrans omnipotentem.

Hunc etenim tu deputas ornatum gloria tuæ, sic cõstituis & creaturas tibi non in minimo similes.

In omnibus verò que sursum habitant, & nostro aspectui apparent eminus, solis iubat sese monstrat gloriosus.

Ipse graditur in magnificentia gloriæ suæ, per medium cæli ex omni parte luminaribus mille millibus stipatus atque circumdatus.

Quasi dominator in medio seruorum graditur in comitatu stellarum, & diffundit multo ardore circumquaque flagrantis radios.

Quocumque aspexerit, illucescit lumen dici: suo abscessu atque regressu contristat & letificat omnia.

Cum abscesserit à terris aspectus eius, marcescunt omnia: ipso redeunte in placiditate sua renouatur facies vniuersæ terre.

Ipse vulnerat & sanat, mortificat & viuificat: & est in omnibus, ò altissime, tui monstrans miram similitudinem.

Laudet te quoque pallida luna & lumē stellarum, quibus cælorum moles iussisti clarescere, & illuminari per noctem obscuritatē terræ.

Laudetur in ignis natura stupenda potentia tuæ: cui & ipsi miram tibi placuit efficiendi communicare virtutem.

Pulcher est, iocundus, atque formosus, fortis, validus, & in pugnando robustissimus.

Luce sua illuminat, & flagrat ardoribus, que bona sunt perficit, absument mala, commixta purgat.

Numquid non in omnibus his similitudo tua relucet creator altissimi me: nam & tu ignis consumens es, probans, purgans, atque perficiens.

Sed & aque que sunt sub firmamento, habent paratam in se laudem tibi, in quibus virtutem constituisti admirabilis fecunditatis.

Iussisti enim paulo post creationis initium producere eas natalitia viuentia: benedictionem tuam contulisti in illas, vt implerentur in habitatoribus natantibus.

At verò terra mater communis omnium nostrum habet & ipsa manus plenas laudibus parata offerre eas ante conspectum tuum.

Ecce enim quæ profert tibi ad obeditionem iussionis tuæ: herbam virentem, ligna pomifera. & multum omnino decorem ad necessitatem atque delicias filiorum hominum.

Cum tibi rationale signum operari placuerit aut fingere: ipsa est quæ tibi præbet copiosam semper materiam in opere tuo.

Et suis ipsa fructibus quos dedisti ei, sustentat mater bona filios suos: ò Deus magne, quàm es in omnibus creator tu mirabilis.

Quo pergimus longius, eo minus pertingimus, laudent te in substantia sua, quæcunque condidit altissima omnipotentia tua.

Nos quoque donec viuimus filij hominum, benedicimus nomini gloriæ tuæ: & benedicemus amodo & vsque in secula.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

IN LIBRVM III.

PHYSICAE CONSIDERATIONIS DE MOTV ET
EIVS ACCIDENTIBVS
PRAEFATIO.



D gloriam Dei summi declarãdam, post rerum naturas, & causas, motum quoque explicare tentabimus. Ipse nanque vt solus penitus perfectus, actus purissimus atque perfectissimus est, omnis expertus motus atque mutationis, ita cuncta creata mobilia fecit esse, motibusque variis ac multiplici mutationi subiecta. vnde est parëtissima inter Deum & creaturas distinctio, quòd Deus in se ipso eternaliter perfectus, nihil perfectionis neque appositione annorũ acquirat, neque decursu perdit, neque secũdũ vllam omnino mutationẽ potest pertingere ad habendũ quod non habuisset, siue ad perdendũ quod prius habuisset. Omnes autẽ creaturæ ad suã perfectionẽ naturalibus attingunt mutationibus, acquirẽtes per motum quod non habeant, perdentes quod habeant.

Atque

Atq; hic finis erit considerationis huius vt cognoscamus præfidentem omnibus, in se semper immotum permanentem, singulis quibusq; rebus suos motus prouidissimè dispensantem dominū Deum nostrū: qui moueri nefcius, singula vt vult, & quando vult, mouere potens est: quique (vt diuinus ille ac planè theologissimus philosophus cecinit Boëtius) Immotus ipse manēs, dat cuncta moueri. Ad huius rei notitiam nonnihil profuerit subiicere diuisiones aliquot ab ipso Aristotele positas. quarum prima est hæc: Eorum quæ sunt, quædam actu tantum, quædam

Boëtius in libro de consolacione philosophiæ.

potentia sunt atque actu.

Cuius hic est sensus, rerum existentium, quædam est forma accidentalis, aut substantialis, aut res ex illis composita, in quantum sub tali forma existens consideratur. alia est res existens in quantum talem formam non habet & habere potest: vt homo ea ratione qua animam rationalem habet, albedinem, talem vel talem dispositionem, sub priori membro, sub consideratione verò carētis alia forma sub posteriori. vnde hæc membra tantum ratione differunt. Secunda diuisio est,

Horum, aliud est hoc aliquid, aliud tantum, aliud tale, & in cæteris simili modo, quæ eius quod est prædicamenta dicuntur.

Id est, entium aliud est substantia, aliud quantitas, aliud qualitas: & sic de cæteris prædicamentis. Tertia diuisio est, Eorum quæ sunt ad aliquid, aliud excessione defectiōneve dicitur, aliud actiui passiuive atque omnino motiui ac mobilis ratione.

Cuius hic sensus, eorum quæ ad se inuicem quoquododo referuntur, quædam significatione acquisitionis siue generationis referuntur, siue actualis, siue potentialis possibilisve. alia verò deperditionis ratione, vt generans generatum, producens productum, generabile generatum, corrumpens, corruptum, corruptibile corruptum. Quarta diuisio est hæc,

Id quod mutatur, aut in substantia, aut in quantitate, aut qualitate, aut in loco semper mutatur:

Cuius hic est sensus, motuum vel eorum quæ mouentur, aliud tendit ad substantiam tanquam terminum ad quem, aliud ad quantitatem, aliud ad qualitatem, aliud ad locum. Quinta est hæc,

Motuum siue ad substantiam sit, siue ad quantitatem, siue ad qualitatem, siue ad locum, alius est perfectus, alius imperfectus.

Ille perfectus est, qui ad formam perfectiorem tendit. Ut generatio hominis perfectior est generatione equi, & hæc generatione arboris, & hæc generatione herba. Imperfectus est, qui ad formam imperfectam est, aut priuatiuam, ut denigratio dealbatione, & corruptio generatione imperfectior est, & sic de cæteris.

De definitione motus.

C A P. I.

Arist. 3. Phisicorum.

Definit Aristoteles motum hoc modo, Motus est actus entis in potentia ut est tale.

Item alibi, Motus actus est mobilis ut est mobile. Hoc est, quatenus in potetia est. Qua definitione significatur, motum esse accidentariam quandam rei mobilis formam, per quam veluti viam, res quæ mouetur ad aliquid continuè acquirendum vel deperdendum tendit, quasi ad terminum. Motus enim est, quo mobilis potentia ad actum deducitur. Quemadmodum cum ex ligno generatur ignis, per motum hunc generationis, continuè forma ignis in materiam ligni introducit, & per corruptionis motum, continuè extra lignum pellitur præinexistens forma. Vnde statim euidentissimè patet motum, non nisi iis conuenire quæ potentiam habent admixtam, & à Deo esse quam longissimam. Cæteræ verò creaturæ quo plus habent potetie, eo amplius sunt motibus subiectæ. Spirituales enim substantiæ sensibilibus non mouentur motibus, eò quod ad formas sensibiles potentiam non habeant: intellectualibus tamè mutationibus subiacent, quoniam potentiam habent ad intellectiones & affectiones, ad esse item & non esse. Cœlestia verò corpora, quia ad locum sensibilem potentia sunt, secundum suas partes diuersa loca habere apta, idcirco mouentur motu locali. Alterationes verò horum inferiorum alterationibus similes, non recipiunt: quoniam ad similes qualitates potentiam non habent.

De motu instantaneo, subitō, & successiuo.

CAP. I I.

NOtandū verò est, quòd quidā sunt motus instantanei, qui in momento tēporis vel in non tēpore perficiuntur, vt aëris illuminatio, quæ tota simul vno instanti cōpletur, secundū omnes aëris partes. Hocq; ideo, quia lumen in aëre cōtrarium nullū habet, sed tantū sunt in eo tenebræ. priuatio luminis, quæ nullā faciūt resistantiā soli illuminanti, atq; hic motus, nullas habet successioneis partes. Alius est motus subitus, qui in instanti nō completur, tamen in imperceptibili sit tēpore. Vt cū calefaciens, primū caloris gradū in subiectū inducit, in instanti hoc facere non potest, ob resistantiam aliqualem contrarij: tamē in imperceptibili tēpore & indeterminato hoc facit ita vt illius tēporis nō possit adēquatū assignari momentum, initiās aut finiens. Successiuus verò motus & sensibilis est, quādo aperta est in motu successio, ita vt mōstrari possit, quæ parēs formæ qua tēporis parte sit per motū introducta aut expulsa. Quæadmodū est in motu calefactionis aut frigectionis: quoniā calor totus, aut frigus totū, nō in instati neq; subito sed cū tēporis successioe in subiectū introducitur, ita vt secundū successioneem, vna pars prius, altera posterius in subiecto habeatur. Et de huiusmodi motu plerunq; intelligimus, cum de motu loquimur rerū naturalium. Res quippe naturales non multū mouēt, neq; mouētur instantaneè, partim ob defectū virtutis actiue, partim ob cōtrariorum resistantiā, vel mobilis in dispositionem. Subitus verò motus, plerunq; perficitur successiuè, & in illū finitur: Aqua enim licet incipiat subito calefieri secundū primū caloris gradū, quantū tamen ad totā caloris formam, successiuè debet calefieri.

De differentia rerum successiuarum, à rebus permanentibus.

CAP. I I I.

PRO pleniori autē motus intelligētia aduertendū est, quo pacto distinguantur ab inuicē res permanentes & successiuæ. Illa nanq; permanentia sunt, quæ omnes suas partes simul habent, aut habere nata sunt, ita vt nulla opus sit eis successione. Alioqui & qualitates sensibiles plerunq; successione secundū partes suas absoluūtur, sed nō hoc requirit earū naturalis conditio, verū ex motus

Quid motus
instantaneusQuid mo-
tus subitus.Quid succes-
siuus mo-
tus.Quæ res
sunt per-
manentes.

*Quid res
Successina.*

natura contingit eis sic per accidens successiuè fieri. Què admodum (exèpli gratia) calor, res permanens est, quia tamen si ratione motus per quem habet acquiri, successiuè fiat atque in subiectum introducatur, tamen quantum ex suæ naturæ conditione, nulla opus habet successione. Potest enim partes suas omnes simul habere, neq; in vllò fluxu consistit. Illæ autè res sunt propriè dicendæ successiuæ, quæ ex naturali cõditione partes suas habent in successione, ita vt simul eas habere non possint. Cuiusmodi sunt motus & tempus. Partiũ enim motus vel tẽporis adueniens altera alterã abigit: & hac abeunte, succedit iterũ alia tertia, quod in horarũ fluxibus apertissimum est. Porrò quod in permanentibus rebus positio, hoc in succedentibus est successio. Sicut enim ligni partes positionẽ certam habent adinuicẽ, vt hæc nõ possit esse simul secũdum locũ cũ illa, sed separatim hæc pars hĩc est, illa illic, ista istic. ita similiter quando prima hora est, nõ est secũda: quando secunda, non est prima neq; tertia, sed successione continuantur adinuicẽ, quia nunc est prima, post eam subsequitur secunda, post quã euestigiò succedit tertia. Vnde patet, sicut certa positione quantitates permanentes sunt continuæ, ita tempus, huiusmodi successione esse continuum. Diuiditur enim quantitas continua in permanentem & successiuã. Permanentes sunt, linea, superficies & corpus. Tempus autè, quãtitas continua est successiuã.

Motum non esse quantitatem, neq; vllò stringi prædicamento.

C A P. I I I I.

Motus vagatur per omnia prædicamenta.

Quanquam autem motus succedentes habere partes secundum successionem intelligatur, non tamè ad quantitatis prædicamentum debet stringi, cum nihil ab ipso denominetur quantum, sed (sicut facile potuit aduer ti ex dictis) à tempore quod motum sequitur, vt post dicitur. Vagatur enim motus ad omnia prædicamẽta quasi reductus, iuxta eius termini ad quem est diuersitatem. Nam generatio & corruptio, ad substantiam: augmentatio & diminutio, ad quãtitatem: alteratio, ad qualitatem: loci mutatio, ad vbi, siue esse in loco, reducuntur. Et quãquam ita per omnia secundum reductionem motus vagatur, nullo tamen prædicamentali ordine constringitur neque concluditur.

Quo

Quomodo motus aliquis etiam in partes extensionis diuidatur.

CAP. V.

PRæter motus diuisionē, qua diuiditur in partes succedentes, quæ copulantur per indiuisibile motus, correspondens instanti præsentī, quod solet vocari mutatum esse, est etiā quandoq; diuisibilis in partes extensionis. Sicut enim totum cælum habet totum motum quo mouetur, ita cuiuslibet parti cæli respondet aliqua pars illius totius motus. Non omnem tamen motū necesse est sic diuisibilem esse. Quādoq; enim totum mouetur, & nulli parti motus conuenit: veluti cum terminus ipsius motus indiuisibiliter sic est in toto, vt in nulla tamen subiecti parte, vel secundum se, vel secundum partem inueniatur. Vnde constat hanc diuisibilitatem competere motui per accidens, ratione termini ad quem est motus secundum eius extensionem. Cæterum, nullus motus partes vllas habet, aut habere potest secundū intentionem, cum non contingat plures partes eiusdem motus esse simul in eadē parte subiecti. Vel enim sibi inuicem succedunt, vel secundum extensionem in diuersis subiecti partibus existunt.

Arist. 6. lib. Physicorū.

Motus nō potest intendi.

De quinq; ad motum requisitis, & duplicibus mutationibus.

CAP. VI.

ADuertendum autem, ad motum necessariò quinque requiri: nempe, Mouens, mobile, terminum à quo, terminum ad quem, & tempus.

Tractat hæc Arist. 5. lib. Physicorū.

Absque his enim non fit motus, & sunt hæc in singulis motibus perquirēda, vt in alteratione à vitiis ad virtutes, est mouens & operans Deus, atq; suo exercitio liberū hominis arbitriū: ipse homo, est motū: terminus à quo receditur, vitium est: terminus ad quē acceditur, virtus est: tempus, est visitationis dominicæ hora, siue aliud quodcunq; aduersitatis aut prosperitatis tempus, in quo se quis à vitiis auertit ad virtutē. Terminus quippe à quo, intelligitur id quod per motum abiicitur: quod aliquādo est pura negatio vel priuatio formæ quæ per motū acquiritur, aliquādo forma cōtraria. Vnde claret, quasdam mutationes esse de contrario in contrariū, vt ex calido fit frigidū, ex albo nigrū. Itē ex heretica opinione mala, fit alteratio ad

Quid terminus à quo.

contra

contrariam opinionem: ex carnali amore, conuersio ad amorē spiritualem: à vitio, ad virtutē, vt à gula ad sobrietatē: ex denso, rarum: ex leui graue. Sub quibus comprehendimus motus qui sunt de medio in alterū extremū, vel econtrario: vt ex rubeo in album aut nigrū, aut econtrario. Et eiusmodi motus propriē vocantur motus, eō quōd sunt (secundū Aristotelem) de subiecto in subiectū: id est, de affirmatione ad affirmationem, vel de forma in formā: sūntq; hi motus difficiliōres. Quædam sunt mutationes à priuatione tantum, vel negatione, ad oppositū habitū: vt ex non homine generatur homo, ex non igne ignis, ex indocto & rudi fit doctus, ex infideli priuatiuē, fidelis: quādo nimirū is, qui de dogmatibus fidei catholice neq; rectam, neq; peruersam habet opinionem, in fide docentis operā eruditur, vt rectē quēadmodum oportet de eis sentiat: ex tenebroso lucidum, atq; ita in similibus. Quas mutationes faciliōres esse constat. Et (iuxta Aristotelis sententiā) motus propriē non sunt, sed mutationes tantū: quia sunt de non subiecto in subiectum: id est, de priuatione vel negatione (quæ per non subiecta inteligit) ad affirmationē: aut è contrario de subiecto ad nō subiectum, id est, de affirmatione ad negationem vel priuationem. Huiusmodi autem sunt generatio, quæ est à non esse ad esse: & corruptio, quæ est ab esse ad non esse.

De termino ad quem, & à quo, & quomodo secundum eos motus distinguantur vel non distinguantur. CAP. VII.

Quid terminus ad quē.

Terminus verò ad quē, illud dicitur ad quod mobile siue id quod mouetur tendit, siue sit affirmatio, siue negatio: vt terminus ad quem, generationis est forma rei quæ acquiritur per generationem, & esse rei quæ acquiritur per generationem, siue esse rei generate. Ad hoc enim tendit generatio, vt forma substāialis insit in materia, & res substāliter existat. Terminus corruptionis ad quē, est priuatio formæ præexistentis, & non esse rei præexistentis. Quippè ad hoc tendit corruptio, vt materia priuetur forma quæ inerat, & res quæ præerat, suū esse perdat. Terminus augmērationis ad quem, est maior quantitas: Diminutionis, minor quantitas. Alterationis verò terminus, est qualitas secundū quā res alteratur loci mutationis: ipsum vbi, siue (vt crāsius dicamus) locus secundum quem

quem res variatur. Est autē terminus ad quē, dignior & principalior consideratione motuum, termino à quo: quoniā & ab ipso motuū denominatio sumitur: vt alteratio, ad albedinē dealbatio, ad nigredinē denigratio vocatur. Quōdque; amplius est, etiā distinctio generica atque; specifica ex ipso accipitur. Secundum enim terminos ad quos sunt, distinguuntur (vt supra declaratū est) generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio, atque; loci mutatio. Itē generationes viuētū & inanimatorū distinguuntur genere propter formas diuersorū generū. Generationes hominum & brutorū distinguuntur specie, ob formas ad quas sunt specie differentes. Generationes diuersorum hominū, numero distinguuntur, ob formarū ad quas sunt numeralē tantū distinctiōnē. Ita similiter in aliis motuū generibus est dicendū. Non solum tamen ex diuersitate termini ad quē, motus distinguuntur: sed accipitur etiā distinctio motuū ex medio, quo ad terminū ad quē, necessariū debet perueniri, ob concatenationem cū termino ad quē. Motus enim rectus & circularis genere differunt, propter diuersum modū spatij quod pertrāsitur: itē motus rectus & motus curuus ad eundē locū. Itē doctrinatio eiusdē cōclusionis, iā per demonstratiōnē, iam per verisimile, tantum argumentū, ob mediij diuersitatē variatur. Neque; profectō minus apparet hęc distinctio ipsius motus per se esse, quæ sic ex medio vel ratione aut modo aut conditione motus sumitur, quā ea etiā ipsa quæ ex termino ad quē sumitur. Ex termino autē à quo, constat nunquā variari specie motus. Eiusdē enim speciei est dealbatio quæ est à nigredine ad albedinē, cū ea quæ est à rubedine: & eiusdē speciei generatio ignis quæ est ex stipula, & qui ex ligno. Diuersitatem autē numeralē facit quodlibet illorū supra positorū. Qui enim motus vel aliud mouens, vel terminū à quo, vel ad quē aliū, vel aliud tēpus, vel aliud mobile habet, numero sunt indubiē diuersi. Facilius enim est numerū variare in rebus, quā specie. Quāto enim minor est distinctio, tāto acquiritur facilius. quē admodū cōtrario, maior distinctio (nēpe generica vel specifica) est difficilior.

An motus distinguatur à suo termino ad quē est. CAP. VII.

Non est verò dubitandum vlla ratione, quin motus à termino suo ad quē, alius sit, ac distinguatur, vt minimum

Terminus ad quē, est dignior termino à quo. Vnde distinctio generica motus.

Terminus à quo, speciem motus non variat.



nimū secundum rationem: cum motus rationē habeat rei successiua, fitq; motus omnis quatenus motus, res successiua, non autē terminus ad quem: cū sit secundū suū esse res permanens, etiā si successiue fiat atq; producat in subiecto. Verū de reali distinctione quæstio solet agitari, an motus res aliqua diuersa sit, & realiter secundū suum esse differēs à termino ad quē est: quibusdā realem distinctionē ponētibus, quibusdā negantibus, & ratione tantum distingui asserentibus. Iuxta quorū sententiam dicendum est, quod substantialis ipsa forma quæ in generatione acquiritur in generato, vt à mouente in motum producta, quatenus per eam ens potentia, actu fit, fit ipsa generatio, forma verò quæ deperditur, fit ipsa corruptio: & maior continuo acquisita quantitas, augmentatio: minor, diminutio. Frustra enim (vt ipsi aiunt) rerum pluralitas absq; necessitate ponitur. Neq; tamē admittunt, in eisdē prædicamentis ponendos esse motus, in quibus termini ponuntur, tametsi secundum rem sunt idem: quoniam diuersa ratio prædicamentorum ordines etiam variat.

De motu in comparatione ad actionem, & passionem: & de vocabulis motum significantibus. CAP. IX.

Similis quoq; de motu & actione & passione quæstio fieri solet, num realis sit ponēda distinctio inter actionem, passionem, & motum, an secundum rem coincidere dicenda sint, sola variātia ratione. Et huic quoq; quæstioni contrariæ adhibentur responsiones, alteris priorē, alteris posteriorē sententiā approbātibus. Sunt enim qui motū dicunt nō nisi secundū rationē differre ab actione, & passione. Verū in his atq; similibus, vbi de reali distinctione mouetur quæstio, nō multū est anxie perquirendum, cū vtraq; pars suā plerunq; habeat probabilitatē, & suis rationibus ambæ sententiæ plerunq; muniātur. Neq; ad verū Philosophiæ finē (qui est Deū in creaturis cognoscere, agnitūmq; collaudare) huiusmodi perplexæ & steriles quæstiones multū admodū videntur habere momenti. Illud autē aduertendū est, quod motus nō est in mouente, tametsi efficiatur à mouente: sed est in ipso mobili, sicut & terminus ad quem, in mobili tantū est, non in mouente. Neq; fingi debet vnus motus in mouente quo moueat, & alius in mobili quo ipsum moueatur. Sed quæ admodū

Nota attē.

Motus est in mobili tantū.

modum (iuxta Aristotelem) eadem est via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas: sic motus vnus est quo agens mouet extrinsecè, & intrinsecè mouetur mobile. Est enim motus, mediū quoddā, & veluti quædā via inter actionē & passionē. Vbi rursum notandū, ratione huius coniunctionis distinguendas esse iuxta significationē omnes voces quæ motus significant: vt pote exēpli gratia, generare, corrūpere, generari, corrumpi, calefacere, calefieri, generatio, corruptio, calefactio, dealbatio, doctrinatio, atq; id genus alia, motū vel actionem aut passionem significare solita. Si enim motus significant, non collocantur sub actione vel passione. Si verò actiones & passiones cū motu coëxistentes significant, sub actione aut passione constituentur. Est enim generatio, corruptio, augmentatio, diminutio, dealbatio, doctrinatio quædam actiua, id est, actio: quædam passiua, id est, passio quædā neutra, id est, motus ipse, qui neq; actio, neq; passio est, sed inter vtrunq; mediat. Vocabula autē illa quæ motus significant aut actiones, passionēve immanentes animæ (cuiusmodi sunt intellectio, visio, volitio, auditio, ac similia) præter supradictas tres acceptiones, accipiunt etiam quartā. Est enim visio actiua, qua obiectū agit in sensum: est visio passiua, qua sensus ab obiecto patitur: est visio motus, id est, alteratio ipsa visus: & est visio quarta, quædā neutra qualitas (vt dici solet) tertix speciei qualitatis, quæ motus visionis solet assignari terminis, solētq; ad distinctionē, actus videndi seu visio neutra nominari. De his verò latius pertractare, non arbitror præsentis esse negotij.

De motus continuitate, & quid ad eam requiratur. CAP. X.

His verò præmissis, cōsequenti ordine de quibusdam motui accidētibus est determinandū. Et primū quidem de motus ipsius continuitate, ad sciendū, quis motus continuus sit, aut non continuus. Est ergo aduertendum, quòd ad motum continuū requiruntur, continua forma acquisitio, vel deperditio, mobile continuū, & temporis continuatio, ita vt nulla sit in motu tēporis interruptio: quòd si horū aliquod defuerit, nō potest esse motus continuus. Non autē requiritur mouentis continuitas, quia succedentibus absq; interruptione temporis diuersis mouentibus eiusdē ratiōnis, continuus effectus producitur.

Neque

Arist. 3. Physicorum.

Triplex significatio actionis motus designatiuum.

Quadruplex significatio.

Tractatur ista ab Arist. 5. lib. Physicorum.

Neq; item requiritur continuitas termini à quo, quoniã continuo motu prius à calore, pòst à tempore, ad frigus mouetur mobile. Mediũ quoq; non oportet esse continuum. Vnus enim motus secundũ locũ est, qui per contigua tantũ fit. Non tamen sufficienter consequẽter se habẽtia. Est enim differentia inter cõtinua,contigua, & consequenter se habentia. Vnde continua sunt, quorũ vltima sunt vnum:ita vt quod est finis vnus, sit alterius verũ initium. Contigua sunt, quorum vltima non sunt quidem vnum, sunt tamen simul. Simul autem sunt, quæ se inuicẽ tangunt: vt duæ lineæ diuisæ, quæ se inuicem tangunt in finientibus punctis, sunt contiguæ & non continuæ. Similiter duo ligna diuisa, se inuicem in extremitatibus proximè tangentia, contigua sunt, non continua. Continua verò sunt, duæ partes integrales vnus lineæ, adiuicem proximæ, & vnus totius integralis ligni duæ medietates sibi inuicẽ proximæ. Consequenter verò se habet, quorũ vltima non sunt vnum, neq; etiam simul: inter quæ tamen nullum medium est aliud eiusdem rationis. Vt duæ domus inter quas est spatium intermediũ, nulla tamen alia domus, cõsequenter se habent: quas tamen manifestũ est neq; continuas esse, neq; contiguas. Continuæ autem domus essent, si vnum haberent eundẽmq; parietem, qui huius esset finis & illius principium. Contiguæ verò, si diuersos quidem parietes, tamen se inuicem contingentes.

De motus tarditate, velocitate, atq; frequentia, deq; causa tarditatis aut velocitatis in motibus. CAP. XI.

Motus tardus & velox.

Tardus motus est, quo maiori tẽpore minus acquiritur vel deperditur: vt tardè calefit aqua, si magno tempore parum caloris acquirat: tardè augmentatur siue crescit arbor, si in prolixo tempore parum acquirat maioris quantitatis: tardè discit discipulus, si in multo tempore, scientiæ atq; doctrinæ paulum assequitur. Velox motus est, qui minori tempore multum acquirit aut perdit: quemadmodum in aqua breui tempore vehementer calefacta, & in discipulo industrio ac diligenti breui tempore multam scientiam assecuto. Vbi diligenter attendenda est differentia, quæ est inter motum velocem, & motum frequentem. Frequentia enim, interruptionem & discontinuitatem significat motus: longè verò aliud, velocitas.

locitas. Procedit autē hęc tarditas in motu, aliquando ex defectu virtutis mouētis. Ignis enim modicus, nequit velociter calefacere: & doctor piger atq; ineptus, nequit discipulos cito ad doctrinā adducere. Nonnunquā verò, ex resistentia cōtrarij. Nequit enim etiā magius & validus ignis, hominē multū frigidū cito calefacere, neq; preceptor industrius & diligēs, hebetē & obtusum pigrūmq; discipulū, cito in sciētia erudire, aut petulantē cito moribus probis instituere. Aliquādo, ex resistentia medij. Lapis enim licet grauis, nō potest cito per aquam moueri, sicut per aērē: nec pluuia potest velociter descēdere, ob resistentiam aēris. In voluntariis autem, præter causas supradictas, voluntas etiam sua libertate causa esse potest tarditatis aut velocitatis motus. Homo enim nullum habens impedimentum velociter vel tarde mouendi siue agendi quippiam, potest tamen pro sua voluntate vel tarde vel velociter agere. Et primū mouens, quod est super omnia mouentia Deus in secula benedictus, cum neque virtute deficiat, neque vlla resistentia aut inconuenientia impediri possit, quædam tamē velocius, quædam tardius mouet, pro suo beneplacito, cui sine resistentia atq; contradictione obediunt vniuersa.

De vniiformitate & diffirmitate motus. CAP. XII.

At tenditur autem etiam vniiformitas vel diffirmitas in motu, secundū considerationem partiū ipsius mobilis. Illud mobile quod iuxta omnes partes suas æqualiter atq; similiter secundū velocitatem aut tarditatē mouetur, vt totus homo æquē velociter in omnibus mēbris calefactus, moueri dicitur vniiformiter. Illud verò quod non secundū omnes partes æqualiter, sed secundū diuersas partes diuersimode mouetur, secundū aliam velocius, secundū aliam tardius, vt homo citius in manibus quàm in pedibus calefactus, aut in eisdem membris nō æqualiter calefactus, diffirmiter moueri dicitur. Prouenit autē hęc diffirmitas in motu, aliquādo ex parte virtutis ipsius agētis, quæ tam vicina non est vni parti sicuti alteri. Aliquando ex parte mobilis, quia nimirū vna pars est magis indisposita ad susceptionē actiuitatis, quàm alia. Notādū autem est, quod secundū locū diffirmiter mouetur omne corpus circulariter motum, etiam ccelestes orbes.

Vnde tarditas in motu.

Moueri vniiformiter & diffirmiter.

Semper enim velocius mouentur partes supremæ, quàm quæ sunt circa centrū aut mediū: quoniā illæ longius distantes magnū spatium pertransiunt, cum istæ proximiores in equali tempore, minimam circulationē absoluant. Id quod in rota figuli manifestè demonstrari potest: vbi partes quæ axi, proximè sunt prorsus æquali tēpore suam minimā circulationē cōplent, quo partes extremæ à medio longissimè distantes, suum illum multo maiorem absoluant ambitum. Ita quæ non æqualiter secundum omnes partes accipiunt incrementum, difformiter augeri dicuntur. Et modo quodam etiam illi qui non secundum corpus & animam æqualiter proficiunt (vtpote qui corpore crescunt, & animæ profectum nullum in virtutibus aut moribus accipiunt) dici possunt difformiter proficere atque augeti, quoniam non est postremus iste sermo proprius, eò quòd ex partibus integranibus mobilis, non essentialibus propriè fieri debeat consideratio vniformitatis aut difformitatis.

De motu regulari & irregulari. CAP. XIII.

Quis motus regularis & irregularis.

INsuper poni solet in motu regularitas & irregularitas, quæ nō attendūtur secundū partes mobilis, sed magis secundū tempus in quo fit motus. Si enim mobile toto tempore moueatur similiter siue æqualiter, secundum velocitatē & tarditatem in principio, medio, & fine, dicitur motus regularis. Vnde cælū regulariter, licet difformiter, mouetur. Sic qui nunc velox est in disciplinarū aut virtutū profectu, cras tardior, irregulariter proficit, quoniā nō similiter cōtinuat. Procedit autē hæc irregularitas potissimū ex virtute mouēte, quæ augetur vel minuitur. Quod enim mouetur naturaliter, in ipso motus sui initio tardius, in medio velocius, in fine velocissimè mouetur, propter cōtinuò aduenientē impetū, qui formā substantialē adiuuat in mouendo, atq; etiā ob loci naturalis approximationē. Quæadmodū enim vnaquæq; res ad suū locū naturalē desiderat, vbi cūq; extra ipsum fuerit posita, ita quosuerit ei vicinior, magis naturaliter desiderat, atq; ad ipsum fertur, tēditq; vehemētius. In iis autē quæ mouētur violēter ab extrinseco, motus in principio præceps est & velocior, sed cōtinuò fit remissior virtute impressa cōtinuò debilitata. In motibus verò qui secundū

Aristo. 3. li. Physic.

sen

sensum sunt, aut etiã nonnunquã secundũ rationẽ, vt in motu progressiuo & similibus, principiũ est quidẽ utrunque velox, mediũ velocius, finis tardior atq; deficiens. Quod ex parte instrumentorũ est, quæ in principio nondũ sunt satis disposita ad expedite motum peragendũ, sed per cõtinuã exercitationem rectius disponuntur: quemadmodũ de vocis prolatione euidenter docet experientia. Tandẽ tamẽ, propter debilitatẽ si diutius perduret cõtinuus motus, instrumenta motus flaccescunt, & veluti deficiũt: quẽ admodũ in vocalibus instrumẽtis experimur post longã locutionẽ, siue cõtationẽ prolixiorẽ: inq; cruribus, & nervis, post diuturnã ambulationẽ. Notandũ verò est, quod primũ agens ac mouens, tametsi totam cœlorum machinã difformiter admodũ moueat, faciẽs sphaeras difformibus atq; diuersis motibus, aliã quidẽ citius, aliã velocius suũ cursum absoluerẽ, mouet tamen eam ab initio vsque ad finẽ, motu regularissimo & ordinatissimo, eandẽ semper in motu regulã seruans atq; custodiens. Neq; enim ab initio seculi, citius aliquando aut tardius primũ mobile motum est, aut mouebitur vnquã, quã nunc moueatur: neq; item aliorũ orbũ quisquã, siue motus proprios, siue raptus ipsius motũ consideremus. Et est id quidẽ suprà modũ admirabile, in tanta difformitate motuũ corporũ cœlestiũ, perpetuò regularitatẽ huiusmodi seruari posse, eiusq; palãm attestatur gloriam, qui in ea sapientia secundum quam cõdidit vniuersa, regit etiam, mouet, atq; gubernat, qui est in secula benedictus. Amen.

De motu naturali & violento, & quomodo in singulis motuum generibus hac inueniantur. CAP. XIII.

MOTUũ insuper quidã sunt rebus naturales, quidam violenti. Est autẽ motus ille rei naturalis, qui est secundũ naturã rei, & ei est conueniens: vt igni, moueri sursum, & rarefieri, nisi fortẽ cõdenfari ipsum amplius quã cõuenit cõtingat. Hi enim motus cõueniunt naturæ vel formæ ignis. Motus violentus vel cõtra naturã est, qui rei secundũ suã naturã nõ conuenit, neq; est secundũ naturam rei, sed ab extrinsecò mouente imprimitur, formæ cõtranitente. Vt motus ignis deorsum, & eius condensatio vel compressio: motus lapidis sursum, aut aquæ siue terræ nimia rarefactio. Repugnat siquidem naturæ

Attẽtõ nota.

Quid naturalis motus

Quis violentus.

ignis, & formæ eius, motus deorsum & nimia condensatio: quemadmodum aquæ & terræ, motus sursum aut nimia rarefactio, atq; ita in cæteris. Vbi notandum est, materiam sicut est ad omnem formam indeterminata, ita & ad omnes accidentales dispositiones esse indifferentem, si in sua generalitate cõsideretur. Verùm quatenus per formam limitatum esse participat, illa ei etiã dicuntur secundum naturam, quæ ipsi conueniunt sub formã quã habet. Et illa dicuntur ei esse contra naturam, etiam ex parte materiæ, quæ ipsam à suo esse quod habet participatum nata sunt repellere. Notandũ verò, in omnibus motuũ generibus inueniri motus aliquos naturales, alios violẽtos. Generationes enim quædam naturales sunt, vt florum in æstate, & corruptiones eorum in hyeme. Quædam violẽta, vt generationes florum vel foliorum in hyeme, ab aliquo accidente: & corruptiones subita florũ in æstate ante defectum naturalem, ob vehementem æstum solis, aut aliud quodlibet accidẽs malum superueniẽs. Ita sunt partus tempestiui, & partus abortiui. Ita quædam naturaliter fit augmentatio, quædam violentè: vt augmentatio subita vel nimia pueri: vel tritici intempestiua augmentatio, ob abundantiam pluuiæ. Ita in diminutione viriũ, ita & in alterationibus dicendum. Imo quædam sanatio est naturalis quædam violenta: vt quæ fit ab aliquo extrinsecò, per violentiam ratione cuiuslibet accidentis. Quamquam enim sanitas semper sit naturæ cõueniẽs, tamẽ motus per quem ipsa introducit, esse violentus, quãdo nõ per media naturæ conuenientia, sed magis per accidens introducit, cum violentia agentis forma contranitente. Itẽ & sanatio que fit in diebus criticis, naturalis est: quæ verò dies criticos præuenit aut subsequitur, innaturalis, vt ait Aristoteles.

Quomodo adinuicem debeant motus vel comparari, vel non comparari.

CAP. XV.

*Tractat.
hec Arist. 7.
lib. Physicor.*

NON est autẽ quilibet motus cuiuslibet motui comparabilis, secundum supra determinatas proprietates vel accidentia. Motus enim rectus & circularis, secundũ velocitatem, vel tarditatem non debent comparari. Vt enim in genere quolibet recta sit comparatio, oportet eam fieri secundum speciem specialissimã. Non enim dicitur vnũ alio magis coloratũ, aut quale, sed magis calidũ vel ma-

gis

gis album. Oportet item, vt fiat comparatio in aliquo, quod vtriq; comparatorū vniuoce & secundū eandem rationem conueniat. Non enim dicitur homo magis sapiēs quàm brutum, neq; brutum melius sentiens, quàm lapis, cum in vtraq; cōparatione, ea quæ comparantur, nō conueniant in eo in quo fit cōparatio. Neq; rursus medicina magis sana dicitur, aut minus, quàm homo: neq; potio ipsa magis quàm vrina aut homo. Quamuis enim quodlibet horū sanū dicitur, nēpe homo, potio, & vrina, fit tamē hoc ratione atq; cōsideratione diuersa: homo enim sanus dicitur, vt habēs in se sanitatē: vrina, vt significatiua sanitatis: potio, vt effectiua eiusdē. Vt ergo omnino recta sit cōparatio, sumēdi sunt duo motus eiusdem speciei, eiusdēmq; rationis, qui secundū aliquod prædictorum accidētium cōparētur. Quēadmodū (exēpli gratia) hic motus rectus illo recto est velocior aut tardior, regularior aut irregularior, vniuniformior aut difformior: & hic circularis, illo: hęc alteratio, illa: hic motus localis, illo. atq; ita in ceteris.

De motuum contrarietate.

CAP. XVI.

MOTUS ex terminis contrariis, non sunt necessariō contrarij, vt patet de motu qui est ab albedine ad rubedinem, & de nigredine ad eandē rubedinem, qui sunt eiusdem speciei specialissimæ. Qui autem sunt ad terminos contrarios, sunt contrarij, etiam si nō sint ex cōtrariis terminis. Ab eodē enim medio termino motus sursum & deorsum, sunt contrarij. Et dealbatio quæ est à rubedine, contrariatur denigrationi, quæ ab eadē tendit rubedine. Illi tamen motus sunt maximē cōtrarij, qui sunt à cōtrariis terminis ad contrarios terminos. vt qui est ab albedine ad nigredinē, illi qui est à nigredine ad albedinē, maximē est contrarius: & magis quā ille qui à media tantū est qualitate. Sumitur etiā contrarietas motuum accidentialiter, secundū naturale & violentum: ita vt generatio naturalis dicatur cōtraria simili generationi in specie violenta. Sed hæc nō est specifica & essentialis contrarietas, cū naturale esse & violentū non variant speciē motus, neque etiam cætera suprā posita accidentia. Opponitur præterea motus etiam quieti, sumendo quietem semper motui oppositam. Vt motus à loco aliquo opponitur quieti in loco illo, non autem motus ad locum aliquem contraria-

Arist. 5. Physicorum.

Qui motus contrarij.

Arist. circa finem. 5. libi Physic.

Quid quies. tur quieti in eodem loco, quemadmodum habet Aristoteles v. lib. Physicorum. Non est tamē hæc oppositio cōtrariorum, sed priuatiuē oppositorū. *Quies* enim nihil aliud est, quā priuatio motus, atq; ab eo cessatio, in subiecto apto nato. *Quemadmodum* autem suprā motus quidam dīcti sunt naturales, aliqui violenti, sic & de quiete possumus distinguere. Lapis enim, in suo loco naturali quiescit quiete naturali: extra verò eum, quiescit violenter.

Deijs quæ mouentur, quomodo quædam per se, quædam per accidens moueantur.

CAP. XVII.

Superest nūc, posteaquā de motus natura & proprietatibus diximus, de mouentibus etiā & motis determinationem subiungere. Ac primū quidem est aduertēdum, quemadmodum inter ea quæ mouentur, quædā tantum secundum partē mouentur, vt cū solam manū agitamus: quædam verò secūdum ipsum totum, vt cum corpus vniuersum agitur, siue saltu, siue ambulatione, siue alio quolibet modo. Rursum, quædā per se mouētur, vt totus ipse homo ambulās de loco in locum: quædam verò per accidens mouentur, alterius gratia, nimirū quæ in eo sunt quod per se mouetur. Idq; rursum dupliciter, vel sicut partes in toto, vt manus per accidens ad totius corporis motum: & qui naui vehūtur, gratia nauis cui insunt pariter mouētur, sed per accidēs: vel sicut accidētia quæ in rebus sunt quæ mouentur, maximè corporalia, quæ per accidēs moueri dicuntur ad motum sui subiecti: quemadmodum ex Aristotele vulgò adduci solet. Motis nobis mouentur omnia quæ in nobis sunt. Complectitur autem Aristoteles hæc vnica hac diuisione, quinto Physicorum,

Dictum Aristoteli. 1. libro Topico.

Eorum quæ mutantur, aliud per accidens mutantur, aliud ex eo quia aliquid huius mutatur, aliud ex eo quia ipsum primo mouetur.

Cuius sensus ex præcedentibus & subsequētib; satis patet. Primæ partis exempla sunt, dum musicus dicitur ambulare, sanare, &c. Est siquidem motus deambulationis musicæ extraneus & per accidens, quemadmodum & reliqui. Secundæ exemplum est, dum homo dicitur sanari, quia oculus, manus, pes, aut caput sanatur. motus enim toti homini attribuitur, qui tantum parti conuenit. Tertiæ

tia exemplum est, vt homo ambulat, ægrotus sanatur, dum ratione totius corporis pristinae valetudini restituitur. hinc & similis diuisio mouentis ab Aristotele colligitur, hæc videlicet,

Aliud per accidens mouet, aliud parte, aliud per se primo.

Quæ ex præcedente facillè parent cum exemplis, si ea quæ rei mobili seu motæ attributa sunt mouenti applicentur. Similis quoque diuisio ab Aristotele de termino à quo motus procedit, & ad quem tendit, datur.

Terminorum à quo & ad quem, aliud est per accidens, aliud ratione partis, aliud per se primo.

Vt si quis simul ambulet & sanetur, loco à quo recedit, aut ad quem tendit, impertinens & per accidens est motus ad sanitatem. similiter sanatio febris, pars est, si conferatur ad sanitatem in genere: respectu verò sanitatis febrili oppositæ, habet terminum per se primo. Ad huc enim terminum per se primo, totus motus tendit, quæ est sanatio à feбри.

Quomodo aliter partes integrantes in toto moueantur quam accidentia in subiectis. CAP. XVIII.

IN hoc tamè partes ab accidentibus sunt diuersæ, quòd corporis partes, totius motus aliquam partem in se habent, cuius cõparatione quodãmodo per se mouetur, sicut per accidens mouentur cõparatione ad motum totius. Quemadmodum enim totus motus in toto corpore est, sic pars motus in partibus sunt corporis totius: quemadmodum de aliis corporalibus accidentibus est manifestum. Accidentia verò nihil in se motus habent, sed extrinsecè prorsus ad motum subiecti moueri dicuntur. Proinde, quæ secundo hoc modo per accidens mouetur, magis per accidens & magis improprie moueri dicuntur, quàm quæ modo priori. Nã quæ priori modo per accidens moueri dicuntur, simul etiã per se secundum aliud motum moueri possunt: quemadmodum is qui in nauì ambulat, ratione ambulationis quam à nauì non habet, per se mouetur: ratione verò uestionis, per accidens. Sic cum inter ambulandum quis agitatur manum, eamque in sublime tollit, manus illa quatenus ambulatione vnà cum toto corpore de loco fertur

*Aristot. 4.
Physicorum
in materiæ
de loco.*

in locū, per accidēs mouetur: secundū verò illū agitatio-
nis motum, per se rectē moueri dicuntur. Nunquam verò
id in accidentibus vsu venire potest, quē per se moueri nō
possunt, sed per accidens & extrinsece tantum.

Quomodo rerum essentia nullo modo dicenda sint moueri, neq;

Deus inexistentis omnibus.

C A P. X I X.

Essentiā autē rerū quæ mouentur, nullo modo moue-
ri dicendæ sunt. neq; etiam spiritalia accidentia, quæ
creaturæ rationali secundū rationem insunt. Vnde cum
homo mouetur secundū corpus totum, anima tamen ob
hoc moueri non dicitur, neq; ipsa eius humanitas, neque
vllus interior animæ actus. Ex quo patet, tamen in om-
nibus rebus Deus existat, nulla tamen ratione debere
illū dici moueri ad motum rerū quibus inest. Cū rebus
ipse inest, non per modū accidentis, neq; per modū partis
integrantis, imò neq; per modū partis essentialis (cū ipse
nullius sit pars compositi, neq; esse possit) sed inest omni-
bus per suam essentiam, ineffabili modo, præsentiamq; &
potentiā quasi dator essentiæ & existentie rerū, eiusq; cus-
tos & sustentator, in omnibus mouentibus & motis ipse
existens atq; inhabitans, prorsus immutabilis.

Regula generalis pro ijs, quæ motu Physico mouentur.

C A P.

X X.

*Hanc con-
clusionē po-
nit & de-
monstrat
Aristot. ini-
tio 7. libri
Physicor.*

DE rebus autē naturalibus quæ per se mouentur physico & naturali motu, dari solet hæc generalis regula. Omne quod mouetur, ab alio necesse est moueri. Quod vt veritatem habeat, intelligendū est, vel de mouente extrinseco, vt in ijs quæ mouentur violenter: vel de principio motus intrinseco, quod est forma substantialis rei. Agens enim naturale, nō potest seipsum primo mouere, id est, totaliter & secundū vtramq; partem essentialē: neque item primo, id est, secundū vtramq; essentialē partē moueri: sed altera semper est per se mouens & agens, forma: altera per se mota atq; patiens, nempe materia. Dictū est autē signanter de ijs quæ mouentur motu physico, & de mouentibus rebus naturalibus: quoniā anima quæ res naturalis non est, seipsam primo mouere potest, quia seipsam in actu facit, & ad intellectionē atq; volitionē per se mouet. neq; hinc opus est diuersitate moti atq; mouētis, sed eadem anima & mouet seipsam, & à se ipsa mouetur.

De

De mouentibus subordinatis & non subordinatis.

CAP. XXI.

Quoties verò ad aliquod mobile plura cōtingit cōcurrere simul mouētia, talis inter ea debet esse subordinatio, quòd mouens proximū mobili mouet in virtute mouētis prioris quòd à re mota est elongatius, vt cū lapis mouetur à baculo, & hic à manu, & manus à corde, baculus est mouēs proximū moto, & ideo est min⁹ principale in illo motu: & cor est ibi primū in mouendo & principalius, quāuis remotius. Vnde patet deū (eò quòd sit primus in omni motu, in cuius virtute mouēt alia omnia secundaria mouētia) esse principalissimū in mouēdo, eūq; omnis motus in his inferioribus causam primariā atq; precipuā assignari debere, quantūuis secundaria alia agentia ad eūdem effectū videātur cōcurrere. Notandū verò huiusmodi subordinatiōem mouentiū esse duplicē. Quādā essentialē, vbi scilicet agēs proximū nō potest nisi per virtutē pariter mouētis prioris suū motū efficere, vt homo pater nō potest sine cœlestiū & Dei cōcursu filiū generare. ideo hæc sunt essentialiter subordinata: homo pater, cœlestia corpora, deus. In his autē sic essentialiter subordinatis, non potest processus esse in infinitū: alioqui, motus naturales essent indeterminati. Quod enim ab infinitis pederet, nō haberet determinatā causalitatē. Sequeretur quoque positio infiniti actū secundū multitudinē, cū necesse sit causas sic essentialiter subordinatas simul existere.

Quādā verò mouētia, sunt subordinata accidētaliter: vt pater, auus, attauus, tritauus, & c. quādo scilicet mouēs immediatū nō requirit coexistentiā vel cōcursum mouētis prioris mediati, vt efficiat vel moueat: quēadmodū pater, vt filiū generet, nihil opus habet neq; coexistentiā neq; cōcursu aui patris sui, neq; attau, neq; tritau. Sunt tamē hæc mouētia quodāmodo subordinata, quatenus mouēs vltimū (id est, pater generās) virtutē accepit à suo patre, atq; hic rursus à priore, illeq; iterū à suo patre, atq; ita cōsequēter pcedēdo. Verū in his mouētibus, nihil phiberet ponere infinitū, vt si mūdus poneretur fuisse æternus, & ab æterno hoies aliquos fuisse, hoc modo infinitæ essent rerū naturaliū causæ, & mouētia infinita. Ex his enim neq; tollitur rebus determinata causalitas, eò quòd mouētiū

Quis ordo
debeat esse
pluribus mo-
uentibus cō-
currētibus.

Probat hanc
cōclusionem
Aristot. 7.
Physico.

huiusmodi nõ requiritur coëxistētia, neq; infinitū actu sequitur, sed successione tātū: qđ nõ est incōueniēs admittere.

De multiplici proportione & comparatione mouentis ad mobile. CAP. XXII.

Quoniam autem mouere aliud, perfectionē habet: moueri autē secundū suam rationem, habet imperfectionē: cōstat mouens, quatenus huiusmodi, esse moto dignius, & mouens mobili supraponi secundū relationem. Vt autē mouens moueat mobile, oportet ipsum fortius esse mobili, & quāsi dominium habere supra resistantiam mobilis. Iuxta igitur proportionē virtutis mouētis supra mobilis resistantiā vel indispositionē cōtingit mobile velocius, tardius, vel vniformius, vel difformius, vel regularius moueri vel nõ moueri. Nõ enim fit actio, nisi à proportione maioris inæqualitatis. A' proportione autē minoris inæqualitatis nõ fit actio, quē admodum vulgata habet Philosophorū sententia. Cuius disti est hic intellectus: Agens nõ posse agere in passum, nisi virtute superet ipsius resistantiā, & potētia sit inæquale secundum excessum. Id verò quod est minoris virtutis & potētiae nõ posse agere in id quod est maioris virtutis, & maioris resistantiæ. Ignis enim si sit virtute potētior ad calefaciendū, quā ad resistēdū aqua, tūc aget ignis, & patietur aqua. Si ecōtrario dominetur aqua, patietur ignis, & iuxta ampliorē resistantiā passi plus aut minus mouebit agēs. Ex quibus solēt deduci septē proportionū regulæ ab Aristotele positiæ in VII. Physicorū lib. quas hīc quoq; subnectimus.

Ponuntur VII. regulæ, quas vocant regulas proportionum. CAP. XXIII.

PRIMA REGVLA.

Ponuntur hæ regulæ ab Arist. in fine 7. Physi.

SI aliquod mouēs moueat aliquod mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spatio, eadem virtus mouens mouebit mobilis medietatem, per duplum spatium, in æquali tempore.

Qualis enim est proportio totius virtutis motiue ad totā resistantiā mobilis, nõ æqualis est totius virtutis illius motiue ad medietatē resistantiæ mobilis, sed dupla est proportio. Vnde cū (iuxta principiū suprapositū) secundum proportionem maioris aut superantis inæqualitatis fiat actio,

actio, sequitur, eandem virtutē mouentem, mobilis illius medietatem duplo velocius mouere: quod facit, quando in æquali tempore per duplum spatium ipsam mouet.

SECUNDA REGVLA.

Si aliquid mouens moueat aliquid mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spatio, idē mouens mouebit mobilis medietatem per idē spatium, in medio tempore.

Ratio est eadem quæ supra posita est propter proportionem virtutis actiuae, quæ dupla est respectu medietatis ipsius mobilis.

TERTIA REGVLA.

Si potentia aliqua mouens moueat aliquid mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spatio, eadem potentia mouebit idem mobile per mediū spatium, in medio tempore.

QUARTA REGVLA.

Si aliquid mouens moueat aliquid mobile, aliquanto tempore & aliquanto spatio, media virtus mouens mouebit medium mobile per idē spatium, in æquali tempore.

Harū duarum regularū eadem est ratio: quoniā videlicet, qualis est proportio mouentis ad mobile, in cōparatione ad totū tēpus & ad totū spatiū, talis est mouētis ad mobile in cōparatione ad mediū tempus pariter & medietatem spatiij: & qualis est proportio totius mouētis ad totū mobile, æqualis & eadē est medietatis ad medietatem, in cōparatione ad idem tempus & idem spatium.

QVINTA REGVLA.

Si aliqua virtus mouēs mouet aliquid mobile, aliquanto tempore, & aliquanto spatio, nō est necesse eandem mouere duplum mobile per medium spatium in eodem tempore, aut per idem spatium in duplo tempore.

SEXTA REGVLA.

Si aliqua virtus mouens moueat aliquid mobile,
aliquo

aliquanto tempore, & aliquanto spatio, nõ est
necessè medietatem virtutis mouere idẽ mobi-
le per medium spatium, in æquali tempore, vel
per idem spatium, in duplo tempore.

Harum duarum regularũ ratio est, quia à proportio-
ne minoris inæqualitatis, non fit actio. Non est autem
necessè, ipsum mouens habere dominium, & superiorita-
tem, & inæqualitatem vincentem ac superantem, super
duplum mobile. Neque medietatem virtutis mouentis
necessè est maiorem inæqualitatem & superioritatẽ ha-
bere, supra ipsum totum mobile.

SEPTIMA REGVLA.

Si plures virtutes motiuę moueãt aliqua mobilia,
aliquanto tempore, & aliquanto spatio, virtus
ex illis virtutibus motiuis collecta, mouebit
mobile ex illis collectum per idem spatium, &
æquali tempore.

Ratio autem est, similitudo proportionis.

Predictis adiunguntur alie due regule. CAP. XXIIII.

His autem regulis ab Aristotele sic positis superaddi
possent alie duę, octaua & nona. Octaua regula, Si
aliquod mouens moueat aliquod mobile, aliquanto tem-
pore, & aliquanto spatio, duplum mouẽs mouebit duplũ
mobile, per idem spatium in æquali tempore: aut per du-
plum spatium, in duplo tempore. Nona regula, Si aliquod
mouens mouet aliquod mobile, aliquanto tempore, & ali-
quanto spatio, duplum mouẽs mouebit idem mobile, per
duplum spatiũ in æquali tẽpore, aut per idem spatium in
dimidio tempore. Harum duarum regularũ rationes, fa-
cilẽ patent ex prædictis. Et notandum quòd hæc suprapo-
sita regula, tametsi peculiariter de mouentibus & mobi-
libus secundum locũ data videãtur, possunt tamẽ simili-
ter aptari etiã ad alias species motus, ad augmentationẽ,
diminutionem, & alterationẽ quemadmodum docet Ari-
stoteles, in hunc modum, Si augmentans, diminuẽs, aut
alterans, augmentat aliquid aut minuit, aut alterat ali-
quanto tempore, aliquanta quantitate, aut qualitate, idẽ
augmentat, minuit, aut alterat dimidium, dupla quãtita-

re, aut qualitate in eodem tempore, aut dimidia dimidio tempore, atq; ita per singulas regulas discurrendo.

Quid per mouens & mobile intelligatur in proposito.

CAP. XXV.

ADuertendum autem est, cum in his regulis de mouente & moto duplo vel æquali loquimur, non velle nos sermonem facere de quantitate molis. Sic enim non est necesse, si homo certæ quantitatis aliquid possit, idcirco alium mole & quantitate duplo maiorem duplum posse: cum frequenter soleat in exiguo corpore virtus regnare maior. Sed de virtute sermo debet accipi ita, vt per medium mouens intelligatur virtus ipsa, atque potentia mouentis: per mobile, virtus resistendi: per medium mouens, medietas virtutis motiuæ: per medium mobile, medietas resistentiæ ipsius mobilis: per duplum mobile, dupla resistentia: per duplum mouens, dupla virtus motiua.

Exemplo monstratur in igne, omnium regularum suprapositarum veritas.

CAP. XXVI.

Volumus autem in igne alterante atque calefaciente aquam, per singulas regulas quod dictum est exemplo declarare. Ponatur ergo virtus alteratiua siue calefactiua ignis octo graduum: & resistentia mobilis, scilicet aquæ in sex tantum gradibus. Iuxta primam regulam, si virtus motiua vt octo ipsius ignis, alteret aquam habentem resistentiam vt sex, tempore horæ vnius, ad calorem duorum graduum: ergo eadem virtus motiua ignis, medium mobile, id est, aquam habentem mediam resistentiam, scilicet trium graduum, alterabit ad duplam caliditatem, videlicet quatuor graduum, in æquali tempore. Et iuxta secundam regulam eadem virtus motiua ignis, dimidium mobile, aquam dimidiæ resistentiæ, alterabit ad eandem caliditatem, in dimidio tempore. Et iuxta tertiam regulam, eadem virtus motiua alterabit eandem aquam ad dimidiam caliditatem, in dimidio tempore. Et iuxta quartam, media virtus motiua ignis (quæ est vt quatuor) alterabit aquam dimidiæ resistentiæ, vt tria, ad eandem caliditatem duorum graduum in æquali tempore. Et secundum quintam regulam, non est necesse, si virtus mouens ignis vt quatuor, aquam habentem resi-

sten

stentiam vt tria, alteret ad caliditatē quatuor, vt ob hoc eadem virtus motiua aquam duplam resistantiam habentem vt sex, alteret ad mediam caliditatem in æquali tempore, aut ad eandem caliditatem quatuor, in duplo tempore. Neq; iuxta sextam, necesse est, vt media virtus actiua vt duo, alteret aquam eandem resistantiam vt tria habentem, ad dimidiam caliditatem in æquali tempore, aut ad eandem caliditatem in duplo tempore. Deniq; iuxta septimam regulam, si tres ignes (quorum quilibet est sex graduum) sigillatim calefaciat aquam resistantiam habentem vt quatuor, ad caliditatem trium graduū in certo tempore, necesse est ignes illos tres simul iunctos, aquā illam ex tribus collectam alterare ad eandem caliditatē, in æquali tempore. Iuxta octauam quoque & nonam regulas, si ignis virtutis actiue trium graduum, aquam resistantiam habentem duorum certo tempore alteret ad caliditatem gradus vnus, necesse est ergo vt virtus motiua sex graduum aquam habentem resistantiam vt quatuor, alteret ad caliditatem æqualem, æquali tempore, vel caliditatem duplam duplo tempore: & ignis ille vt sex, duplæ virtutis, aquam dimidiæ resistantiæ, id est, vnus graduum, in æquali tempore, aut ad caliditatem eandem vnus graduum, in dimidio tempore. Similiter practicari potest & in aliis motibus. Nobis vno exemplo rem moustrasse sufficiat.

Mouens secundum proportionem, ad mobile mouere debet, & quemadmodum Deus in mouendo potentissimus est atque liberrimus.

CAP. XXVII.

EX his ergo omnibus manifestum euadit, quemadmodum semper mouens moueat, secundum proportionem virtutis motiue ad resistantiam eius quod mouetur. Patet etiam quandoquē; in mobili est aliqua resistantia, quæ ipsum mouens impediat aut detineat, non posse moueri tale mobile à suo mouente in instanti. Vbi verò virtus actiua nullam patitur à mobili resistantiam, potest suum effectum in instanti efficere, quemadmodum est in illuminatione Solis. Omnipotens ergo Deus, cuius infinitæ virtuti nihil potest contrauenire, cui nulla prorsus creatura potest resistere, cuius virtus in infinitū superat omnem

omnem creatam resistētiam, quæcunq; vult potest in instanti mouere, sicuti vult, & quocunq; libuerit genere motus, siue generare, siue corrumpere, siue alterare, siue augmentare, siue diminuere, siue secundum locum mouere. Neq; ante Deum differentia est in multo vel breui tēpore, in omnibus quæcunq; voluerit. Cui insuper, quoniam nulla illi resistentia est in mouendo, nullus etiam labor fatigationem, laborem, aut molestiam adducit omnia mouenti. Non mouet tamen omnia, neque agit in instanti, neq; subito: quoniam in mouēdo est liberrimus, in arbitrio & potestate habens sic vel sic mouere. Ipse vero à nullo moueri potest, qui prius aliquod mouens non habet. Imò neque ipse se potest mouere, qui nihil potest quod antè non habuit acquirere, neq; perdere quicquam quod antè habuisset. Huic itaq; & primo, & summo, & generalissimo, ac proinde efficacissimo mouēti, soli Deo fit laus, honor, gloria, & benedictio, ab omni mutabili creatura in æterna secula. Amen.

LIBRI III. FINIS.

PSALMVS LAVDIS ET CONFES-
sionis, omnipotenti, vniuersali ac primo rerum
omnium motori immobili.

Domine, quis similis erit tibi? ne tacete labia, confessionem & laudem ne continete super eo.

Super celorum altitudinem residet in arce celsitudinis atq; fortitudinis sue: ab æterno triumphat in ea gloriosus ab initio.

Priusquam cælum formaretur & orbis, tu eras ante omnia: in te ipso perfectus & beatissimus in plenitudine tua.

Tu semper immutabilis moues omnia, generas, corrumpis, augmentas, ac minuis, alteras, & rotas, mouesq; omnia.

Tu vero ingenerabilis es, & incorruptibilis: augmentari nesciens aut minui.

Neque alterari tu potes, qui non variaris accidētarijs rebus: apud quem nulla est transmutatio, neq; vicissitudo maria obumbratio.

Loco non moueris qui implet omnia: neq; vt hominum, sunt itinera gressuum tuorum.

Incommutato loco accedis & recedis quò & vnde volueris: non est hoc datum creaturæ filiorum hominum.

Preuales omnibus in fortitudine tua super excelsa: proq; tuo placito rotas agitasq; omnia.

Nō est neq; moles, neque virtus in omni creatura quae obstaculum praeberet quae actioni tuae: super immensa enim virtute absque proportionē excedis vniuersa.

Homines & iumenta tu perducis ad augmenta congrua: arbores quoque, & ligna, plantas, & omnia viuētia super terram.

Suis quaeque staturis tu perficis ea iuxta conditionem generis sui: mensuram tu tenes omnium descriptam in officina gloriae tuae.

Ipse autem augmentum nescis, neque immutationem pateris: nihil accrescit neque decrescit in aeternum plenissima plenitudini tuae.

Qui pro tuo placito omnia facis altera, nequis ipse alter fieri: potentia, sapientia, & omnis tua perfectio nō immutabitur in seculū seculi.

Magne Deus, princeps regum terra, dominator omnium in virtute tua: quis te agnoscat aut collaudabit pro dignitate sic gloriosē immutabilem?

Ecce qui seruiunt tibi, astantes perpetuō conspectui tuo: non sunt stabiles omnimodis.

Corporea vero creatura vniuersa, mille est rationibus vix momento stabilis: mutationibus ac volutationibus in eis perturbantur omnia.

Sol & Luna cursu suo regulari voluta semper sic in instabilitate permanent miro modo stabilia.

Quae vero his subiecta esse volūti, cum seipsis quoque sunt in suis motionibus prorsus irregularia.

Tu vero Deus in eadem semper tua stabilitate fixus permanens: cunctis mutabilibus praesides, ipse immutabilis.

A te vero cum omnis exeat motus, doneq; moueri omnibus: in te nullus tamen valet ingredi.

Immutabilis potentissime Deus, dominator omnium: tibi omnis tua factura canit gloriam.

Mirabilis tu & verē miranda opera tua: obstupefcat in eis anima mea, cum intenderit in illis aciem mentis suae.

Exultabit cor meum Domine, in cunctis operibus magnificentiae tuae: lingua quoque mea laudem meditabitur gloriae tuae.

Benedictus Deus dominus vniuersae creaturae: ita fiat, ita fiat, Deus potentissime.

Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

IN LIBRVM IIII.

CONSIDERATIONIS PHYSI-

CAE, DE INFINITO, LOCO,

VACVO, ET TEMPORE,

PRAEFATIO.



T clarificetur in agnitis creaturarū suarum cōditionibus dominus deus noster, qui solus essentia sua infinitus, cœlumq; & terrā & omnia sua imēsitare implet, neq; loco tamē capitur, neq; tēpore atq; vt patēter clareat quāto interuallo omne

Hier. 23.

naturaliū rerū ordinē post se creator ipse relinquat (quæ uniuersa loco & tēpore, angustis nimiū mēsuris secūdum eius dispositionē sunt, coarctata atq; cōstricta) in aīo est nobis, post motus vtrūq; descriptā naturā, etiā illud deo donante explicare, quomodo in rebus finitū vel infinitū aut inueniatur, aut ab eis excludatur: post quæ loci, & oppositi vacui erit cōsideratio. Extremā sibi partē, tēpus occupabit. Sunt enim & hęc ad plenā rerū naturalium cōsiderationē non minus quā motus, vt tractētur, necessaria.

Quomodo possit infinitum multipliciter intelligi, & specialiter

de infinito atque finito, secundum essentiam CAP. I.

Primū quidē illud est aduertendū, dupliciter dici & cōsiderari infinitū atq; finitū: nempe vel secundum essentiā, vel secundū quantitatem. Ac rursum, secundū essentiam infinitum intelligi potest, vel secundū rationem materiæ, vel secundū rationem formæ. Est enim materiā ex se & per se suo modo infinita, quatenus ex sua natura nullam habet formā intrinsecam, per quam finiatur, efficiaturq; ens in actu. Ex parte verò formæ sub qua est, finita est, quatenus per illam eius indifferētia stringitur, ac veluti terminatur. Formæ quoq; materiales, cōsideratione quadā ad materiā, infinite ex se dici possunt. Et quodammodo omnis forma creata ex se infinita est, quatenus nō est ex se ad aliquā particulare ac singularē materiā determinata. Nā tamē simpliciter forma est infinita dicēda, sicut simpliciter est materiā infinita: quoniam formæ etiā

Infinitū secundū essentiam.

*Deus forma
infinita.*

separata habent essentiam finitam, per esse particulare & distinctum: ac proinde simpliciter finitæ dici debent, non autem infinitæ, nisi secundum quid, aliquo modo scilicet, & consideratione prædicta ad materiã. Vnica est forma separata, ætus scilicet simplicissimus, omnipotens atque æterna diuina substantia, in qua nulla est determinatio essentiæ per aliquod esse particulare adueniens: sed est Deus essentia sua infinitus & indeterminatus, plena omnino, perfecta, illimitata, infinita, & interminata essentia. Cætera verò omnia & materialia & spiritualia, sunt sua essentia finita, & particulari aliquo esse cõtracta, limitata atque terminata. Illæ tamen formæ quæ in materia sunt, magis sunt finitæ illis quæ sunt à materia separata.

Differentia inter infinitum secundum rationem materie, & secundum rationem forme. CAP. II.

Notanda verò est solerter ac diligenter inter duplicem hanc infinitatē diuersitas: quoniã prior quæ secundum materiam est, ea nimirum quæ in ordine ad formã in recipiendo eam consideratur, ab imperfectione est. Materia enim perficitur, eo ipso quo finitur. Infinitas verò quæ attèditur ac sumitur secundum formã perfectionis est. Formæ enim separata & per materiam infinita, siue nõ finita ac limitata, sunt perfectiores corporalibus formis, quæ per materiã certam sunt finita, terminata, & limitata. Vnde sicut summa dei perfectio est, quòd sit forma sua essentia infinita: ita summa est materiæ imperfectio, quòd ex se sit ad suscipiendũ infinita, nullã in se formam qua finiatur habens intrinsecã. Illic enim, id est, in dei infinitate, plenitudo totius esse significatur: hinc verò, id est, in infinitate materiæ, egestas omnis esse exprimitur.

De infinito secundum quantitatem duplicem, deque infinito aëtu & potentia. CAP. III.

*Infinitum
quantitate.*

Consideratur autem alio modo infinitum secundum quantitatem, aut cõtinuam, id est, secundum longitudinem, latitudinẽ, profunditatem: quæ solent dimensiones rerũ nominari. Et quandoq; quidem secundum harum dimensionũ aliquam tantum cõsideratur infinitum, nimirum vel longitudine sola, vel latitudine sola: quãdoq; verò secundum omnes has tres dimensiones simul sumptas, atq; id propriissimè & plenissimè infinitum dicitur.

Aut

Aut secundū quantitatem discretam sumitur infinitū, id est, secundū numerum & multitudinem. Iterum infinitum aliquod potentia intelligitur, aliud actu. Potētia infinitum intelligimus, quando continua appositione vel diuisione secundū proportionales partes, non peruenitur ad vltimā appositionem, aut vltimam diuisionem. Verbi gratia, Numerus est appositione & potētia infinitus, quia quantūlibet sit magnus, semper vnus vnitatis adiunctio- ne potest fieri maior. Quodlibet item corpus continuū, infinitum est diuisione atq; potentia: quia diuidendo nūquam peruenitur ad vltimam diuisionem. Omne siquidē continuū, diuisibile est in semper diuisibilia: cum ex indiuisibilibus partibus nō possit totū aliquod cōponi, neque conflare diuisibile. Nec enim potest diuisibile, ex indiuisibilibus vt suis partibus componi. Indiuisibile enim additum indiuisibili, non facit ipsum maius. Sumenda est autē hęc diuisio infinita, secundū partes proportionales. Si enim linea diuidatur in tres tantum, aut etiam in mille partes eiusdem alicuius certæ quantitatis, nō eua- det in infinitum ista diuisio, quę secundum certæ alicuius quantitatis partes sumitur. In diuidendo verò secundum partes proportionales, nunquam erit dabilis vltima quā- tūlibet paræ lineæ diuisio. Tunc autē dicitur fieri diui- sio secundum partes proportionales, quando sicut totum lignū in duas partes diuiditur, ita pars rursus in suas par- tes, & iterum illarum partium pars aliqua in suas partes, & sic in infinitum: quomodo procedendo, nunquam per- ueniretur ad vltimam diuisionem.

Ponitur definitio infiniti actu.

CAP. IIII.

CAeterum, actu infinitum ab Aristotele definitur hoc pacto,
Infinitum id est, cuius semper aliquid extrā ra-
tione quantitatis accipi potest.

Hoc est, cuius quātitas tota nō capi nec assignari potest, sed quantūcunq; capias vel assignes de ipsius quantitate, adhuc semper vltā manet, nec tota potest quantitas assi- gnari. Illud enim corpus esset actu infinitū magnitudine, cuius quātitas sumpta secundū partes certæ quantitatis, non est pertransibilis: sed quotcunq; partes sumantur,

*Aristo. pul-
chre hac o-
mnia de in-
finito tra-
ctat 3. lib.*

Physic.

*Hanc cōclu-
sionem pul-
chre demon-
strat Arist.
in principio
6. lib. Physi.*

*Hanc defini-
tionem ponit
Arist. 3. lib.
Physicorū.*

restat semper adhuc infinita sumenda quantitas. Ab infinito enim quantumlibet dematur, semper manet infinitum. Unde infinitum nihil est minus, sicut indivisibile nihil minus. Et quæ admodum indivisibile nulla additione potest fieri maius, sic infinitum nulla ablatione fieri potest minus. Idque intelligendum de infinito ex omni parte quod est, secundum omnem indimensionem. Alioqui constaret maius esse infinitum, quod secundum corpulentiam esset infinitum, quam quod sola longitudine vel latitudine esset infinitum. Proportionabiliter intelligi debet, secundum numerum infinitum. Infinitum autem successione, non est proprie infinitum in actu, sed magis in potentia, ut tempus infinitum, vel motus infinitus. Non enim contingit in finitas partes simul accipere, sed tantum unam in actu, ceteras in potentia. Unde relinquitur, infinitum actu dupliciter dici: diagine, videlicet & numero. Et non aliter dicitur mutabile

Quomodo infinitum defini potest esse actu non potest.

Quæquam verò definitum est ab Aristotele, actu infinitum, nemo tamen existimet consequi: tale alicuius corpus esse in rerum natura, aut tale aliquid requiratur sibi demonstrari, ut certat oculis. Sunt enim definitiones quedam, quibus non tantum quid res aliqua sit, quam quid nomen significet, explicatur: quæ admodum tamen in consequentibus definiemus, vacuum non tamen aliquam qualis sit: definientes, sed nominis tantum significationem explicantes. Non potest autem dari corpus aliquod: actu infinitum, & multiplex ratio probat. Omne enim corpus physicum, habet naturam finitam: formam quidem per materiam, & materiam finitam per formam. Formam autem determinatam, consequuntur accidentia determinata. Quare & finita sua quantitas cuiuslibet rei est, & naturali formæ disconueniens esset quantitas infinita. Item omni corpori conuenit secundum locum motus. Huiusmodi autem corpus si ponatur, quod actu sit infinitum, neque recto motu, neque circulariter sagittam posset. Non quidem motu recto, quoniam omne quod mouetur motu recto, oportet locum habere extra se, quod omnino impleat, ad quem per motum tendit, ut acquirit. Quod vero actu infinitum esset, non haberet ullum extra se locum. Occuparet enim omnia, & non posset infinitum loco

Definitio
quid nominis.

Conclusionem
hanc probat

Arist. 3. lib.

Physic.

causam.

causam.

causam.

causam.

concludit, ad quem vel in quo moueretur. Neque iterum
 motu circulari moueri poterit, quonia in tali motu oportet
 partes variari loco, ita ut ubi nunc se habet pars, debeat
 venire pars alia subsequens: quod fieri non potest in infi-
 nita partium multitudine. Inter enim quaslibet partes
 deberet esse infinita distantia, prout aliter dicitur: si
 filii corporis finitae duae, illa enim absque quibus in infini-
 titam distantiam euaderent, infinita enim distincta por-
 tionum non potest. Præterea, species quantitates plurimas
 secundum numerum, ut bibulum, tricubentem, & cae-
 tera. Nulla autem species numerum potest esse infinita, ni-
 si non posse esse multitudinem infinitam.

Porro infinitum esse actu secundum multitudinem, idem
 est impossibile. Impossibile est enim, esse specie nume-
 ri infinitam. Omnes enim & finitae sunt, & per variatam
 adiectam semper augeri possunt. Infinita autem non po-
 rest fieri maior. Quamquam igitur potentia earum infinite
 species numeri, nulla tamen earum est infinita. Sic enim infi-
 nita essent in certo aliquo & determinato numero, quod
 aperta videtur includere contradictionem. Infinita
 sunt numeri species actu, ut dicitur potentia, tunc etiam in-
 finita sunt species figurarum secundum potentiam, nulla tamen
 eorum est infinita. id quod eis procedit a numero, quo
 nam species figurarum sumuntur secundum species nume-
 rorum, ut triangulare, quadrangulare, quinqueangulare, &c.
 Ceterum de successione infinita, non videtur ita esse
 pugnans ut esse possit. Nam si semper fuerit motus, & est
 semper futurus, esset motus hoc modo, ut esset successio-
 ne infinitus, & tempus infinitum, verum huiusmodi
 successione infinitum, non est infinitam nisi potentia.

Inchoatur determinatio loci, & octo modi præmittuntur in
 existentiis.

Post hæc vero de loco subnectamus determinationem. Aristoteles
 Nam variè admodum antiqui philosophati sunt de natura tractata ista
 ra & conditione loci, quibusdam dicentibus materiam esse de loco 4.
 locum, aliis formam rei esse eius locum, vel materiam aliter physic.
 presentibus corpus quoddam infinitum quod in se omnia
 susceperet, non cedere aduentibus aliis, quod penetrati-
 tudine susceperet omnia absque cessatione vel suarum partiū di-
 uisione; in quo putabant omnia moueri, ipsum vero non

id est
 in
 o
 m
 n
 i
 a

id est

id est

*Octo modi
essendi in
alio.*

moueri. Hęc verò sigillatim nō intendimus refellere, sed simpliciter tantū rei veritatē de loco & eius natura manifestare. Ac primum quidē prēmittendū erit, quot modis aliud esse dicatur in alio. Ponit aut Aristoteles modos inexistēdi, octo numero. Primo enim pars integrans, est in toto. Secundo, totū in cunctis partibus cōsistit, ex quibus est cōpositum. Tertio, species in genere cōtinetur: quoniā genus capit & ambit intra se omnes suas species. Quarto genus vt essentia est in specie. Sic etiā definitio est in definita specie. Quinto forma in materia, & accidēs in subiecto. Inter quæ tamē est distinctio, quoniā accidēs cū subiecto nihil vnū cōponit, sed forma cū materia rem naturalē atq; singularē substantiā componit. Sexto, effectus in causa, vt calor secūdū virtutē est in sole. Septimo, rex in regno, idq; per potētiā & autoritatē, vel p maiestātē presentie suę. Octauo, aliquid est in loco. Et hic modus est, quē (ceteris omisis) latius necesse habemus ptractare.

*De duplici superficie, concava & conuexa, & vtra locus
dicatur. CAP. VIII.*

Quid locus.

Est autē locus, extremū corporis talis quo aliud cōtinetur: ipsa (inquam) superficies extrema corporis cōtinentis, proxima superficiēi exteriori corporis cōtenti. Et solet vocari superficies concava. Vt interior superficies cęli Lunę, & cōcaua, quæ immediatē cōtinet ignē, est ignis locus: & cōcaua superficies aëris, est locus aquæ. Conuexa autē superficies, nō est locus: quoniā secundum ipsam corpus nō continet, sed potius secūdū ipsam cōtinetur. Duplex est autē superficies, altera cōcaua, mediāte qua corpus ipsum alia cōtinet in se localiter, & est superficies interior. Altera cōuexa, qua corpus continetur ab alio: & ipsa exterior quæ à circūdatē alio corpore circūdatur. Prior est locus, nō secūda. Secūdū priorē corpora localiter cōtinent: secūdū alterā potius continentur. Ex quibus patet, locū non esse neq; partem cōpositi, neq; accidens, neq; aliquid omnino locati, sed est locātis vel cōtinentis accidēs vltimū, terminus, & extremū. Non omne tamen extremū, sed illud quod est coniunctū locato, & mediante quo locatum continetur à locante. Est autē locans, id quod secundum locum continet aliud: & locatum, id quod secundum locum ab alio continetur.

*Superficies
duplex.*

Defi

Definitio loci, & definitionis declaratio.

CAP. IX.

Locus, est finis cōtinentis immobilis, primus.
 Quæ solet hæc quoque verbis eundem sensum
 habentibus assignari,

*Definitio lo-
 ci ex Arist.*

Locus est extremum continentis corporis, immo-
 bile primum.

Quarum definitionum hic est sensus, Locus est superficies
 concava, corporis cōtinentis locatū, proxima locato
 & adæquata, per se immobilis, vnde & de loco proprio da-
 ri constat tantum, siquidem is propriè locus dicitur. Vbi
 extremum vel finis excludit à definitione omnem super-
 ficie[m] præter ultimam. Infinitæ siquidem in corpore lo-
 cante sunt superficies inter conuexam & concavam me-
 diæ, quarum tamen nulla est propriè locus, sed sola cōca-
 ua vltima. Quod verò adiicitur, corporis cōtinentis, pro-
 hibet ne superficies exteriōr vel conuexa primi cœli dica-
 tur eius locus. Primū, id est, immediatū excludit substan-
 tialem partem extremam ipsius corporis, simul accipiēdo
 superficiem concavam. Huiusmodi enim pars extrema lo-
 cantis corporis, tametsi aliquando locus dicatur vulgari
 consuetudine, quemadmodū pera locus dicitur pecuniæ
 eius quæ inest, propriè tamē nō dicitur locus: cū locus sit
 accidens & superficies. Excluditur autē huiusmodi pars
 corporis à definitione loci (vt dicere cœperamus) quia nō
 est prima, id est, immediata secundum se locato, ita vt si-
 mul sit cum superficie vltima & conuexa corporis cōten-
 ti. Semper enim locus qui est superficies concava continē-
 tis, est simul cum superficie conuexa corporis immediatè
 contenti: quæadmodū superficies concava cœli Martis, &
 conuexa cœli Solis: rursumque superficies concava cœli
 Solis, & conuexa cœli Veneris: atq; ita in aliis. Particula
 primum, quoq; dici potest idem quod suo locato vni, adæ-
 quatum, & ita soli proprio loco cōuenit. Ex quibus patet
 materiam nō esse locum formæ, cum materia superficies
 nulla sit: imò verò formam nullum locum habere, nisi
 per accidens, cum per se quantitatem superficiēi (secun-
 dum quā res in loco continetur) non habeat. Formæ enim
 tam substantiales quàm accidentales, non sunt in loco ni-
 si per accidens, ratione subiecti vel compositi cui insunt.

De loco proprio & communi, & loci proprietatibus. CAP. X.

Locus pro-
prius & cō-
muni.

Dividitur autem locus, in proprium, & communem. Locus proprius alicui locato dicitur, quādo cui libet parti loci respōdet aliquid ipsius locati. Vt locus igni proprius, est extremum, cœli lunaris: & unicuique rei, locus eius adæquatus, proprius est.

Locus cōmunis est, quādo aliquę partes loci sunt, quibus ipsius certi locati nulla pars earū respōdet.

Vt tota superficiēs templi, est locus cōmunis singulorū hominū: & concavum lunæ omnium mixtorum est locus communis. In comparatione tamen ad superficiem extremam aëris totius, quo impletur continentia templi, dicitur locus proprius & adæquatus similiter & cōcavum lunæ, in comparatione ad superficiem ignis immediatē adhærentis, dicitur locus proprius ipsius ignis. Ad maiorem notitiam loci, eiusdemque naturæ, ponit Aristoteles proprietates quasdam: quæ illi veluti per se notæ convenire conceduntur, quæ sunt numero quatuor.

Prima est, Locus continet id cuius, & nihil est ipsius rei.

Quorum verborum hic est sensus: Locus continet locatum, & nihil est ipsi rei locatæ, intrinsicè inhærens neque ut pars neque ut accidens.

Secunda est, Primus locus, neque minor est, neque maior.

Id est, locus proprius est æqualis suo locato, quantum ad superficiem convexam ipsius corporis loco contenti.

Tertia est, Locus non relinquitur ab vnoquoque & separabilis est.

Id est, locus nūquam omni locato priuatur, ita ut sine corpore contento maneat: & est à locato suo separabilis, ita ut successivè alia & alia corpora contineat.

Quarta est, Omnis locus differentias has habet, supra in quā ac infra, & corporū vnumquodque, proprios ad locos suapte natura fertur, sursum aut deorsum pergendo: & in eisdem manet.

Id

Id est, omnis locus est sursum aut deorsum: & omnia corpora generabilia & corruptibilia, et est enim non moventur nisi circulariter ad suum proprium locum naturalem sursum aut deorsum moveri nata sunt, & in eisdem quiescere, & conservari.

De loco naturali & violento.

CAP. X I.

Locus autem naturalis dicitur alicui, qui a natura ferri est determinatus & assignatus, in quo bene est ei, & conservari natus est, ad quem proinde naturali desiderio semper sollicitat, ita ut quoties extra eum esse contingat, violente quiescat. Sic igni locus naturalis est, sub coeli intermedio concavo: aeri, sub igne: aqua, sub aere: terre, sub aqua. Naturalis enim dispositione, & ordine, id quod est omnium levisimum, summum sibi vindicat locum: quem ad modum id quod est gravissimum, locum requirit omnium infimum. Mixtis vero corporibus, locus est naturalis, secundum conditionem eius elementi quod dominatur in eorum complexionibus. Locus autem violentus est, in quo rei non est bene, & a quo dum potest, recedere nititur.

Locus naturalis & violentus.

Quare res suam appetant locum naturalem, & que sit illius desiderij causa.

CAP. X II.

Volentes autem quoniam causa sit motus huius rerum naturalium ad sua naturalia loca perquirere, de terra quaestionem proponimus, ob quam siue cuius commodi aut utilitatis gratia, extra locum naturale posita, deorsum festinet, & non impedita semper cadat. Et huius si de partibus terra loquimur, satis constat, illis esse melius in totius terra globo, quam in aere aut sub luna. Verum respicientes totum globum terra, quaerimus, in quo male erit toti terra, si poni intelligatur in aere, non super neque infra aquas: An ab aquis aliquid suscipit terra quo melius ferretur? Quod est igitur hoc desiderium, ut desideret tota terra aere relinquere, & ad aquas pergere, cum nihil videatur aqua illi donare unde ferretur, praeter aere in quo ipsum suspensum imaginamur? Hanc autem quaestionem (omissis diversis diuersorum sententiis, quas super hac re sunt commentati) ita nos dissolvendam putamus, dicentes totum uniuersum ab optimo ordinatisimisque conditore fuisse conditum sub certo numero, potestate, & mensura, in quo omnia creata quasi vestigium in se ferunt benedictae summamque trinitatis

Quaestio de naturali desiderio rerum naturalium ad sua loca naturalia.

atq; in his sicut creata sunt, ita in eis dē cōseruari atq; gubernari. Quoniam igitur dixit igni, vt sub luna acciperet primum locum: aëri secūdm dedit, tertiū aqua, quartum terrā: quoniā dixit piscibus vt in aquis locum fumerent, volatilia iussit eleuari altius in aëre: metallis quoniā terræ viscera deputauit, oleū super aquam posuit: ex hoc dei mādato formæ rerum (quæ operatrices sapius dictæ sunt omnium operationum rebus conueniētū) incessanti conatu ad hoc tendūt, vt illic res sint, vbi à deo creatore suo locum acceperunt: nō tam ratione sui cōmodi, quàm ratione diuini præcepti aut constituti perficiendi. Sicut enim voluntarius homo voluntariè mouet se ad dei implendū mandatū: ita res naturales à suis formis per deum aguntur naturaliter, ad implendam sanctissimam ipsius voluntatem. Omnia siquidem ingenuo conatu seruiunt & obediunt ei. Ipse præceptum eis ponit, & illa non prætereunt. Ascendentes enim montes & descendētes in loca præstituta campi, terminum quem præposuit deus non transgrediuntur, neque conuertuntur operire terram cuius etiam verbo congregatæ sunt, velut in vtre aquæ maris, positæ in thesauris abyssi. Igitur non est arbitrandum res naturales locum querere naturalem ob sua commoda, tanquam à locatē corpore quippiam recipiant, sed ob dei potissimum benedictam voluntatem adimplendam, illic sibi melius esse existimant, vbi deus ea magis vult locari. Qua in re vtinam naturalia agentia sequantur creaturæ rationales, vt ea semper magis exoptēt, quæ sui creatoris voluntati magis sunt placita.

Quomodo secundū quantitātē res naturales locum occupent, & de impossibilitate penetrationis dimensionum. CAP. XIII.

AD loci autem perfectam considerationem exigitur, vt de occupatione quoq; & repletia aliquid dicamus: quoniam loco conuenit, occupari atq; repleri. Est ergo attendendū, quòd sicut color rebus natura datur, vt per ipsum res existant coloratæ, vnde consequitur, vt sint etiam visibiles: ita data est rebus quantitas, vt secundum ipsam sint res quantæ primū, ex quo deinde consequitur diuisibilitas. Sicut enim quæq; res quanta est, sic est diuisibilis: nempe si per se quanta, per se erit diuisibilis: si per se accidens, ratione cōextensionis, per accidens erit diui

diuisibilis tantum: & quod longitudine vel latitudine quã
 tum, sic solum est diuisibile. Super hæc tamen superficies
 rebus conueniunt, vt contineant inuicẽ & contineantur:
 corporea quoq; quãtitas vel corpulentia, vt res secũdum
 eam occupare possint atq; replere. Nam & lineæ simul in
 se inuicẽ esse possunt & superficies. Quippe superficies cõ
 caua continentis corporis, & superficies conuexa cõtenti
 semper sunt simul in inuicẽ. Sola corpulentia sic suum si-
 bi locũ occupat, vt aliam corpulentiam simul eodẽ in lo-
 co nequaquam admittat. Atq; hoc videlicet est occupare,
 sic implere locum, vt simul ab alia corpulẽtia impleri nõ
 possit, nisi dum illo cedente aliud adueniat. Hoc autem
 si cõtingeret, nõpe duas corpulentias simul eundẽ locum
 adæquatẽ replere, penetrationem diceremus fieri dimen-
 sionem, dimensionũ (inquam) corporearũ, quã sic ab-
 horret natura, & damnant Philosophi, æquẽ cõstanter at-
 que vacui positionem. In vtroq; enim horum peccatum
 in naturã admittit, quã vel vacui vacuitatem, vel penetra-
 tionem dimensionũ corporearum quomocunq; con-
 stituit. Vtrunq; siquidem extremum falsum est, & secun-
 dum naturam impossibile. Media autem veritas est, omne
 locũ ab aliqua corpulẽtia occupari, vt nihil sit vacuum: &
 eadẽ cedente vel expulsa succedere aliam, vt non habeat
 tur corporearum penetratio dimensionũ. Cæterum, de di-
 mensionibus longitudinis & latitudinis, vt iam diximus,
 nullum est inconueniens, eas simul esse, aut se penetrare.

*Penetratio
 dimensionũ et
 vacui æquẽ
 sunt impos-
 sibilis.*

*Quomodo in loco esse intelligantur, quæ quantitatem non
 habent.*

CAP. XIII.

Quomodo igitur in loco, sunt, quæ tactui patent, cla-
 rum omnibus. Ea verò quæ nõ sunt quanta, quomo-
 do in loco esse possint, aut debeãt, intellectu videtur dif-
 ficilius: præcipuẽ quòd dixerimus in hoc datam esse re-
 bus quantitatem, vt locum occupent, & cõtineãtur à loco.
 Qua in re est aduertendũ, tribus modis aliqua esse in lo-
 co. Primo quidẽ, vt circumscribente, ad eũ modũ quo cõ-
 lũ inferius est in superficie cõcaua superioris cæli, & quæ
 libet res corporalis à suo loco circũscribitur, quia eius vna
 pars huic parti, altera alteri responderet. Secundo definiti-
 uẽ, quando res loco non circumscribitur, ita vt diuersæ
 partes locati diuersis partibus loci respondeant, secundũ

*Tribus mo-
 dis res sunt
 in loco.*

tamẽ

tamen certum quendam terminū in eo includitur, vt non sit extra ipsum. Sic anima rationalis est definitiue in corpore, & angelus in loco. Vno tamen gradu superant Angeli animā rationalem: quoniam anima non longiorē habet locū, quā sit ipsius corporis quantitas. Angelus verò longiorē, & ampliorē, quā etiam corpus quod interdū a se sumit. Tercio autem modo longē diuerso à prioribus, Deus est in loco, non utiq; circumscribitur iuxta partium dimensionem correspondentiū. Non definitus etiā nequē certis conclusus limitibus, sed superexcodenter, quia cū omnem locū repleat, non tamen suo loco condungatur, sed in infinitum pertransit immensus. In primo gradu sunt primum omnia corpora, & deinde omnia accidentia corporalia, quæ sunt materiæ coextensa in eo, & formæ substantiales omnes, præter rationalem animā, quæ sola non coextenditur materiæ. Sicut autē dicitur anima rationalis esse in corpore, quia ipsum viuificat (ita vt in aq; refecto membro non sit vt in loco, quod non viuificat) sic dicuntur substantiæ spirituales non quantitate corporea esse in loco, sed magis secundum virtutem & potestatem. Quousque enim earum virtus funditur & efficacia, eateh mis locus eis est assignandus. Et quæ sic sunt in loco, potius continere quā contineri sunt dicenda. Illa autem quæ primo modo, contineri simpliciter loco, non ipsa contineri dicuntur. Atq; hinc est, quod Deus omnipotens cum in omnibus existat, nullo tamē continetur, sed magis ipse continet omnia omnibus inexistens: vt verum sit & indubitatum quod per prophetam dicitur, Cælum & terram ego impleo, dicit Dominus omnipotens.

De occupatione & repletione, & de varijs repleti modis. C A P. X V.

Omne autē quod occupat, occupando replet. At non contra fit versio. Multa enim felicissimè replent, quæ non occupant. Spirituality enim & non quanta replent sua loca, sed non occupant: quoniā alia non excludūt, nec ipsa quidē corpora. Replere enim occupādo, imperfectissimus est repleti modus. Quæ res vt clarius intelligatur, ponendi sunt aliquot repletiū modi. Primus est corporum, quæ corpulēta sunt, & locū quem replent, simul ab aliō non permittunt repleri. Et hæc quia occupādo quodāmodo impediunt pleniorē repletiam, dum alia non

admit

admittunt, idcirco imperfectè replent. Secundus est gradus eorū quæ per se quanta nō sunt, sed per accidens sunt coextensa quantitati. Ut formæ corporales, & accidentia cætera corporalia. Horū cum sint plurima simul, constat ipsa felicius quam priora replere, quoniam se mutuo nō impediunt, nec obstat alteri alteri. Tertius modus est, quo anima rationalis replet materiā vel corpus propriū, dū in ipso est. Quæ profectō excellentius replet aliis formis, quoniā singulas corporis partes tota replet. Cætera verō habet partes suas partibus corporis repondetes. Quartus gradus est animæ separatæ & spirituum substantiarum, quæ positam excedunt animam in corpore, eō quod sit quodammodo quanta, quantum non coextensa corpori. Nam finitur eius vis & repletia, quantitate corporis in quo hospitatur. Non sic est dum separata per se existit, neq; in spiritibus, qui nullos terminos secum deferunt. Quoniam tamen horum repletia alicubi finem capit, nimirum ubi desinit præsentia virtutis eorum, ideo nō optime replent. Supremus gradus est eius quod replet absque termino, & proprio, & alieno, cuius virtus non potest vsquam aliquando finem capere, cuius tota virtus similiter toti præsto est loco, & singulis partibus: quod proinde summe replet, & omnia replet intime, atq; penitissime, ut nihil non contineat in sese, imò verò ut ipsum semper contineat & concludat in se omnia, & à nullo concludatur. Ipsum est vniū ens, summum primum bonum, Deus verus & vnus, cui est honor soli & omnis gloria nunc, in æternum & vterā. Amen.

De vacuo & eius descriptione. *De vacuo & eius descriptione. Cap. Primum.*

Post loci autem considerationē congruo ordine subiungi debet vacui determinatio. Est enim vacuū loci cō oppositam, & oppositorū semper rectè iuxta ponitur determinatio. Vacuū ergo adriqui variis modis assignabatur. Quidam arbitrati sunt, extra celā esse quoddam ipsum vacuum. Alij dixerūt vacuū corporibus inuertum, propter augmentationem seruandā & diminutionē. Prima, nō est opinio. Secunda, in his quæ de generatione confitebimur, (sic erit volūtas domini) refelletur. Secundū autē veritatē, omnino nullū debet poni vacuum. Proinde de definitionē nō habet, quæ rei natura explicaretur.

Tota hec materia vacui ab Aristotele tractatur diligenter 4. libro Physicorū. Definitio vacui.

rum. Quod enim neq; est, neq; esse potest, definiri nequit, tali utique definitione, quæ rei explicaret naturam. Ceterū, nominis definitione vel interpretatione, sic definitur, Vacuum est locus si corpore careat.

Id est, vacuum dicitur superficies concaua, nullū corpus continens aut in se concludens. Vt si concauo Lunæ permanente, Deus destruat omnem substantiā elementorum, ad nihilū redigendo, esset concauum Lunæ vacuum: & pera siue aliud quodlibet continens, si nō impleret eius continentiam aër neque aliud quippiam, sed intelligatur prorsus nihil in illa superficie contineri, esset locus eiusmodi vacuum. In præcedente autem definitione, cum vacuum dicitur locus corpore priuatus, aduertendum est, locum nō accipi propriè. Nam sic falsum esset vacuum esse locum, cum sit vacui & loci propriè accepti repugnantia: sed locus pro superficie ipsa qualibet concaua accipitur, qui potens est per suam continentiam locare aliquid, etiam si actu nullum habeat locatum. Quomodo enim locum intelligimus superficiem continentem: ita vacuum, superficiem continere potentem, id est, concauam, sed nihil actu continentem, intelligimus.

*Vacuum iuxta naturam non posse existere, pluribus probatur
experientijs.* CAP. XVII.

Quanquam autem vulgato sermone, loca vel vasa dicere soleant homines vacua, in quibus tantum aër inest aut ventus, nullum tamen secundum veritatē potest in natura vacuum inueniri. Nullus est enim quātumlibet paruus locus, qui corpore careat contento. Atq; ad hoc vniuersæ creaturæ naturaliter laborant, etiam cum suæ propriæ naturæ quodam dispendio, atq; velut nocumento, vt nullo modo permittant vacuum fieri: facientes, & quæ contra naturam propriā videntur sponte sua, & quæ secundū naturā sunt propriā, dimittentes. Nā ad impediendū vacuū, leuia deorsum mouentur. Vt dum foditur puteus profundissimus, etiā vsq; ad terræ mediū, sequitur aër, vt impediatur vacui positio. Aquam insuper cōtingit, prædicta ratione, sursum ascēdere, & deorsum nihil impeditā non descendere, à fluxu cessare, omni etiam remoto obstaculo. Ad probandū autē quòd natura abhorreat positio

sitionē vacuū, plura adduci possunt experimenta. Primum enim, aqua in vase non congelabitur, etiā in frigidissimo loco, si sit ita obstructum, vt nullus omnino possit aër ingredi: quòd si cogatur congelari, vas dirumpetur. Si enim fieret congelatio, & nullus ingrederetur aër, oporteret esse vacuū: quoniā in congelatione constringitur aqua, & aliquid loci prioris necesse est ipsam relinquere, quem oportet suppleri per aduentū aëris. Loquimur autē de vase pleno aqua. Nā vbi aliquid aëris est, poterit aër propter vacuū impeditionē subtilior effici atq; rarefcere, vt modica fiat aquæ cōgelatio sine nocumento vitri. Rursum, sume clepsydram qua irrigatur hortus, si supraonas pollicē illi foramini quod in summo est, nō egredietur aqua, nisi fortē modicissimē per maiora subtus foramina, vt simul possit aliquid aëris introire. Iterū sume vas plenissimū vino, aqua, oleo, obstructum penitus desuper, non fluit liquor etiā patefacto transitu, nisi desuper aëri aditus itidē prabeatur. Præterea, in fontibus idipsum perspicuū est, in quibus cōtinuo fluxu aqua sursum agitur, ne vacuū alicubi in canalibus relinquatur: quod ad oculū clarissimē patet, si duo stramina perpendiculariter cōiungantur. Sic enim plerunq; & supra domorū fastigia scandit aqua, ne vacuū hiatū aëris attractu, nō subsequēte aqua, contingat euenire. Quæ etiā patēt in attractu vini per stramineū culmū, absq; quo nec duplo fortiore tractu quicquā consequeretur. Postremò follis vndiq; conclusus nō poterit lateribus distendi, quantūuis labores illū efficere, nisi dirūpatur, vt habeat aër ingressum. Igitur certissimum est experientis, vacuū naturaliter non posse existere: quoniā sic vniuersa rerū natura abhorret à vacuo, atq; præcauet, vt grauiā sursum, leuiā deorsum moueantur: vt non sit vsquam vel minimus hiatus, aut discontinuitas vniuersi.

Quòd motus istī qui contra naturam videntur, sint secundum naturam.

CAP. XVIII.

IN quo cōtuenus est ordo vniuersę creaturę pulcherrimus, & mira atq; benignissima Dei circa creaturarū impulsus dispensatio. Deus siquidem optimus naturarū institutor, & prouidissimus director, sicuti rebus singulis instinctus donauit particulares, quibus singula creata suas perfectiones peculiariter sibi conuenientibus motibus quarunt,

Experientie quibus monstratur, non posse vacuū existere.

*aliquisq. n
motu motuq.
non. ut. ut
dum. ut. ut
aliquis*

quærent, atque congruis operationibus operantur: ita
vnum dedit omnibus desiderium, vt super omnia totius
vniuersi quærant perfectionem, idq; (si opus erit) etiam
suo detrimento, ob quam: naturalem inclinatione aperte
videmus & aërem naturaliter descendere, & aquam sur-
sum scandere, eamq; nullo impedimento detentâ, tamen
permanere sursum. Quæ omnia à formis rerum natu-
ralibus, secundum illam generalem inclinationem fieri
naturaliter creduntur. Quanquam enim motus ille gra-
uium sursum, & leuium deorsum repugnet materiæ & for-
mæ rerû, secundum suas particulares inclinationes quas
habent, conueniens tamen est naturæ & formæ, propter
vacui impeditiorem, secundum generalē, quam habent
ad perfectionem totius vniuersi inclinationem. Vnde si
ab his motibus detinerentur, grauiâ deorsum violenter
permanerent, & leuia sursum. Generalis quippe inclina-
tio & vniuersalis, non immerito præponderat particula-
ri inclinationi. Quem conatum si homo velit intueri,
non suam quæret voluntatem supremâ vnquam, imo nec
superiori vlli voluntati anteponere: fietque vt facile di-
cat (iuxta saluatoris exemplum) Non mea voluntas, sed
tua fiat: non quod ego volo, nec quod mihi bonum vide-
tur, ac placitum, sed quod tu ordinator & legislator do-
mine Deus nos ter decreueris, id super omnia volo, ego
quoque habere placitum & gratum.

*Nota attē-
te.*

*Luce 22.
Matth. 26.*

De tempore, & eius definitione. CAP. XIX.

Absoluta nunc motus, infiniti, loci, atque vacui de-
terminatione: superest postremo loco, vt de tempore
suo ordine pertractemus, eiusque naturam quantum po-
terimus explicemus. Tempus itaque definit Aristoteles
hòc modo,

*Definitio
Aristote: is
temporis.*

Tempus est numerus motus per ipsum prius po-
steriue.

Quibus verbis signatur tempus esse quantitatem conti-
nuam, & mensuram, qua motus numeratur, id est, men-
suratur secundum partes successiōis. Mensuramus enim
motus durationem, dum dicimus cum tot horis, vel an-
nis, vel mēsisibus, vel seculis durasse. Nam motus quantus
per se non est, neque continuus, nisi ratione temporis.

Quan

Quamquã autem motus duplices habeat partes, scilicet secundum extensionem mobilis, & secundum successi-
onem: solæ tamen illæ quæ sumuntur secundum prius & pos-
terius, mensurantur tẽpore, nõ illæ quæ secundum exten-
sionẽ subiectã accipiuntur. Nam hæ potius secundum ex-
tensionẽ permanentis quantitatis mensurantur. Atq; ideo
dicitur tẽpus numerare vel mensurare motum, secundum
partes nõ quaslibet, sed eas quæ sumuntur secundum prius
atq; posterius: hoc est, secundum successiõnẽ, non secundum
extensiõnẽ. Et notandũ, cum dicitur ab Aristotele, tem-
pus esse numerum: nõ debere numerum accipi pro quãtã
tate discreta propria significatione (tẽpus enim est conti-
nua quãtitas) sed pro numero numerato. Quemadmodũ
cũ numerantur duodecim tribus Israël, secundum duode-
cim Patriarchas, ipsi duodecim Patriarchæ sunt quidem
numerus, id est, numerus numeratus, numeratus (inquã)
vero numero, qui est quantitas discreta. Numerus enim
sunt, quatenus secundum eos numerãtur duodecim tribus ab
ipsis progenitẽ, dicẽdo, tribus Iuda, tribus Leui, tribus Isa-
char, & ita deinceps. Sed numeratus numerus sunt: quia nu-
mero verẽ & p̄prie dicto (id est, duodenario) numerãtur.

*Quomodo vnum est tempus, quo, mensurantur omnia
temporalia.*

C A P. X X.

Quod autem dicitur, tempus mensurare motum se-
cundum partes successiõnis, primariõ respicit motum
primi mobilis: cuius solius est mensura intrinseca, & adẽ-
quata mensurato. Omnes verò reliqui motus, in tẽpore
fiunt, & tẽpore mensurãtur, vt mensura extrinseca & ex-
cedente. Vnũ siquidem est tẽpus, quo mensurãtur omnia
temporalia extrinsece, per applicationem eius scilicet ad
motum, vel rem temporalem. Quemadmodũ (declara-
tionis gratia) quantitas quæ in vna est, solam ipsam vnã
intrinsicẽ mensurat: omnia verò reliqua, per applicatio-
nem mensurat extrinsece. Ita tempus (quod consequitur
motum primi mobilis, & summi & regularissimi, & vni-
uersalissimi) est mensura intrinseca illius motus, quoniã
in ipso est, & ipsi motui æquatur: ita vt principium tem-
poris simul fuerit cum principio motus, & finis vnus sit
futurus cum fine alterius. & duratio atque continuatio
motus cũ temporis continuatione atq; duratione. Cate-
h

*Sententia
Arist. in fi-
ne 4. li. Phy-
sicorum.*

ra verò omnia mensurantur per applicationem ad hunc primū motum, non quidem realem, sed per hoc quod anima applicat motus inferiores ad illum primum motum.

An essentialē sit hoc tempore: quod mensura est primi mobilis.

C A P. X X I.

NOtandū verò, non esse hoc tēpori essentialē, vt huius sit primi mobilis quod nunc est primum mobile. Si enim deus faceret aliud cœlū mobile vniuersalius atq; mensurā generaliore, aut aliud mobile prius isto cœlo quod nunc est primum mobile, iam tempus nō esset amplius in hoc cœlo quod nunc est primum mobile, sed numerus illius alterius primi motus esset tempus: & cuius ante erat tempus mensura intrinseca, iam fieret mensura extrinseca. Tempus enim vocamus mensuram primam & vniuersalissimam, & accipimus secundum motum primū & vniuersalissimū. Vnumquodq; enim mensuratur, primo sui generis. Ex quo vltius consequi videtur si nulum aliud esset mobile nisi rota figuli, iam mensuram motus illius fore tempus, ita verè sicut nunc tempus dicitur esse primi cœli moti. Esset enim (illa facta hypothesi) primi motus numerus, quo oportet omnia mensurari.

Item quod ante motum cœli fuit tempus, in mutatione angelicarum cogitationum & volitionū, prout secundum prius & posterius sumuntur: non secundum eas quæ simul erant, in diuersis, vel in eodem. Concluditur præterea, quòd quemlibet motum cōsequitur aliqua mensura temporis, & quantitas successiua eiusdem generis, cuius est tempus nunc primi cœli moti. Quæ tamen omnia non dicuntur tempora. Neq; enim nisi vnum dicimus tempus: propterea quòd tempus significat mensuram talem, quæ sit vniuersalis & generalis omnium motuum. Similiter quoque de æternis dicendum erit.

De triplici mensura, tempore, æternitate, & aternitate, & de earum differentia.

C A P. X X I I.

Æternitas.

TRiplicem verò inuenimus (partim naturali eruditione, partim diuina illuminatione) durationis mensuram. Illud enim esse quod transmutationi nō subiacet, neq; etiā transmutationē patitur secū (cuiusmodi est solū esse Dei) est æternū, imò ipsa æternitas. Illud verò esse quod est intransmutabile secundū se, compatiens tamen

trans

transmutationē aliquā, siue secundum locum, vt cœlestia corpora, siue secundum affectiones, vt angelicæ substantiæ, est æuiternum, id est, mensuratur æuo: quod est mensura deficiens ab æternitate, quia non est mensurati penitus immutabilis, sicut æternitas: excedens verò & superas nobilitate temporis mensuram, quoniam mensurat rem secundū id in quo est intransmutabilis: tempus verò mēsurat rem secundum id in quo est mutabilis. Vnde cœli & spiritus secundū suum esse sunt æuiterni, & esse eorū mēsuratur æuo, temporaliter tamē cœli mouentur, & angeli temporaliter temporalia intelligunt. Et quia tam vicinū est æuum æternitati, ideo æuiterna dicuntur quodammodo (hoc est participatione) æterna, quantum ad ea secundum quæ sunt intransmutabilia. Vnde dicuntur cœli stare in æternū, & angeli secundū cognitionē diuini verbi, in qua sunt cōfirmati, dicuntur viuere æternaliter, & spiritū dānatio atq; ignis dicuntur æterna. Solus tamen Deus, per se ac propriē dici debet æternus. Cætera autē, participatione solū æterna sunt, propriēq; æuiterna nuncupanda. Insuper attendenda est in tribus his mensuris etiā ista distinctio, & quidē vt præcipua: quoniā tēpus nō totū simul est: sed est in cōtinua partiū successione. Ac uiteritas verò & æternitas, totæ simul sunt, nesciētes successione. In hoc tamen æuiternitatem superat æternitas, quòd nec successione aliquam comparitur secum, cum æuiternitas pariter successione permittat. Atq; hæc sanē est mensurarū distinctio atq; separatio. Mensurata verò sic ab inuicem distinguuntur, quoniam temporalia principium habent & finem in tempore. Aeternum autē, nec principium nec finem sui potest habere. Ac uiternū autem, alterū habere potest, vt cœli & angeli, principium habent, finē autē nō habebunt. Quare si poneretur motus fuisse ab æterno, totus quidem motus non esset temporalis, sed qualibet circulatio assignata esset temporalis. Porro de æternitate constat nō nisi vnicam esse, & ab ipso Deo nō distingui mensuram: sicut nec ipsum esse diuinum quod æternitas mensurat, à Deo distinguitur. Ac uum tamen distinguitur ab æuiterno, quoniam esse creaturæ omnis, ab ipso ente distinguitur: quod de tempore in ordine ad rem temporalem etiam apertius est atque manifestius.

Quemadmodū autem diximus, tempus esse numerum primi motus, & mobilis primi mensurā intrinsecā: ita verisimiliter dici potest, vnicū esse æuum quod primū æuiter nū mensurat intrinsece, scilicet prinū angelū: cætera verò extrinsece, quæcunque præter ipsum æuiter na sunt.

Succesionem, impedire durationem, quomodo occupatio impedit repletiam.

CAP. XXIII.

Occupatio, impedit repletiam.

EX dictis liquet, succesionem quæ in tempore est, & nō in aliis mensuris, sic impedire durationē rei, sicut occupatio quātitatis, declarata est impedire repletiam. Nā corpus, locum aliquē occupando impedit quo minus ab alio simul repleatur, sicq; impedit repletiam, corporeæ quantitati annexa occupatio. Vnde & illa quæ longius recedūt ab occupatione, magis & perfectius replēt iis quæ magis sunt occupationi subdita. Lūmē enim maxime replet, quoniā replendo nō impedit id quod replēt, quo minus ab alio pariter repleatur. Faciamus enim (deklarationis gratia) duos esse soles ex aduerso sibi oppositos, alterū in oriente, alterū in occidēte: & alterū quidem (vt sit distinctio) luminis aurei, alterum luminis argentei æquē splendidi: nihil dubiū, quin vtriusq; solis lumen totum sit repleturus aërem. Vnde illa quæ longius recedunt ab occupatione, vt spirituales substantiæ, quæ nec extensionē quidē admittunt, adhuc melius replēt. Vnde possunt angeli totos illos orbes cælestes quos mouent, replere, iuxta virtutem à domino eis datā. Et Deus qui longissimè recedit ab occupatione, maximè ac felicissimè replēt, iuxta illud propheticū: Cælum & terrā ego impleo, dicit dominus. Ad eundem fanè modū, illa in quibus plus est succesionis, minorē habēt durationē: quæ verò amplius recedunt à succesione, vt omnia æuiter na, magis durant temporalibus. Id verò quod in infinitū super omnia durable nē effugit atq; excludit, in infinitū super omnia durable est, totū suum esse simul habēs, & totam durationem suā in æternitate præsentem tenens ac possidens, eodē modo sicut temporalia suum instans præsens habent. Vnde fit, vt Deo nihil nisi esse conueniat. Fuisse autem & fore, nō in illo sunt, quanquam balbuties nostra (quæ æternitatē nequit attingere) sic de Deo vt de temporalibus subinde loqui solet, quod & alibi contingit, vbicunq; de illo magnū

Succesio impedit durationem.

gnum quippiā loqui volumus. Quia enim de Deo prout volumus, propter infirmitatem loqui nō possumus, eiusmodi sermonibus nos est necesse de Deo loquentes uti, quos ex nostris rebus inuenire possumus. Nihil enim cōdignum illius magnificentiae valemus exprimere: qui est super omnia, & ante omnia inuisibilis, ineffabilis, in sua aeternitate intransmutabili semper benedictus. Amen.

De temporis proprietatibus.

CAP. XXIII.

Quemadmodū loco prius sunt quaedam proprietates attributae, ita temporis quinq; subiiciuntur eius naturae declaratiuae: quarum prima est haec;

Tempus quodammodo datur minimum, & quodammodo non datur.

Id est, tempora vt subiacent numero, & numerantur; datur, minima, sicut numerus minimus, vt duo tempora: non enim est numerus binario minor secundum partes successiuas nō datur minimum tempus, quantumuis enim paruo tempore dato, secundum partes proportionales (de quo prius dictum est) in infinitum est diuisibile, quemadmodū & linea quauis. Secunda proprietas est,

Tempus dicitur multum ac paucum, longum & breue: velox autem aut tardum non dicitur:

Tempus enim vt numeratur, est paucum aut multum, vt vnū tempus, duo, tria, quatuor, quinq; tempora, & ita deinceps: vt verò quantitas continua est, longum est aut breue, idq; secundū successus partes, sicut quantitas continua permanens (qualia sunt linea, superficies, corpus) secundum extēsas partes. Quod verò nec velox, nec tardum sit, probat Aristot. quia nec numerus vllus, nec vllā quantitas continua talis dicitur. Sequitur tertia proprietas, haec scilicet,

Est etiam idem tempus simul vbique.

Id est, idem tempus vniuersale, numero mensurat omnia quae tempore mensurabilia sunt vbicunq; locorū fuerint, ita vt non sit singulis suum tempus attribuendū. Quid sit tempus vniuersale, & quomodo sit mensura, prius dictum est. Sequitur quarta,

Vt motus idem ac vnus iterum atq; iterū esse potest, sic & tempus idem vnūque esse potest.

Hoc est, sicut semper redit motus idem nomine cum præterito ipsius cœli, ita redit tempus idem nomine cum præterito. exempli gratia, sicut cœlum nunc mouetur ex oriente in occidentem, eodem modo vt heri, ita & nunc dies est vt heri, quia nūc mouetur sol à primo puncto Cœncri, vt anno præcedente, nunc quoque ver est vt anno præterito. Similiter dicendum est de æstate, autumno, hyeme, anno, &c. Sequitur quinta proprietates, hæc,

Non solum tempore motum, sed etiam tempus motu metimur.

Hoc est, vt duratio motus mensuratur tempore, ita & tēpus motus duratione mensuratur atq; cognoscitur. exēpli causa, colligimus motū cœlitam diu durasse aut tantam cœli partem circunvolutam esse, quia vna hora transit, aut dies vnus, aut mensis, aut annus. Et ediuerso cognoscimus nos, vna, duabus, aut tribus horis studuisse, quia cœlum huc vel illuc vsq; volutum seu motum est, aut ipse sol. Sic de mense, hebdomada, anno, & quouis tēpore dicendum est. Atque ita huic libro finem imponimus, nostro more Psalmo in ipsum creatorem tendentes.

FINIT LIBER QVARTVS.

PSALMVS INFINITO, INCIRCVN-

scripto, æterno, & intransmutabili domino.

Deus quis similis assignabitur tibi: aut quis stabit contra te: et conferatur tibi?

Veniat, vt stet contra tuam gloriosam magnitudinem, veniat à cœlo, aut desuper cœlum, de terra ascendat, aut de profundis maris.

Tu solus infinitus, incircumscribitus, indefinitus crederis: & confessionis labijs affirmaris.

Omne quod creasti Deus, finisti pariter: stringens proprias quibusque rebus essentias, atque operationum virtutes.

Multa quidem & magna fecisti potentissime Deus mirabilia tua: sed nihil infinitum essentia, aut virtute simile tibi.

Et quanquam benignissimus es creator omnium, attamen creaturarum tuarum nullam tibi parem constituisti.

Neque verò est hoc de tua impotentia, insipientia aut malitia domine Deus: qui es sapientissimus, optimus, & suavissimus.

Omnia

Omnia quaecunque voluit Deus noster, fecit in caelo & in terra & in mari novissimis.

Gloriam tamen suam sibi seruant; nec alteri totam eandem tradere aut volet aliquando, aut poterit.

O quam es dilectus domine: & quam amabilis, plenitudo uniuerse bonitatis.

Si sic pulchra sunt nobis atque suauia, quae finita sunt, si sic nos parua miramur:

Tu qui es super omnia infinita pulchritudo, infinita gloria atque suauitas, o quam es super omnia mirabilis, & super cuncta desiderabilis.

Spatiosi sunt caelorum orbis, & amplius omni dimensione sua: & quasi infinita nobis stellarum multitudo aestimatur.

Tu vero mensuras altitudinem caeli: stellarum multitudinem tu numeras.

Singulis tu nomina vocas: singulas dispensasti virtutes ab initio.

Stant haec omnia & quae sub ipsis sunt: legem quam tu descripsisti eis conseruantia, in solitudine sempiterna.

Tu autem nullo conclusus loco, nec orientis initium, nec occidentis terminum admittens in infinitum pertransis immensior.

Omnem implet locum, omnibus intimus, omnibus praesentissimus, omnibus penitissimus.

Sic neque a tempore initium ut asses sumpsisti: nec finem tibi imponet temporis finis.

Super omne tempus aeternitas tua, aeternae Deus: omne tempus includens, sicut includitur punctulum in caeli magnitudine.

Tibi praeteritum omne & futurum, praesens coram est absque ulla fluxu: sicuti nobis adsunt sola praesentia.

Nihil tibi praeteritum in obliuionem veniet fluxu durationis tuae: neque futurum aliquid est ante te absconditum.

Quae praeterita sunt atque futura simul omnia nuda sunt & aperta oculis tuis qui cornu abyssos, & intima terrae viscera illuminas.

Ergo domine Deus, quis alius sic aptus atque conueniens, qui accipiat iudicium super filios hominum, aut spirituales nequitias.

Latentur gentes, exultent pauperes, in Deo saluatore suo adueniente in iudicium, pro mansuetis terrae.

Non iuxta erroneam visionem oculorum arguet: neque iuxta aurium fallacem auditum iudicabit iudicia.

Testis est ipse omnium quae facta sunt ab initio, quonia in caelis praesens omnia nouit, omnia conspicit, omnia memoria firmissima tenet.

Timete gentes Deum excelsum: & in magna humilitate semper seruite illi.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum, Amen.

FINIT PSALMVS.

IN LIB. V. CONSIDERATIONIS
RATIONIS PHYSICAE DE
GENERATIONE ET CORRUPTIONE
RERVM NATURALIVM
PRAEFATIO.

*



DOMINVS Deus omnipotēs, pater filius, & spiritus sanctus, vt multitudinē ac plenitudinē suae maiestatis filiis hominū demonstraret, horum visibiliū quaedā fecit nulli obnoxia corruptioni, itēmq; generationis nescientia propagationē. Huiusmodi sunt coelestia corpora & astra: quae perpetuō stabilia per sese, generatione non multiplicantur, neq; post ritatem relinquunt. Alia verō corruptioni subiecit, quae proinde si perpetuari debeant, opus habent generatione: vt quae in se perdurare nō possunt sempiterna, multiplicatione atq; propagatione speciē suam vt minimū conseruet. Et est sanē opus hoc Dei attentē considerātibus admirabile, cūm continua sit indiuiduorum corruptio, & fuerit ab initio, nō defecisse tamen vsq; modo ex his speciebus aliquā, quae ad totius vniuersi sunt complementū ab optimo cōditore destinatae: neq; in posterū aliquādo defecturam, vsq; dū ipse iubeat, cuius verbo primū instituta sunt omnia. Rursum, inter haec quaedā simplicia elementa creauit, quaedā verō, imō plurima, ex his cōmiscuit. Quae omnia si sobriē fuerint cognita, quo ordine, quibusve hāt rationibus, credo nō parū diuinæ magnificentiae gloriā ex eis manifestandam. Volumus ergo sequentis libri processu, de harum rerum generationibus & corruptionibus latius aliquātulum ad omnipotētis gloriam pertractare.

Quo

Quomodo generatio & corruptio ab aliis motus speciebus distinguantur.

CAP. I.

Primùm quidem indubitatum est, generationē & corruptionē motus esse species. Vnde ad earū plenius cognoscendā naturā, expediens fuerit ante omnia, duas has species ab aliis quæ ex eoque sub motu locatur, distinguere: augmenta- tione dico, diminutione, alteratione, ac loci mutatione. Itaque (omissis variis veterum sententiis) sic breuiter species motus veniūt separādē. Quoniā generatio est, quæ nullo subiecto sensibili (hoc est, nulla cōpleta substantia) eodē permanente antē & post, rem secundum formam substantialem nouam constituit. Vt cū ex aqua fit aër, & ex ligno ignis, nulla completa res eadem manet antē & post, sed per generationē noua res & noua acquiritur substantia, scilicet aër & ignis. Dicitur autē substantiam completā nullā permanere eandem, ob materiā, quæ eadem penitus manet antē & post: verū ipsa non est completa substantia, sed substātia tantū potētia est, & incompleta, substantiāq; pars altera, magis quā ipsa substantia. Alteratio autē propriē dicta, subiecto sensibili (quod est substantia cōpleta) eodē permanente antē & post, rem tantū secundū qualitates variat & alterat. Nam ante & post calefactionē, idē homo permanet secundū substantiā sed de frigore transit in calorē. Augmentatio verò & diminutio differunt à prædictis: primùm quidē ex termino ad quem sunt: quoniā hæc ad quantitātē, illæ verò ad substantiam tendunt, aut qualitātē. Secūdo etiā differunt ex modo trāsmutationis. In generatione enim & corruptione non manet eadem substantia antē & post. In augmenta- tione verò & diminutione, salua eadē substantia, sola variatur quantitas. In alteratione res eadem substantia- liter manens, locum non necessariò mutat. In augmenta- tione autem & diminutione, substantia eadem manens nunc maiorem, nunc minorē necessariò occupat locum. De quibus omnibus sic generaliter prælibatis, per ordinem erit dicendū larius, singula particularius tractando. Colligitur ex verbis Aristot. hæc generationis definitio,

Generatio est cū totū mutatur, nec sensibile quicquam vt subiectū idem permanet.

Vel hæc,

h s

*Differentia
generationis
ab alteratio-
ne ex Arist.
lib. I. de ge-
neratione.*

Generatio est mutatio huius totius, in hoc totū nullo sensibili subiecto permanente eodem.

Hoc est, generatio substantialis est motus, quo mediante ex vna substantia generatur alia, ita vt nulla substantia quæ prius erat, in ipso generato maneat, vt patuit in hoc eodem capite. Alteratio secundum Aristot. sic definitur,

Alteratio est, quando sensibile subiectum permanens, in suis mutatur affectibus, qui aut contrarij, aut inter contrarios medij sunt.

Hoc est, alteratio proprie dicta, est motus, quo mediante substantia acquirit aut perdit qualitates tertiæ speciei, ipsa substantia integra permanēte. Dicit autē Aristot. in v l. Phisicorum, alterationē solū esse inter qualitates sensibiles.

De augmentatione & diminutione proprie dictis. CAP. II.

*Tractantur
ista & que
sequuntur
apud Arist.
I. libro de ge-
nerat.*

Augmentatio larga significatione solet accipi, vt significet etiā eam quæ fit per appositionē solam alterius corporis, vel per subingressum intra partes alterius, etiā si id quod aduenit, non conuertatur in substantiam eius cui additur. Sic dicitur aqua augeri per terræ commixtionem, & lana per aëris intra partes ingressum. Aliquando autem magis proprie dicitur augmentatio, quando id quod apponitur est eiusdē speciei, vel fit eiusdem speciei cum eo cui apponitur. Vt multum vini, per modicæ aquæ appositionem augetur: & ignis adiectione lignorum: hæc tamen non sunt proprie augmentationes, de quibus hęc loqui intendimus. Nam secundum physicam considerationē nostrō proposito cōuenientē, proprie augmentatio & diminutio in solis viuētibus inuenitur, quæ alimento vtuntur: & quod sic augetur, secundū omnes partes suas similiter augetur: & quod minuitur, secundū partes suas similiter minuitur. Quare homo præciso pede, non dicitur diminutus aut decreuisse hoc modo, sed potius mutilatus.

Que sit augmentationis causa, & eius in nutritione differentia.

CAP. III.

Est autē anima vegetatiua in vegetantibus huius augmentationis vel diminutionis principiū, vtēs pro infra mēto calore naturali: qui in principio tantæ est virtutis, vt possit non solū alimētū in substantiā vertere eius quod nutri

nutritur vel alitur: & intertenere in priori quantitate, sed etiã potens est vt singulas partes vniformiter augmētet, maiorē quantitātē inducendo. Qui tandē calor debilitatus, & quasi lōgo labore fatigatus atq; cōfractus, satagit intertenere priorē quātitatē ne decadat. Postremo & ipse decrefcēs, nequit vltra substantiæ suam quantitātē intertenere: & tunc substantia decrefcit eius defectu. Nutrire tamē non desinit, & alimentū vertere in substantiã, donec (ob nimia impuritatem & nimis diutinã commiffionē cū materia adueniente) calor huius virtus opprimitur, & naturę virtus deficit, quando necesse est ipsã substantiã deficere. Omne siquidē viuens, quoad viuūt, nutriri oportet: augeti nō item neq; minui. Et iuxta huius caloris atq; virtutis nutritiæ qualitātē, res vel multū, vel diu, vel parū augetur, vel minuitur. Paret ergo ex prædictis, alimento adueniente fieri augmentationē, sicut & nutritionem. Differentia tamen est inter augmentationē & nutritionem, quoniã nutritio est quedã partialis generatio, nempe conuersio nutrimenti in substantiã nutriti, atq; mutatio secundū formam substantialem. Augmentatio autem est, sola maioris quantitatis acquisitio. Atq; hoc ipsum voluit Aristoteles, cū diceret, ex eodem fieri generationem, nutritionē, & augmētationem. Caro enim vt est caro, nutrit: quatenus verò est quanta, auget. Substantia enim carnis, est nutritionis materia: sed quantitas, augmētationis. Quatenus verò materia, nutrimenti aduenientis formam priorem perdit, & formã substantialem secundū speciem nutriti nouam acquirit, partialis quedã est generatio. *Quemadmodū fiat augmentatio atq; diminutio.* CAP. IIII.

VAna igitur patent eorū sōmnia, qui ex aliquo separato putāt fieri augmētationē, aut ex incorporeo. Nã illud si indiuisibile fuerit & nō quantū, non facit aliquid maius suo aduēu. Cum indiuisibile additū indiuisibili, siue etiã diuisibili, non faciat maius illud cui accedit. Neq; etiã per solam extensionem aut rarefactionē fieri dicēda est. Alioqui nullus videtur vsus, aut vt minimū nulla necessitas, adhibendi alimenti: quod tamen in hoc indubiè sumitur, vt quod calor actione deperditur, nutrimenti adhibitione restauretur. Fit igitur augmentatio (vt autē dictum est) ex alimento quanto adueniente: quod est quidē

Dictū Arist.

quidem ante nutritionem, illi quod ex ipso nutritur, & augetur dissimile: sed vegetans anima caloris ministerio assimilat illud sibi, vt fiat ex eo nutritio, & augmentatio. Sic enim fit nutritio & augmentatio ex cibo, actu quidem contrario, vt fiat actio: & potentia simili, vt fiat conuersio in nutriti substantiam. Contrariorum enim proprium est, ad inuicem agere & pati. Nec agit simile in sibi simile. Vnde fit, vt quod augetur, ex primum dissimili, & postmodum assimilato, augeatur & nutriatur.

Soluitur dubitatio, de modo augmentationis, atque diminutionis. CAP. V.

Questio. Verum de ipso hoc augmentationis, ac diminutionis modo, dubitet forsitan aliquis, quonam pacto fieri possit hæc augmentatio atque diminutio, vt non admittatur neque vacui positio neque dimensionum penetratio: quorum vtrunque est naturæ prorsus repugnans, & omnino impossibile. Nam si augmentatio (vt modò diximus) fiat per aduentum alicuius quanti, quod intra partes eius quod augetur suscipitur, in plene recipiatur, an in vacuo? Et si quidem in pleno dicatur recipi, quomodo non est ibi dimensionum penetratio? Si verò in vacuo dicas, admitti videtur positio vacui. Similiter & de diminutione quaestio formari potest, dum auferitur quantum de partibus eius quod minuitur: partes illæ decedentes, an plenum relinquunt, an vacuum? Si plenum, quomodo non ergo priusquam abscederent, erat dimensionum penetratio? si verò vacuum relinquunt, quomodo non admittitur vacui positio? Huic verò dubitationi facile satis respondebimus, dicentes, alimentum adueniens in pleno suscipi: pleno vtique, non per aliud cum quo simul penetratiue susciperetur, sed pleno ipso alimento quod suscipitur. In diminutione autem, partes quæ resoluuntur, è pleno decedunt: ex pleno vtique, non alio corpore, vt sic dimensionum prius fuisse dicamus penetrationem, sed ipso quod subtrahitur. Atq; hoc pacto, neque vacui positionem, neque dimensionum penetrationem requirit prædicto modo posita augmentatio vel diminutio. Est autem similis hæc quaestio qualis fieri solet de motu locali: quo dum corpus de loco in locum fertur, quaeri similiter potest, dum locum deserit, an plenum relinquat, an vacuum: & dum

in

in locum intrat, an in plenum, an in vacuum suscipiatur. Sed ex dictis facilis est solutio etiam huius quæstionis.

Et quemadmodum cum in locum corpus ingreditur, partes aëris suscipientis, ad ingressum corporis ab inuicem elongantur, & veluti scinduntur, rursūq; egrediente corpore simul concluduntur, ne remaneat vacuum: ita in proposito, dum partes alimenti adueniunt, dicendum videtur, quod partes corporis, cui aduenit alimentū, ab inuicem (licet imperceptibili modo) distendantur, ut id quod aduenit intra se suscipiant. In diminutione autem dū resoluuntur partes aliquæ, ex quæ circumiacent, mox se concludunt, & velut conuiscantur. Cuius rei veritatem probant, infantum iuuenūq; magis inflata, senum verò & decrepitorū contracta, & velut conuiscata corpora.

Quid sit dicendum augeri.

C A P. VI.

Aristot.

Illud autem dicitur augeri, quod idem manet ante & post augmentationem: non id quod post augmentationem habetur. Cibus enim adueniens, ut quātus auget. Illud verò quod antè erat, & post manet, per adiectionem partium aduenientium augetur, nō hoc totum quod post augmentationem factam habebitur, cum huic toti nulla facta sit quantitatis additio. Augetur enim, cui adicitur maior quantitas. Cibus verò quantus, & partes cibi aduenientes corpori quod augetur, dicuntur augere: sicut in alteratione subiectum cui aduenit qualitas, dicitur alterari, & qualitas ipsa subiecto adueniens alterare: Ipsum verò aggregatum ex subiecto & qualitate, neque alterare dicitur, neque alterari.

Ponuntur proprietates augmentationis, & diminutionis.

C A P. VII.

EX prædictis verò colliguntur sequentes hæ proprietates, seu condiciones augmentationis.

*Conditio-
nes augmen-
tationis ex Arist.*

Prima est, Quod augetur, augetur adueniente aliquo corporeo: & quod minuitur, minuitur aliquo subtracto corporeo. Secunda, Quod augetur, manet idem ante & post augmentationem. Tertia, Eius quod augetur vel minuitur, quælibet pars augetur vel minuitur. Quarta, Augmentatio,

tatio,

tatio, & diminutio fiunt absque positione vacui. Quinta, Augmentatio, & diminutio fiunt absque penetratione dimensionum. Sexta est, Augmentatio partim fit per additionem dissimilis, & per additionem similis.

In quarum proprietatum recta intelligentia, tota vis est augmentationis, & diminutionis collocata. Illud tamen aduertendum est, quod in tertia proprietate dicitur, id quod augetur secundum omnes suas partes augeri, intelligi debere non de omnibus partibus, etiam minimis, & imperceptibilibus, sed de partibus notabilis alicuius quantitatis. Quemadmodum dum infans totus augmentum sumit, videmus omnia membra perceptibilia, à capite ad ungues vsque, proportionabiliter augeri, nisi forte in aliqua vsquam parte praua sit dispositio, particularem membri illius augmentationem impediens. Hac enim ratione fieri poterit, ut non æqualis fiat partium augmentatio. Vnde fieri nonnunquam videmus, ut manus habeant aliqui non æqualis longitudinis, aut pedibus inæqualibus claudicent (etiam qui à natiuitate æqualia crura acceperant) eò quod in corporis augmentatione pars altera prauè disposita non potuerit cum membris cæteris iustam accipere augmentationem.

De quatuor modis se tangentium.

CAP. VIII.

*Ex Ari. plus
res modis tan-
gendis.*

Quoniam autem generatio & corruptio non fiunt sine actione, & passione: agens verò & patiens ut agant & patiantur se debent tangere, idcirco de his quoque nobis erit dicendum. Tangentium autem plures sunt modi. Vnus, eorum qui habent diuersas magnitudines, & diuersis locis sitas, quarum vltima simul sunt, sed non agunt, neque patiuntur, neutrum ab alio. Et secundum hunc modum tangunt se cœlestia corpora, nec in se inuicem agentia, nec ab inuicem patiētia. Verum proposito modus iste non cōuenit: cum generationi atque corruptioni nihil conducat. Alius modus est eorum, quæ habent diuersas magnitudines contiguas, & agit quidem alterum in alterum, sed non est actio inuicem in agens. Atque hoc modo se tangunt, cœlum Lunæ, & orbis ignis. Agit enim & influit cœlū

cælum Lunæ in sphaeram ignis: sed non econtrario, cum non sint cœlestia corpora vllius impressiōis ab his inferioribus susceptiua. Tertius modus est, eorum quæ habent diuersas magnitudines contiguas, inter quæ etiam mutua est actio: vt ignis, & aër. Estq; hic modus omnium prouersissimus, & maximè Physicus, generationi quoque, corruptioni, & alterationi accommodatissimus. Quartus modus est, quādo agens & passum vel nō habent magnitudines, vel non coniunctas seu contiguas, virtus tamen agentis in passum transit. Sic Sol agit & tāgit virtuali cōtactu hæc infima in quæ agit: & corpus tangit animam: & molestia seu tristitia dicitur tangere hominem. Et hic modus sufficit ad actionem, tamen si rarius sit in huiusmodi mutua actio. Quod igitur dici solet, Omne agēs in agendo reparitur: nō habet veritatem, nisi in iis quæ tertio modo (contactu scilicet Physico) mutua actione, & contrarietate agunt & patiuntur adinuicem. Et est aduertendum, quod illa quæ in materia communicant, adinuicem agunt & patiuntur, id est, quæ materiam habent similiter susceptiuam actionis, vel impressiōis ab agente, hæc nata sunt ab inuicem pati. Quippè materia est passiois principium, sicut forma actionis. Illa verò quæ materiam vel omnino non habent, vt spirituales substantiæ, vel non habent susceptiuam impressiōum extrinsecarū, vt sunt cœlestia corpora respectu inferiorum, in his non inuenitur mutua actio & passio. Formæ enim cœlestium corporum, utpote perfectissimæ in agendo, suam materiam in qua insunt sic perficiunt, solidissimilq; qualitibus stabiliunt, vt alienarum impressiōum non sit vllo pacto susceptiua. Alienarum dicimus, hoc est, inferiorum. Nam verissimile est, cælum supremū & immobile influere in omnes inferiores cœlorum orbis.

Quomodo agens aliquo modo simile debet esse passio, & aliquo modo dissimile. CAP. IX.

Illud autē quod ad actionē est aduertendū, omnino simile non posse agere in sibi omnino simile. Aqua enim calida, nō potest agere aliquid in lapidē penitus eiusdem caloris: sed si sit minus calidus quàm aqua, calefiet adhuc ab ea: sin magis, tepefiet ab ea donec assimilet caliditati ei. Rursum omnino dissimile nō potest agere in omnino sibi

Pulchrè hæc omnia Ari.

sibi dissimile: quemadmodum in cœlestia hæc inferiora propter omnimodam dissimilitudinem agere nequeunt, Idcirco homo in brutum, docēdo non potest agere, quia brutum non est, nec in potentia simile homini, secundum disciplinam atque scientiam. Ad agendum enim & patiendum hanc oportet inter agens & patiens esse similitudinem, vt tale sit patiens in potentia, quale est agens in actu. Omne enim agens in agendo assimilatur sibi passum, vt tale fiat ipsum patiens, quale actu est ipsum quod agit. Idq; vel formaliter, vel secundum virtutem. Sol enim calefaciendo non sibi calefactum in caloris forma assimilatur, quam non habet: sed assimilatur sibi calefactum, ipsi imprimendo id cuius virtutem effectiuam in se habet. Quāquam enim Sol in se formaliter calorem non habeat, id est, accidentariam illam qualitatem quæ dicitur calor (cum sit vna primarum qualitatum, quarum cœlestia nullo pacto sunt susceptibilia) est tamen calidus secundum virtutem, quatenus in se virtutem habet & efficaciam producendi in inferioribus calorem, quomodo etiā aromaticæ species multæ secundum virtutem tantum calidæ nominantur.

De quatuor elementis, & actione eorum adinuicem.

C A P. X.

Restat nunc, vt de mutua actione elementorum specialius disseramus. Pro cuius intelligentia primum est aduertendum, quædam esse corporalia simplicia, quædam verò ex simplicibus commixta, de quibus dicetur posterius. Nunc autem de simplicibus primum dicendum.

Corpus simplex.

Sunt autem corpora simplicia, quæ non componuntur ex aliis prioribus, aut simplicioribus corporibus, quanquam habent materiam, & formam, partes ipsa constituentes.

Horum sunt quædam ingenerabilia & incorruptibilia, eò quòd qualitatum actiuarum nõ sint susceptiua, vt cœlestia corpora. Alia sunt generatione, & corruptione, & alteratione transmutabilia. Hæc sunt nimirum quatuor elementa, quæ cum ex nullis simplicioribus componantur, ex ipsis tamen componuntur omnia cætera, quæ in his inferioribus mundi partibus gignuntur, idq; per mutuam

mutuam actionem & passionem eorū adinuicem. Principium autem huius actionis & passionis est à quatuor qualitatibus tangibilibus, à quibus est omnis actio corporalis: quæ proinde qualitates primæ solent nominari.

Quæ sunt calor, frigus, humiditas, & siccitas.

Sunt autem aliæ tangibiles qualitates, quæ actiua non sunt grossum subtile, durum molle, lubricum aridum: hæc enim sunt secundæ qualitates, tangibiles quidem, sed per se non actiua, quanquam ad actionem aut passionem possint esse bonæ dispositiones. Secundæ autem qualitates rectè hæc dicuntur: quia ad primas illas quatuor possunt reduci: vt subtile ad humidum, & grossum ad siccum. Idq; propterea, quòd sicut humidum est bene repletium, ita etiam subtile: & sicut siccum minus, ita & grossum. Similiter de lubrico & arido dici potest.

De quatuor combinationibus primarum qualitatum, & distinctione elementorum. CAP. XI.

EX his igitur qualitatibus, omnis procedit actionis, omnisq; generationis & corruptionis initium. Sunt enim ad inuicem contrariæ hæc qualitates, & continua pugna res in interitum cogunt atq; deducunt, nouaq; generari faciunt. Et iuxta combinationes, quatuor innuuntur elementa. Caliditas siquidè & siccitas igni: humiditas & calor, aëri: aqua, frigidum & humidum: terræ denique, siccum & frigidum cōueniunt. Reliquas verò duas cōbinationes (scilicet calidum & frigidum, humidum & siccum) quoniã impossibile sunt, ob cōtrarietatem, constat non cōstituere aliud à prædictis elementum. Ex vna autè sola qualitate, nõ sumitur aliquod elementum. Vnūquodq; enim elementum, duas habet qualitatum harum primarum & actiuarum, atq; earundem alteram in excellentia, alteram in mediocritate temperatam. Quippe ignis, summe calidus est & temperate siccus, terra summe sicca & temperate frigida, aqua summe frigida & temperate humida, aër summe humidus & temperate calidus: quanquã id sensus nõ ita indicat, neq; experitur. Propter enim influxus certos cœlestium corporum, & propter aptam habitationem animalium, sicut est aqua nõ suo naturali loco relicta in quo erat ab initio cõdita, ita & aër nõ est in sua naturali dispositione relictus. Non

*Respondent
istà libro 2.
Arist. de ge-
ner.*

enim cōueniret in tāta humiditate hoīs respirationi, propter quē claret facta esse & elemēta, & mixta omnia. At tamē præter rationē, etiā experiētia fluxus aëris satis testatur, quod diximus de humiditatis in aëre præcellētia (quātū ad naturā eius attinet) verū esse & indubitātū: quoniā multo se facilius aër diffundit & spargit, quā aqua, & magis replet: quæ duo humiditati posterius appropriari dicemus. Relinquitur ergo, nō nisi quatuor esse elemēta.

De elemētis symbolizantibus, & nō symbolizantibus. CAP. XII.

INter hæc elemēta, quædam adinuicem communicant in altera qualitatū: vt ignis, & aër in calore quē habet ignis summe, & aër moderate ignis & terra, in sicco: aër & aqua, in humido: aqua & terra, in frigido. Et hæc elemēta vocantur Græca appellatione symbolizantia, id est, communicantia, seu ad inuicē conuenientia. Quædam secundum vtranque qualitatū contrariantur: vt ignis & aqua, aër, & terra, Igni enim calor & siccitas: aqua frigidum, & humidum conueniunt. Iterum aëri, calidum & humidum: terræ, frigidum & siccum appropriata sunt: hæc sunt quæ non symbolizant, id est, in nulla qualitate communicant siue conueniunt. De his autem quæ symbolizant, dicit Aristotelēs, faciliorem esse transitum ab vno in alterum, quā in non symbolizantibus. Vt facilius est ex igne aërē fieri, quā aquam. Solo enim humido superante fit aër. Cita etiā & facilis est generatio aquæ ex aëre, cū solo frigido superante calidum gignatur aqua. In altera enim qualitate erat conuenientia. At verò vt ex igne fiat aqua, oportet & calidum vinci à frigido, & siccum ab humido. In vtraque enim qualitate est contrarietas.

De proportione qualitatū primarum & elemētorum adinuicem. CAP. XIII.

EX his quatuor qualitatibus sunt duæ maximè actiue, caliditas, atque frigiditas: propter quod, ignis & aqua (in quibus hæc qualitates dominantur) elemēta sunt præ cæteris magis actiua. In virtute autem resistendi, minus etiā cæteris (siccitate dico & humiditate) valēt. Vnde aër & terra, maiore habent resistendi virtutē, quā ignis & aqua. Quomodo enim hæc in agendo atq; pugnādo præcellunt, sic illa in resistēdo. Et est profecto admira-

rab

rabilis hæc harmonia, à naturæ cōditore Deo ordinatissime disposita, vt quæ magis sunt actiua, minus resistent, citiusq; patiantur: quæ verò minus agunt, magis resistent, neq; ita facillè patiantur. Alioqui subito oporteret totum vniuersum ab ignis sphaera absorberi, si sic inferiora haberet cætera elemēta in resistēdo, quæadmodū in agendo ea superat & excellit. Sed & illud operæ precium fuerit in hac elementorū differētia cōsiderare, quod superius semper excedit quātitate, proximū sibi inferius elemētū, proportionē de culpa: ita vt infimi elemēti à supremo secūdū magnitudinē distātia sit, secūdū proportionē millecuplā. Ignis enim sphaera, quæ sub lunæ cōcauo à Philosophis ponitur immediata, millies maior est globo terræ. Nā ex vno pugillo terræ, decē sūt pugilli aquæ, ex vno verò pugillo aquæ, decē aëris: ex vno autē pugillo aëris, decē ignis. Ex vno ergo terræ pugillo, cōstat per multiplicationē arithmeticam, fieri mille pugillos ignis centum aëris, decem aquæ: tamen si non plus materiæ habeat tantus ignis sub millecupla quantitate, quā tantilla terra sub simpla quantitate. Horum simplicium corporum seu elementorum conditiones ponit sex Aristor. Prima est,

Vnumquodque elementum inuenitur non simplex, sed mixtum, & licet sit quale simplex, non tamen est illi idem,

Cuius causa ex prius dictis patet, non enim hominis naturæ elementum omnino simplex cōuenit, cui omnia tamen sunt creata. Secunda est,

Ignis est summe calidus, vt glaciēs sume frigida, atq; ob id ex hisce sic sumptus nil generari pōt.

Ratio est, quia generatio mixti non fit, nisi contrariis qualitatibus primis ad concordiam quandam & contentamentum redactis. Tertia est,

Duorum elementorum locus est sursum, & duorum deorsum.

Aër enim & ignis sursum sunt, aqua verò & terra deorsum. Quarta,

Duo elementa extrema, sunt simpliciora mediis elementis. Quinta est,

Vti ignis iuxta vtranque qualitatē aquæ aduersatur, ita & aër terræ.

Istud qualitatū primarum combinatione patet. Sequitur sexta,

Elementorum vnumquodq; habet tantum vnam primam qualitatem in summo, & alterā citra summum.

Ignis in summo habet calorem, & citra summū siccitatē, aër humiditatem in summo, & citra, caliditatem: aqua frigiditatem in summo, & humiditatem minus, terra siccitatem excellenter, frigus verò minimè excellenter.

De mixtis corporibus & mixtione. CAP. XIII.

EX his quatuor simplicibus elementis, diuersæ cōsurgunt rerū species, iuxta varias horum simplicium elementorum ad inuicem cœlum, vel elementum, est ex elementis mixtum. De mixtione igitur & his quæ miscentur, id est, mixtilibus & quæ per mixtionem generantur (quæ mixta vocari solent) erit dicendum, si plena debeat haberi generationum cognitio.

Mixtio itaq; est, mixtibiliū alteratorum & contemperatorum vnio.

Quando enim elementa (quæ mixtabilia dicimus) alterata & cōtemperata, ad mediocritatem & certā proportionē mutua actione & passione redacta, cōcurrunt simul ad vnus alicuius corporis cōpositionem, mixtio fieri dicitur, proprie accepto vocabulo. Nō ignoramus tamen aliquando vocabulū mixtionis improprie accipi, vt dicantur commisceri aliqua, quorū tamē vtrunq; suam speciē seruat, vt aër commiscetur terræ, vel lanæ, vel aqua panis, quando intra partes eius subintrat per poros. Aliquanto etiā magis proprie dicitur aqua vino misceri, quādo aqua infunditur vino, & vertitur vinum in aquæ speciē. Neq; tamen hæc proprie mixtio est dicenda. Siquidē in mixtione, necesse est mixtabilia esse æqualis virtutis, vt redigantur ad contemperamentum mediū, nec debet vnū mixtibilium penitus dominari. Si enim in hominis mixtione totaliter ignis dominaretur, iam oporteret alia elementa in ignem

Hæc de mixtione tradit Arist. 2. l. de gener.

ignem verti. Agens enim habens dominiū supra passum, sibi ipsum assimilat: sicq; nihil aliud quā ignis esset totus homo. Ad hæc oportet in mixtione, quamlibet partē ipsius mixti esse mixtam: quemadmodū in augmentatione diximus, quamlibet partē eius quod augetur debere augeri. Ex quibus satis est manifestū, non esse propriē dictā mixtionē, cum aqua vino sic misceretur, vt in eius speciem atque naturam transeat: cum hīc mixtibilis neq; simplicia sint, neque virtutis æqualis, neque oporteat partem quamlibet vini cōmixti cum aqua mixtam esse, sed partes tantum vicinas, quibus infunditur.

Quomodo in corporibus mixtis remaneant vel non remaneant simplicia & qualitates eorum. CAP. XV.

GRandis verò est inter philosophos atq; medicos super hæc re altercatio, num in mixtis corporibus elementa secundū suas formas permaneant, an alio aliquo modo: quibusdā dicentibus, ea formaliter manere, sed tamen per formā totius cohiberi, ne separaretur vnūquodq; in suum locū. Qui sibi experiētiā assunt, ex eo quod admoto igne ad ligna, quēdā ligni pars redditur igni, quēdā aëri: egreditur etiam humor quidā atq; aqueus vapor, licet ob ignis voracitatem id nō semper percipiatur: terræ quoq; cineres relinquuntur. Vnde secundū faciē apparet, cōiuncta ibi & colligata fuisse (nō secundū virtutem solam, sed etiā secundū formam) elementa. Actionem verò mutuā dicūt impediri à forma totius cōpositi, & quoniā ad mediocritatē sunt redacta. Atq; ex hac radice posuerūt Empedocles & Anaxagoras, omnia esse in omnibus, & per cōgregationē & segregationē omnia generari atq; corrumpi. Hinc quoq; illorū manarunt sententiæ, quæ principia rerū litē & amicitia assignarūt: de quibus nō est nunc dicendū per singula. Illi enim abierūt viam vniuersæ carnis, & nos euestigio eos subsequimur. Si eos quæte Deus optimus dignatus est sempiterna (Quis enim nouit cōsilia eius, aut quis conspexit in libro signato iudicia eorum præter agnū qui occisus est?) Si, inquam, pūssimus Deus, eorū iussit vel corpora, vel mentes quiescere, nos illos nō impugnemus, nec sit nobis gloria cū eorum vmbri digladiari. Quod enim ad sententias antiquorum istorū attinet, verisimile est, obscurioribus verbis eos, nō-

Pium iudicium de veterum Philosophorum sententijs.

nulla indicare subinde voluisse, quæ si à nobis rectè intel-
 ligerentur, forsitan nõ penitus nobis viderentur impro-
 banda, quæ tamen nunc prima facie, dum non intelligun-
 tur, velut absurda ridentur, ac velut philosophis indigna
 abiiciuntur. Nos verò quæ veritati consentanea noui-
 mus, & sacratissime nostræ fidei non dissona, absque illo-
 rum vel inuidia vel iniuria, diligenter commemoremus.
 Ergo (vt illuc reuertamur vnde digressi sumus) qui sic po-
 nunt elemēta in mixtis remanere, etiam in suis formis, o-
 mnia violēta faciūt: ignis enim violēter in loco humano-
 rū corporū detinetur. At verò deus naturæ, dulcis opifex
 est: & sicut attingēs à fine vsq; ad finē fortiter, ita cuncta
 disponēs suauiter. Alii proinde melius posuerūt, nõ qui-
 dē formas elementorū sed tantū eorū qualitates in mi-
 xtis remanere, ad inuicē temperatas: dicētes, ob contēpe-
 rationē qualitarum mutua actione & passione factam nõ
 extingui subito corpora. Vbi tamen aliquā eorū cōtigerit
 deficere, vel excedere extra debitā proportionē, necessa-
 rio iam rē corrūpi. Id quod experientia testatur, super ex-
 crescente in homine siue calore, vt in pestiferis & febrici-
 tantibus: frigido, vt in senibus: humido, vt in hydropicis:
 sicco, vt in pthiisicis. In quibus omnibus fieri oportebit
 morbos varios atq; etiā corruptionē, nisi statim per for-
 mā substantialē prospiciatur, vt restituantur in suā pro-
 portionē naturalē qualitates illæ actiuæ. Ponit autē hæc
 sententia, etiā cōtrarias qualitates in eodē subiecto & se-
 cūdū eandē partē subiecti, sed cōtemperatas adinuicem.
 Quæ sanè opinio nõ est penitus improbāda, imò doctorū
 orthodoxorū sententiis satis videtur consentanea. Dicit
 enim beatus Gregorius, quatuor elemētis, tanquam qua-
 tuor baiulis, hominē deportari ad sepulchrū. Alii ponūt,
 neq; formas, neq; qualitates elementorū in mixtis rema-
 nere, sed tantū vnā qualitatem, quæ ex illarū proportione,
 & ad inuicē contēperatione efficitur, per virtutē seminis,
 vel alterius quomodolibet agētis & generātis, cū cōcursu
 causarū superiorū. Quemadmodū verò qui prioris sentē-
 tiæ sunt, certā illā qualitatum primarū proportionē, vocāt
 cōplexionē, vel cōpositionē: ita posterior hæc sententia,
 qualitatem istam vnicā ex contemperatione qualitatum effe-
 ctam, cōplexionē vocat. Et quidē inter duas has opinio-
 nes

nes atq; sententias non tanta est distantia, quanta prima facie videtur. Hanc enim vnā qualitatem (vtrūq; se res habeat) constat, virtute illam qualitatum complexionem & proportionem, vel temperatā cōpositionem in se continere. Quapropter superfluum fuerit, hac de re sollicitius aut pertinacius digladiari. Similis ferē quæstio est qualis de aqua tepida feruidē solet moueri, & ardentē disputari cum sit alioqui frigidior quā vt pro ea feruentius debeat contendere. His ergo super sedentes, ad alia trāscamus.

An ad cuiuslibet mixti generationem, quatuor debeant elementa conuenire.

CAP. XVI

Verisimile est, ad cuiuslibet mixti compositionē quod *Ad quodlibet mixtum* libet elementum cōcurrere, & quamlibet dictarum *bet mixtum* quatuor qualitatum aliquo modo in quolibet eorum inueniri. Neq; hoc solum secūdum diuersas mixtorum *rit. 4. cōcurrunt elementa* partes est accipiendum, sed etiam secūdum singulas partes. Nam mixtum secūdum omnes sui partes tales oportet esse. Quāquā enim in diuersis partibus diuersa percipiuntur dominari elementa: vt in cholera ignis dominatur, in phlegmate aqua, in sanguine aër, in melācholia terra: non est tamen arbitrandum, solum illud elementum in vnoquoque membro reperiri, quod in eo dominatur. Inuenitur enim in cholera aliquid aëris, aquæ, & terræ: in melācholia, aliquid ignis, aëris, & aquæ atq; ita in cæteris proportionabiliter, dicendum. Et vniuersaliter, quamuis in quolibet mixto corpore sint omnia elementa & omnes dicta ratione qualitates actiue, semper tamē eorum aliquod excellentius dominatur. In quibusdam quidē ignis, vt in superioribus exhalationibus, & in flamma, & in hominibus cholericis: quorū idcirco capilli sursum tendunt. In quibusdam aër, vt in sanguineis, & volatilibus, quæ proinde aërē sibi vendicant. In piscibus autem & phlegmaticis, aqua: quare & aquis huiusmodi delatantur, & crines habent plerunq; leniter demissos. In cæteris terra vt melancholicis, & leporibus, cæterisq; terrestribus animalibus quæ proinde terram natura quarunt, & qui sic sunt homines, terram plerunq; despiciunt, ponderosos crines ad terram deiectos habentes. Plerunq; etiā plura elementa in eodē sic videntur dominari, vt vix discerni possit vtrum vtri præualeat. Difficile enim fuerit

vniuersaliter iudicare, quod eorū in quolibet dominetur.

*Monstratur exemplo, in mixtis quodammodo esse quatuor
elementa.*

CAP. XVII.

Quod si cui videatur non verum esse quod supra diximus, in mixto simul quatuor elementa concurrere, videat ille lignum in aquas iniectum: quod experiētia docet ac monstrat, non statim subsidere, etiam si magni sit ponderis, sed supernatare: quod indubie ab ignis atque aëris est leuitate, quæ virtualiter in ligno includitur, donec tandem contingat consumi, aut deuinci tēporis lapsu vim aëris atq; ignis, per aquæ fortem actionem quo factō subsidere poterit lignum. Eadem quoq; ratione ligna putrida, quæ igni & sunt & fiunt viciniora, & aëri propinquiora (quemadmodū ipsa frequentia & magnitudo pororum indicat) difficilius intra aquam seruantur aut immerguntur. Has autē porositates indicare ignis dominiū & inualescentiā, probat Aetlina mōs igneus, qui locus pumices trāsmittit multa porositate plenos. Hac eadem de causa naturalem sibi locū oleū supra aquam accipit quoniam oleum, aërem magis dominantem habet. Aqua autem nostra, qua vtimur, multū etiā terræ habet admixtū.

Quod elementa, quibus vtimur, purā elementa non sunt

CAP. XVIII.

Aristo. sententia lib. 2. de generat.

Non est autem existimandum hanc terram quā inhabitamus, quæq; herbas & fructus generat ac nutrit, purum terræ elementū esse: sed neq; hic aër in quo viuimus & respiramus, purū est elementū, sed potius ventus est quidam, & commixtus atq; impūrus aër: neque aquam omnino elementarem, aut ignem habemus, terreum tamen aliquid, aqueum, aëreum igneum habemus. Terram, aquam, aërem, ignem verè non habemus. Siquidem ignis, aër, aqua & terra, quæ nobis in vsu sunt, verius elementaria corpora, quàm elementa dixerimus. Monstrat hoc ratio, tamen si abhorreat sensus. Elementa enim in sua dispositione naturali, nullam harū passionum in sensu efficerent, quas hæc elementaria efficiunt. Aqua enim si in sua esset puritate, sapida non esset. Neq; aër ille vt supra ostēdimus, esset respirationi aptus. Neq; terra, nutrire quippiā, aut aqua potare posset. Nos enim mixta corpora simplicibus nutriri non possumus. Cuius etiam signū dant agricol

cola, qui irrigates hortos. terrā aqua miscet, & simū rem
 vtiq; (vt sic loquar) mixtissimam, terrā iniiciunt, vt plan-
 tæ nutriantur, & multo melius inebriat & foecundat ter-
 ram aqua pluuialis, vtpote magis impura, quā fonta-
 lis, quæ aliquanto est purior. Ipsi quoq; coqui & qui lau-
 titias parat cupediarij, sint nobis testimonio, qui ex diuer-
 sissimis commixtionibus, & maxime à natura abhorren-
 tibus, sapidissimas conficiunt lautitias. Præterea terra pu-
 rum elementum, est grauissimum omnium etiam mixto-
 rum. Hæc autem terra nostra quā inhabitamus, multo est
 plumbo aut viuo argēto leuior, & ignea ista flamma quæ
 pinguedine olei, aut ceræ, aut picis sustentari habet, aut li-
 gnorum atq; similiū subministratiōe, multo aëre circum-
 stante est crassior atque densior, viscoso aut crasso fumo
 commixta. Elementaribus ergo corporibus non elemen-
 tis vtimur. Idq; consultissimè sic disposuit prouidissimus
 humanarum rerum gubernator. Nihil enim profuisset
 creaturas valde bonas creare (plantas, animalia, ceteraq;
 corpora mixta loquor) si nō simul & vbi, & quomodo, &
 à quibus cōseruari possent, eadem prouidentia disposuisset.
 Mira ergo dispensatione, in elongatioribus elemento-
 rum partibus pura reliquit elemēta, vbi nullus est mixto-
 rum locus, vtpote circa cētrum terræ, & in supremo sphæ-
 re ignis, sicuti attestatur Aristoteles naturæ philosophus.
 At verò superficies & exteriores elementarium globo-
 rum partes, sic voluit esse commixtas, vt mixtis locum
 præberent cōmodū, pro sua cuiq; natura & vegetantibus
 vbi pascerentur sua foecunditate non deesset. A quo enim
 condita sunt omnia bona, & bona valde, ab eodem expe-
 ctant vt escam sumant oportuno tempore. Quare & post
 completum cælorum cursum, vbi cessauerint in mundo
 viuere & pasci, tam homines, quā cætera viuentia, no-
 uissimo terminato examine, igne cunctis consummatis
 mixtionibus, omnia suo loco & statu elementa reductu-
 rus creditur omnipotens & optimus Deus, ita demum
 cum suis beatissimis exercitijs regnaturus in æternum
 & vltra. Inter quos speramus & nos modo pauperes ali-
 quando computari, quando plenæ erunt laudibus fauces
 nostræ, quæ nunc vndiquaque mendicatis canticis mise-
 re torpent, etiam dum maxime, vt videntur, laudant.

Gene. I.
 Psal. 103.

Mouentur circa prædicta aliquot quæstiones, & primū, an possibile sit aliquid simpliciter generari aut corrūpi. CAP. XI.

AD eorum autem quæ hactenus à nobis dicta sunt maiorē declarationem, quæstiones aliquot circa prædicta proponētur, ex quarum solutionibus, plenior haberi poterit quorundam antedictorū cognitio, & intelligentia facilior. Sic ergo hæc prima quæstio. An fieri potest vt aliquid simpliciter generetur, aut simpliciter corrumpatur. Nam si aliquid simpliciter generaretur, deberet ex non ente simpliciter generari, cū generatio sit à non esse ad esse progressio. Ex non ente verò simpliciter, siue ex nihilo nihil potest fieri aut generari. quemadmodū habet principium physicū. Similiter quoq; de corruptione potest ratio fieri, quoniam si corrumpeteretur aliquid simpliciter, deberet in nō ens simpliciter corrumpi siue in nihilum, cum corruptio sit processio ab esse ad non esse. Hoc autem, nempe in nihilū corrūpi, æquē videtur physicis absurdum, atq; ex nihilo aliquid generari, eò quòd æquē sit creaturæ virtus impotens, ad creandū, atq; ad annihilandū. Videtur ergo iuxta hanc ratiocinationē, nihil simpliciter generari aut corrūpi posse, secundum naturā. Pro huius autem quæstionis expeditione sciendū est, quibusdam antiquorum philosophorū tam validā & efficacē visam fuisset suprapositam ratiocinationē, vt ea permoti asseruerint nihil simpliciter generari aut corrumpi, sed omnia alterationibus solis posuerint variari: quas alterationes vocabant generationes secundum quid, propterea quòd accidentia & qualitates secundū quæ fiunt hæc alterationes, non simpliciter formę, sed formę secundū quid (id est, formę accidentariæ) nominentur, & potius entia secundum quid, quàm entia simpliciter: eò quòd ipsa nō per se substantiam habeant, sed per ipsa, tantū ea quæ subsistunt talia, aut talia denominantur. Admittebant ergo multa possum generari & corrumpi secundū quid: verū simpliciter aliquid generari aut corrūpi negabant. Hæc autem antiquorum sententia certā habet falsitatem, & omnino fateri oportet multa quotidie simpliciter generari, atq; simpliciter corrūpi. Est enim generatio simpliciter dicta, formę substantialis in materia acquisitio, quæadmodū corruptio, formæ alicuius substantialis ex materia est deperditio: genera

*Quæstio
prima.*

*Solutio ad
quæstionem
ex sententia
Aristot. 1. de
gene.*

neratio verò secundū quid, & corruptio secundum quid, formæ accidentalis in subiecto sunt acquisitio & deperditio. Vnde cū res naturales non solū secundū acquisitionem, & deperditionē mutantur formarū accidentalium, verumetiam substantialium: manifestū est nō solū generationem & corruptionē secundum quid, verumetiam simpliciter, esse secundum naturā possibilem. Imò vniuersaliter, quodocunq; forma aliqua substantialis in materia qualibet de nouo acquiritur, compositum illud ex materia informata & forma informante simpliciter dicitur generari: & è cōtrario, quotiescūq; forma substantialis ex materia aliqua deperditur siue expellitur, compositum ipsum simpliciter dicitur corrumpi. Quemadmodū (exēpli gratia) simpliciter generatur ignis, & corrumpitur lignum, cū forma substantialis ligni per virtutem applicati ignis ex materia expellitur atq; deperditur, & forma substantialis ignis in eandē introducitur. Qua in re differentia tamen notanda est, inter generationem simpliciter & alterationē, quæ etiam generatio secundum quid nominari potest. In alteratione siquidem alterari dicitur ipsum subiectum, quod de qualitate transit in qualitatem, non ipsum totū ex subiecto & forma aggregatū: in generatione autē & corruptione, nō ita generari aut corrumpi dicitur subiectū generationis, aut corruptionis, quod est ipsa materia per formā informata, sed totū ipsum compositū, quod ex forma & materia informata cōstituitur. Quemadmodū nō ipsa hominis materia, quæ antè & post manet eadē, generari dicitur aut corrumpi, sed totus ipse homo ex anima cōstans & corpore, generari simpliciter, aut corrūpi simpliciter dicitur, cū sua forma in materia acquiritur, aut ex ea pellitur. Ad obiectionē verò supra positam facillè satis adhibetur responsio, si illud prius replicauerimus, quod in tractatu primo tetigimus, de cōditione atq; natura materiæ, quemadmodū ipsa nō ens simpliciter dici debeat ac nūcupari. Quia enim materia per se ad omnē formā indifferens, omnino simplex, nullā habet in se formam ex qua cōponatur, quæ ve ipsam faciat esse in actu, sitq; ex se nihil nisi mera potentia: hinc fit, vt ex se non nisi ens in potentia possit nūcupari, non autem ens in actu, quod solū est ens simpliciter. Ens enim

Solutio obiectionis.

in potentia, nō est nisi ens secundum quid. Quod autem in actu est per formam aliquam substantialem, quæ pars est sui, id simpliciter ens dici meretur ac debet. Cum ergo ita proponit obiectio, Si generaretur aliquid simpliciter, generaretur ex non ente simpliciter, admittenda est illa hæc conclusio. Non enim est inconueniens, ex non ente simpliciter aliquid fieri seu generari. Ex materia siquidē sunt ac generantur res naturales omnes, quæ non est ens simpliciter, sed tantum potentia. Quod autē philosophicum dicit principium, ex nō ente nihil fieri aut generari: intelligendum est non de simpliciter non ente, sed de omnino nō ente, id est, quod neq; actu est, neq; potentia: quemadmodum in primo libro tradidimus manifestius.

Quæstio secunda.

C A P. X X.

CUM calidi & frigidi, humidi & sicci sint officia cōtra Græca: quanā ratione dicta sunt hæc pariter in mixtione debere cōcurrere? Vt clarius dissoluatur quæstio, præmoneri oportet quæ sint harū qualitātū propriæ differentia, quæ ve propria sint diuersa earū officia. Ad calidum enim spectat, separare partes heterogenias, id est, dissimiles & diuersorum generum ab inuicem. Ex virtute enim ignis est, quod in homine ossa à carne, caro à neruis, cor ab epa re, & cæterę partes diuersarū rationū ab inuicē separātur: id quod & in ligni adustione euadit manifestum, vbi cinis vapor, fumus, & flāma, abinuicē caloris virtute separantur. Idē patet quando igne purgātur metalla & separantur partes diuersorū metallorū quæ erant cōmixtæ. Sunt enim rerū duplices partes, quædā sunt eiusdem rationis, vel speciei, vel dispositionis: quæadmodū (exempli gratia) partes diuersæ carnis, partes ossis, partes neruorum, partes aquæ omnes sunt eiusdem rationis. Hæ partes homogeniæ (id est, eiusdē rationis, speciei, vel generis) Græco vocabulo solēt nūcupari. Aliæ sunt quæ sunt diuersarū rationū vel dispositionū, vt caro & os. Itē cortex & medulla in plantis, folia & radices. Et hæ partes heterogeniæ, id est diuersarum rationū, specierū, aut diuersorum generū nominātur. Nihil tamē nunc specialius perquiremus, an in carne sit aliqua forma substantialis alia à forma ossis, præter rationalem animam: an forte sola differat diuersa dispositione, secundum accidentarias qualitates:

Est

*Sunt hæc
apud Arist.
lib. 2. de ge-
ne. & 4. lib.
Meteororū.*

Est ergo (vti iam ostendimus) calidi officium, heterogenia in mixto ab inuicem separare, homogenias autē partes simul coniungere. Vtrunq; enim facere calidū, probat experiētia in igne metalla purgante. Frigidi autem est etiam pates heterogenias ad inuicem conglutinare, & conseruare: vt ossa cum neruis & carne, & eandem vicissim cum ossibus & neruis inuicē compaginare: quemadmodū ad oculū videmus in frigore, multa pariter in glacie conglutinari. Humidū verò bene est terminabile vel formabile, secundū omnem formam quā conuenit rei habere, & agēs vult imprimere, faciliq; suscipit impressionem ab agente, & est bene terminabile termino alieno. Nam propter fluxum (cuius causa est humidū) cōtentum faciliē se accommodat lateribus continentis: sed malē terminatur termino proprio, propter fluxum consequentem.

Cāterū, fluiditati huic medetur siccum, quod termino alieno agrē se accommodat, nec nisi violētē compactum lateribus continētis se patitur aptari, propterea quòd fluxum ignoret. Suo tamen proprio termino siccū est bene terminabile, tenens atq; custodiēs figurā, & superficiem suam. Harū autem rerum experiētiā docent nos figuli, qui volentes materiā luti pro suo libito tractare, & figuras quasi libet inducere, vdm ac molle faciunt lutū, & humidum asciscunt. Volentes verò iam inductū terminū & figuram seruare pulso humido, igne exiccant, vel soli exponūt: vt quod humidi beneficio faciliē est impressum, sicci beneficio stabiliter seruetur. Quibus præmonitis, dicimus ad quæstionē, agens vel generans, egere calido, ad distribuendū singulis partibus sibi cōuenientia, id est, ad segregandū heterogenia, ne cōmisceantur in homine os & caro, caro & nerui: in arbore cortex & medulla, foliū & fructus, atq; ita in cæteris: Frigido, vt homogenia continuētur, & heterogenia cōglutinētur: Humido, vt figura & quantitas, & superficies conuenientes inducātur, secundū exigentiā mixti quod generatur: Sicco, vt bene seruetur res in sua figura & termino. Ex harum autem commixtione qualitates, quas primas vocant Phisici, secundum certam proportionem, & iuxta diuersarū qualitātū diuersam dominationem, procedunt qualitates aliæ prius enumeratæ, etiā tāgibiles, & omnes aliæ sensibiles:

*Solutio
quæstionis.*

vt sunt, color, & lux horū inferiorum (lux enim cœlorū, non est ex primis qualitatibus) sapores omnes, odores, atque soni. Non enim daret somnū percussus aër purus.

Questio tertia.

C A P. XXI.

*Generatio
vnius alte-
rius est cor-
ruptio. Ari-
stot. I. de ge-
nerat.*

SI oportet semper vno corrupto aliud generari, & vno genito aliud corrumpi. Solutio. Materia nequit esse nuda omni forma, quemadmodū primo libro ostēdimus. Atq; hac de causa, nō potest agēs vllū hoc efficere, vt forma vna de materia auferatur atq; pellatur, nisi adducat aliā quam in materiam imprimat: neq; aliter materiae natura fieri patitur. Rursum, quia plures formæ vltimæ nō possunt simul inesse eidem materiae, oportet etiā vt agēs nouam formā substantialem adducens aliam pellat priorem, sicq; ex consequenti compositū prius & substantiam priorem corrumpat. Atq; hinc fit, vt semper ad vnius generationē comitetur alterius corruptio: & ecōtrario, corruptionem vnius, alterius generatio. Constat tamen non esse ob hoc necessariū, vt quoties homo quispiam nascitur, alius intereat eiusdem speciei, id est, alius homo. Satis est, aliā aliquā substantiā periisse, cuius scilicet materiam nunc habet genitus homo: sicut genito igne, oportet non aliū ignem corrumpi, sed aliam tantū substantiam ex qua generatur. Cum enim materia sit finita, & non possit quicquam materiae creari virtute naturæ: non est existimandū, crescentibus arboribus & in altum expansis brachiis, hanc omnem materiā similiter gigni vel creari, sed oportet eandem materiā aliunde sumi. Nisi enim eadem materia sic per varias transiret formas, oporteret esse infinitam materiā: cum in infinitum pergant generationes.

Questio quarta.

C A P. XXII.

*Arist. 2. lib.
de generat.*

VNde procedat generationum & corruptionū diuersitas, vt hæc magis hoc tēpore aut producantur aut intereant. Solutio. Si cœli omnes immobiles starēt, vt post iudiciū futurū credimus, nulla haberetur generatio, nulla corruptio: seruariantur tantum res in suo esse, & in stabilitate sua permanerent quod sunt. Motus igitur cœlorum, sunt causa generationis, & corruptionis in his inferioribus. Et quidē motus primi cœli mobilis, qui semper in viginti quatuor horis absolvitur, causa videtur sufficiens eius trāsmutationis, quæ fit secundū diem & noctē.

Cæterum

Cæterum eius transmutationis quæ fit secundū diuersas anni partes, iam producēdo, iam corrumpendo, causa est motus proprius solis ab Occidente in Orientem, per circulum zodiacum: quem motū cōplet vnus anni spatio. Eius enim aduētū omnia germinant, & senes iuuenescū: eius autem discessu labuntur, & occidunt & veterascunt omnia. Vnde cum tempus aduentus, & tempus discessus sit æquale, vtrunq; secundum sex signa: sequitur, etiam tempora generacionis, & corruptionis æqualia esse.

Questio quinta.

CAP. XXIII.

Vnde est quod quædam sic facile generātur, & quod est inter quædā tam facilis transitus, aut tam facilis transmutatio: vt nubis in pluuiam, & pluuiæ iterū in nubem. In aliis verò est difficilis nimis, & longa generatio, & corruptio, & inter alia difficillima transmutatio. Solutio. Quædam sunt corpora imperfectiora, modicā dispositionem, vel proportionem qualitatum sufficientem sibi reputantia, quæ facile generantur, vt vapor ex aqua facile generatur, quoniam nihil requirit sibi præter modicam impressam leuitatem. In aliis verò, vt perfectioribus, oportet multo tempore perfici eas quas rerum subsistentia requirit perfectiuas qualitates, & naturales vires, dispositionesq; necessarias, ac natiuas complexionis: quæ cū frequenter multæ sint, ac variæ, neq; ita facile aut ita mox effectibiles, cōsequitur, longiorē tēporis tractum ad talem generationē requiri. Id quod Baptista Mātuanus inter poetas Christianos facile princeps, pulchrè admodū testatus est his versibus, Omne quod excellēs opus, & sublimè futurum est, Difficiles ortus habet, incrementaque tarda. Inter quæ autem non multa est distantia, & quorū dispositiones necessariae non multum, differunt alterius ab altero, vt inter pluuiam & imbrem, aquam atq; vaporem, in his faciliorem quoq; oportet esse transitum.

Questio sexta.

CAP. XXIIII.

SI idē possit semel corruptū reuerti? Solutio. Eadē secundū speciem (etiam si totaliter species deleatur, vt esse in vermibus putredine natis videtur) quotidie redire conspiciamus, sed numero idem, natura potens non est reducere, sed tantum secundum speciem, vt testatur & Aristoteles. Forma enim semel expulsa, si corruptibilis sit, penitus

*Baptista
Mantuanus
de beata virgine in libr.
Parthen.*

penitus corrumpitur & iam quasi annihilata reuocari nō potest. Si verò sit incorruptibilis, cuiusmodi est sola anima rationalis, hanc certè natura vt creare non potuit, neq; dare, neq; de potètia materię educere: ita nec poterit post expulsionē siue emigrationē reducere. Quis enim reducat aut reuocet spiritus corporeis defunctos officii, qui iam olim emigrantes è suis tabernaculis vias abierunt occultas, locaq; incolunt nobis prorsus incognita, vbiq; domino visum id fuerit? Quis rex sic potēs, quis ita sapiens Philosophus? Quis ita fuit eximius naturæ perspectoꝝ aut descriptor, qui potuerit vel charorum suorū, vel suam etiā ipsius animā reuocare, semel Dei nutu de suo tabernaculo eductā? Cuius, quæso, vel peritissimi medici ad hoc deuenire potuit experientia? Nō est qui hoc faciat, non est qui valeat, non est (inquam) vsque ad vnum. Imò verò vnum noāimus, Christum Iesum, Dei patris vnigenitum filium, qui viā vitæ, & reditum ex mortuis primus ipse inuenit, eamq; (vt in Psalmo scribitur) nobis manifestauit in se credentibus: vt quemadmodum ipse posita anima, cum placuisset reassumpsit eādem, inq; corpus reduxit: sic & nostræ aliquando animæ post longam emigrationem in sua redeant corpora, cū eo pariter in æternitate plenitudine cœlestis gaudij fruituræ. Verū non secundum naturā est hæc virtus, neq; sub eius limitibus hæc potestas stringitur: sed naturam omnē excedit & superat, secundum virtutem diuinitatis inhabitantis in eo, quæ illi cum patre & Spiritu sancto est communis, in perpetuis æternitatibus. Cui soli sit psalmus perpetuus, laus, & iubilatio sempiterna ab omni creatura angelica, & humana, nunc, in æternum, & vltra. Amen.

FINIT LIBER QVINTVS.

PSALMVS CONFSSIONIS IESV
principi pacis pro assumptis in carne miseriis, ad
dignam gratiarum actionem.

Dic impassibile cælum, tu quid es? narra te elementa quid sitis,
aut quæ vestra substantia?

Vos verò homines commixta atq; mendicata in congregata corpora,
generationem vestram explicate nobis.

Quid sitis, vnde decisi, ex quibus compacti: in quæ tandem putatis reuertimini?

Memento

Memento domine Deus, quòd de limo terra fecisti nos: & compegisti in nobis quaternas inimicitias irreconciliabiles.

Has tu princeps pacis, miro connectis fœdere: donec terminatus inducys prorumpant in exitum, donec dissoluantur quæ tu continebas.

Hæc omnium nostrum aqua fors, hæc nostra miseranda conditio, omnes nos quasi aquam dilabi, & in terram volentes nolentes defluere. Ab elementaribus pendere nos corporibus: quos tu angelicus penè coequasti spiritibus.

Quid verò nos ipsos flemus eiulantes: nonne tuam magis sortem, Iesu bone, commiserari ac deplorare nos oportuit?

Verbum patris patri coeternum de terra non eras, neque de terra sumebas tibi cibum, vt viueres.

Neque fontium aquam potabaris, in aère non respirabas, ignis vsum nesciebas, nec tu, neque pater æternus.

Propter me verò accessisti ad me: quod ego sum, tu factus es verbum caro.

Verbum dico coangustatum, & abbreviatum nimis, similem in te elementarem litem suscipiens mecum.

Et mortis legem voluntarie in te ipsum suscepisti, ex ea in nihilum vti computresceres, si non à dextris tibi assistisset saluator, omnipotens genitor tuus.

Iudeorum fera crudelitas accessit ad miseriam pauperis, non sunt passi suam periodum decurrere atque peragere vitam corporis tui.

In medio robore ac flore corporis tui, Iesu piissime, iniqui inuasert animam tuam, tollere eam tibi.

In lignum subiectum, viribus defectum, animam expirare fecerunt te, o vita beatissima.

Et de ligno depositum, communi tradiderunt omnium matri: tanquam mortuum à corde, visceribus terre.

Tu verò vnicus inter mortuos liber: non potuisti quia noluisti, videre corruptionem.

Nec putrefactum est tabernaculum anime tue, à fortitudine diuinitatis tue, quæ inhabitare non desinebat in eo.

Euge & letare quicumque diligis dominum: quoniam mortuus à morte surrexit.

Occisus est agnus, & renixit: proiectus in terram, & surrexit.

Pro corruptibili seminato in terra corporis grano, immortale recuperavit atque glorificatum.

O felix commutatio dextera excelsi: pro mortali deposito, glorificatum recepit agnus Dei.

Quare tacemus, o homines quæ ad nos hinc portio deducta est immortalitas nostræ: vitæ æternæ quam reparauit & repromisit nobis.

Ibitis, ibitis corpora, ibitis dicimus in mortem: & compute resietis ab elementari inimicitia, quæ compacta est & habitat in vobis.

Sed nunquid obliuiscetur misereri Deus: aut relinquetur in stercore vita nostræ?

Suscitans suscitabis nos domine, in momento, in ictu oculi: in nouissima tuba.

Et syngenus incorrupti, & nos immutabimur: quos unq; hoc munere donaueris.

Et fiet nobis à te, o largissime princeps, beata retributio, felix commutatio, cum sederis in solio gloria tuæ, quæ est sempiterna.

Benedictio, claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in secula.

Et qui occisus est agnus, dignus est his omnibus: quoniam resurgens à morte vitam inuenit, à progenie in progeniem omnibus quærentibus eum in humilitate.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

IN LIBRVM VI.

DE MIXTORVM IMPERFECTORVM GENERATIONIBVS

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

PRÆFATIO.

Psal. 48.



VIDIT Psalmista, cum in spiritu psalleret Deo ex omni creatura, mirū in reb⁹ ordinē: quod essent quedā ingenerabilia prorsus & incorruptibilia certas leges sibi descriptas inuolabiler obseruātia, quas nō prætergrediantur in secula seculorū: ex quibus sunt nimirū cælestes spiritus, atq; virtutes, sol, luna, stellæ, atq; cælorū orbes. Sub quibus prospexit quædam nullā habētia determinatā legē sue generationis, sed verbo Dei stare tantū: vt dū ille iusserit, & quādo iusserit, gignat.

gnantur & cor rumpantur. Si enim dixerit altissimus, statim ignis de cœlo, aut pluuia, aut grâdo, aut ros, aut pruina, aut fulgur, aut tonitru descendere: & cū placuerit illi, statim cessabunt. Nullam enim habent legē determinatam, vt perpetuo existere debeant. Sunt sub his viuientia omnia, quæ licet secundū indiuidua non habeant determinatam subsistentiā: constat tamen ea secundum speciei generationem perpetuam habere stabilitatem. Quæ ob hoc mixta perfectiora dicuntur, eò quòd habent generationem & subsistentiam magis determinatam prioribus, quæ facilè subito aut gignuntur, aut totaliter pereunt, atq; ob hoc mixta imperfectiora nuncupantur, de quibus modo præsentem instituimus tractatum.

De tribus aëris regionibus, earumque dispositionibus
diuersis.

CAP. I.

Quonia autem imperfectiora illa mixta corpora in aëris regione penè omnia vidētur generari, idcirco de ipsius aëris dispositione atq; diuisione primū dicendū. Aër itaq; vniuersus, in tres regiones, seu partes diuersimode qualificatas distinguitur: nempe supremā, infimā, & mediam regionē. Prima & suprema quonia igni est proxima & cōtigua, circulariter cū ipso igne, ad motum primi mobilis & aliorū cœlorum rapitur. Estq; perpetuò calida, tum propter vicinitatem cū igne, tum propter hunc violentum raptum & motū, qui per se ad calorem faciendū est sufficiens. In hac autē parte nubes haudquaquam generari possunt, neque reperiri, neq; conseruari, tum ob nimiam ipsius à terra & mari (vnde nubiu eleuari debet materia) distantiam, & nimiam altitudinē ad quam nubes nequeunt pertingere, detentæ & remorata in media regione aëris: tum propter calorē & motum circulaem, qui impedit nubiu congregationē. Leuantur tamen ad eam exhalationes calidæ & sicca, quæ ob caloris & leuitatis copiā, facilius quàm nubes densiores, aut vapores earum materia possunt ascēdere, & minus detineri: quæ exhalationes, in aëris hac summa regiōe varias faciūt apparētias, vt statim dicetur distinctius. Infima autē regio terræ vicina, ob reflexionē radiorum solis à terra reuerberatorū, vehemētius incalescit: tum etiā propter vapores & exhalationes (quæ calidę sunt naturæ) à terra & aqua eleuata.

Istas tres aëris regiones distinguit Aristot. 1. lib. Meteororum.

Tertia aëris regio, ea est portio, quæ inter summam & infimam interiacet media. Hanc vehementer constat frigidam esse, ex iis effectibus quos in ea percipimus generari. Ad eam enim non pertingit illa dicta radiorum solariu[m] reflexio. Neque eius ad ignem tanta est vicinitas, neque circulari ipsa rapitur motu, Quæ in semetipsa existens frigida, quia & à sphaera ignis distat, ut ab ipso calor ei non veniat, & reflexi à terra solis radii ad ipsam usque non pertingunt, sicque reflexi à terra solis radii ad ipsam usque non pertingunt, sicque inter duo calida velut media constituta, inter supremam dico & infimam regionem, suum hac ratione frigus vehementius intendens, valde in frigidatur, condensatur, inspissatur, ea actione quam naturales per antiperistasis vocant, id est, per contrarii circumpositionem.

Quid actio per antiperistasis, & quomodo per talem actionem media aëris regio sit multum frigida. CAP. II.

Quæ res ut cum sequentibus impressionibus clarius conspiciatur, præmissum atque præcognitum oportuit, quæ sit huius actionis quæ diximus, virtus atque natura. Cum igitur contingit contrarium à suo contrario ita circumdari atque concludi, ut virtus actionis eius non possit foras exire, ob fortem contrarietatem undeque; impedientem, tunc necesse est reflexam hanc virtutem in eo à quo emittitur receptam duplicari atque fortificari. Huius est experientia, quoniam hieme hominum interiora multo calent amplius, coquuntur facilius, & consumuntur ardentius, quam æstate media, quando ab interioribus egressus calor non reuerberatur à circumstante aëre. At hieme, à vehementer frigido aëre circumstante reuerberatus duplicatur in intimis. Id ipsum patet in lignis, & facibus, & candelis. Multo enim est horum flamma viuacior hieme, quam æstate. Eadem hæc ratio est, quare qui frigidiora loca habitant, ampliori cibo sint, & maiori egeant nutrimento, iis qui in calidioribus, cum tamē calidiores ex cutis nigredine existimari possent. Sic (ut ad propositam rem reuertamur) cum media regio aëris frigida, includatur inter summam & infimam calidas regiones, ipsa se fortificat: & tunc magis, quando contraria sunt fortiora. Nam in æstatis medio, cum ista inferior pars aëris sit propter directam radiorum solariu[m] reflexionem calidissima, media portio aëris e contrario efficitur frigidissima. Hieme verò, quando non est multa contrarietas,

min

*Aristot. 2.
Met. de gradine.*

minus est frigida. Hæ autē portiones aëris, nō habent terminos omnino determinatos, sicut nec elementa. Nā per motum cælestium corporum adductis cōiunctionibus frigidis vel aqueis, elemētum aquæ crescit, & aër minuitur. Adductis verò cōiunctionibus quæ pro aëris faciunt generatione, vt calidis & humidis, minuitur aquæ sphaera, & crescit aëris portio. Hyeme enim, aquæ plus quàm æstate abundant, & æstate plus quàm hyeme crescit aëris terminus. Ita contingit, regionē mediā vno tēpore esse maiore, vt in hyeme, vere, & autumnō, quā æstate, quādo directa & fortissima solariū radiorū reflexio etiā illud ad infimam partem trahit, quod aliis anni partibus, cum non ita calor præualet, ad mediā pertinet. Hæc antiperistasis duobus potest modis fieri, quippe per partium contractionem & maiorem compactionē. Et per qualitatis actionem à fortiori circūsepta incrementū, reflexit speciebus:

De ijs quæ in suprēma aeris regione generantur. CAP. III.

Per influxus verò astrorum, & per colorem solis eleuatur à terra & ab aqueis locis (vt ex mari, fluminibus, paludibus) subtiles & tenues quidam fumi, qui si multum subtiles fuerint, vehementer calidi & sicci, dicuntur exhalationes. Si verò den siores, calidi temperatē & humidis, vapores dicuntur. Exhalationes autem hæc cum sint leuiiores, facile infimam & mediā regionem penetrantes, ad suprēmam perueniunt: vbi cum aëre circūiectæ in quō sunt, & hoc motu vehemēter calefactæ ac propter ignis viciniam inflāmata iuxta materiæ diuersas dispositiones vel vniformiter vel difformiter succensc, miras exhibent species, nūc draconū, nūc caprarum, nunc lancearum, nunc candelarum, vel facum ardentium. Sunt enim plerunquē exhalationes viscosæ, & facile propter siccitatem inflammabiles, quarū partes sæpe contingit secundum opacitatem vel densitatem difformem non simul succēdi, aut simul etiā succensas nō similiter ardere atq; lucere vt cū pars anterior, crassior & dērior nō ita velociter succēditur, aut nō ita plene quā posterior quæ est rarior. Atq; iuxta hanc dissimilitudinē, diuersas contingit rerū apparērias videri, quorū cōplures Aristoteles primo Meteororum libro enumerat. Sæpe autē conspicitur tanquam volitantia sydera, quæ nō sunt æstimanda è firmamēto pro-

*Quid vapores
et exhalationes*

Quid vorago.

Quid hiatus.

iecta ad nos cadere: sed fiūt hæc, dū exhalatio inflammata sursum quærēs moueri, à nube deorsum pellitur, sicut cūm pila reuerberatur, à corpore cui obicitur. In summa etiā regione cōringit videri hiatus absq; in inflammatione, quādo nō incenditur exhalatio, propter defectum viscositatis, & illuminata in partibus extrinsecis propter earū raritatem, medio autem ob sui opacitatem nō illuminato, velut profunditatem intermediā videre nos existimamus: quæ si magna fuerit, vorago: si nō ita magna, hiatus nominatur. Sic autem vorago nobis aut hiatus apparet, quomodo pictorum ars eadē volens effingere, circūiecto lucido colore atq; aëreo p̄ circuitū, in medio colorē crassum atq; obscurū intermiscet, vt sic vel puteus vel hiatus aliquis appareat, dū in medio claritatis sese monstrat obscuritas: atq; huiusmodi impressiones phātasmatata dicuntur. apparet enim quod nō sunt. Ex dictis igitur facile est harū descriptiōes colligere, quippe vt stipulæ ardētēs sine exhalatio (quā calidā & siccā diximus) mota ad supremā aëris regionē, & ibidē ignis vicinitate incensa, habēs figurā stipularū ardentium. Torris, est exhalatio ad aëris supremam regionē euecta, atq; in sola lōgitudine, siue latitudine ardens. Capra saltans est exhalatio in suprema aëris regione incensa, paulatim & carptim ab vna parte, ad alterā flāma discurrente, quōd si exhalatio talis veluti scintillas quasdā spuat, scintille dicūtur. Stella errans est exhalatio in suprema aëris regione, secundū longitudinē & latitudinē multas habens partes exiguas, diffusas & incensas, etiā quo ad crassitiem. Sic lancea volans, eiusmodi est exhalatio, lanceæ imaginē referens. Ignis perpendicularis exhalatio est perpendicularē figurā exhibens. Ignis fatuus seu candela ardens, est exhalatio ad infimam aëris regionem eleuata, & ibi per antiperistatū incensa, quæ dum quærīt ascendere sursum, à frigore mediæ regionis depellitur, & apparet quasi saltans, loca decliuiora quærrens, vnde & ad aquas ducit sequentem.

De generatione cometa.

CAP. IIII.

Arist. I. lib.
Mete.

Apparent autem interdū in stellarum modū cometa. Est autē cometa non congregatio multarū stellarū, neque de natura cœlesti, neq; quo ad corpus, neq; quo ad caudam, sed tota est de natura elementari. Generatur autem

autem hoc modo, cum enim virtute solis & aliorum astrorum eleuatur multa nimis materia, calida & sicca, grossa & pinguis, benèq; inflammabilis, ab his terrestribus vsq; ad summam aëris regionē, vbi circumgyrata ad motū aëris inflāmatur æqualiter, & aduenientibus cōtinuo exhalationibus multū diūq; nutritur, generatur cometa. Cuius materia si sit in medio grossior, & in circumstantibus partibus rarior, videtur tanquā crinitus, & vocatur stella comata. Si partes hę lōgius deorsum protēdātur, dicitur caudata. Si verò partes subtiliores fuerint inferius demissæ, dicitur stella barbata. Fit autē cometa potissimū autumnali tempore, quoniā tunc & calor est materiā sufficiens eleuare, & caloris tēperies facile permittit absque dispositione materiam bene conglobari & conuiscari: quod in ætate non sic permittitur, quando etiā nō sic facile grossa exhalatio (propter solis ardorē dissipantem, & mediæ regionis summā frigiditatē) valet ad summam regionem transcendere. Verno autē tēpore, non est plerunq; calor tantam materiam sufficiens eleuare. Hyeme verò & frigus & humidum repugnāt. Est autem cometa signum cōmotionum, bellorum, litium, traditionum, hac potissimū de causa, quia tēpore generationis cometæ dominatur calor, qui corpora animosq; hominū ad huiusmodi accēdit. Peculiariter verò principibus dicitur portēdere mortem, quoniā aër qui tūc crassior est & viscosior ex materia cometæ, principibus delicatis & tenerioribus solet facilius nocere, quā rudibus agricolis. Spirāt præterea magna vi venti, ob ariditatem nimiam: exhalationes siquidem minus viscosas, atq; ideo non inflammabiles, in ventos abire docet Aristoteles. Vnde & narrat nocte apparente cometa, interdiu ingenti quantitate lapidem vento sublatum, cecidisse. Nicomacho quoque Athenis imperante, cometa apparēte, magna ventorum vis circa Corinthum debacatha est. Generatur autem aliquando in septentrione, aliquando in austrō, nonnunquam ab occasu æquinoctiali. mouetur autem ad motum Aristot. exhalationem attrahentis, aut iuxta motū supremæ regionis ab orientē videlicet in occidentē. Seneca tamen asserit nōnunquam ferri ex septētrione in occidentē per meridiē & ex septentrione in orientem. Quod & se vidisse asseuerat, cuius cau-

sam materiam assignat ipsam qua nutritur, ipsam siquidem flamma incendendo sequitur, ut est in stупpa videre.

De galaxia, siue via lactea.

CAP. V.

Quid circulus lacteus.

Galaxia elementaris.

POËTÆ mētiuntur, currum solis à Phaëthonte nouitio ductore male deductum, combussisse aliquā partē cœli, quam hac de re albam asserabant. Sed ut cætera fere poëtarum omnia, etiā hoc commentum est, & fabula uana. Iuxta ueritatem autem sentiendum est, aliquam esse partē cœli, in qua multorū astrorum lumē receptum, per refractionem facit albi coloris apparētiam: & hæc est galaxia, siue via lactea: quæ tamen non semper apparet propter nubili aëris intersticiū. Aristoteli tamē uisum est, galaxiam uideri propter receptionē luminis, in exhalatione calida & sicca & rara. Verūm nihil prohibet sic uiam lacteam à nobis demonstrari. Cæterum galaxia, Græca uox est, à nomine gala, quod lac significat, unde galaxia dicitur, quasi lactea uia, id est, alba, cuius coloris est lac.

De ijs quæ in media & infima aëris partibus generantur, pluuia, grandine, niue pruina & nebula.

CAP. IV.

Quæ sequitur tractat Arist. 2. lib. Mete.

Pluuia.

CVm uerò eleuatur à corporibus aqueis, per uirtutem caloris solis & aliorum astrorum, uapor qui est calidus & humidus, tanti caloris, ut sufficiat moueri usque ad mediam regionem aëris, ubi in nubem condensetur, ratione frigoris, quod ex sua natura condensat, hoc pacto varia fit imperfectorum mixtorum generatio. Si enim nubes illa in aquam resoluatur, incipiatque guttatim decidere, generatur pluuia: cuius guttæ si paruæ fuerint quantitatis, imber dicitur: si magnæ & rariores, labrocera. Si uerò etiam mediocres, pluuia simpliciter uocabitur: tamen si hoc ipsum nomen secundum generalem acceptionem etiam imbri & labrocera nonnunquam accommodetur. Quod autem dictum est pluiam in media aëris regione ex nube generari, accipiendum est ut in plurimum, nonnunquam enim & infima sit (licet in suprema nunquam obnium æstum uaporem congelari prohibentem) docet enim experientia pluiam maximis guttis decidentem, non nisi ex infima regione descendere, nam quo ex altiori loco per aërem descendit, eo partes minutiores fiunt, ut in aqua ex eleuato aliquo loco effusa uidere non fuerit admodum difficile. Pluuia rotunda est, quod ea figu-

ra ad resistendū apta est, aëri, per quem transit. Pluuia quoque salsa est nonnunquam, eoque vapores nonnunquam nimium terrestres leuantur, qui non cōcocti aquam salis generant, aut veluti exustā, vt de falsedine maris dicitur. Descendunt quoque ranæ cū pluuia, imo (iuxta Albertum) vituli: nec mirum vsq; adeo hoc videri debet: cū huiusmodi terrestribus vaporibus sursum leuatis virtute adsint quattuor elemēta, ad cuiuslibet misti generationē requisita, & corpora cœlestia agentia, cum primæ causæ cōcursu ad hæc sufficientia. Primū pluuia: signū, sydus volans. Secundū, rubedo matutina. Tertiū, querela ranarū. Quartū, acrior morsus publicū. Quintū, quando sol solito citius mane apparet. Si verò nubes in media regione postquam fuerit versā in aquam congeletur à superueniente immodico frigore, & sic descēdat, grandinē habemus: quæ tantæ nonnūquā quantitatis reperitur, vt lapides magni ponderis in ea inueniantur conclusi. Quos nō est existimandum generari in media aëris regione, sed nimio calore cū vapore simul sursum tractos fuisse. Cuius rei argumentū videri potest, quod lapides eiusmodi in grandineis globis repertos, cōpertū sit plerunq; igneæ naturæ esse, & velut virtute ignē continentis: vnde fit, vt propter inhabitantem igneā naturā, facilius sequatur solis per calorem trahentis impressiōnē. Grando rotunda est ferè figura, quia est pluuia cōgelata, & aliquando ingentis magnitudinis: quod fit quia ilico pluuia cōgelatur, antequā in minutas guttas dispergatur. Ratio de pluuia dicta est, quod nonnunquam animalis speciem referat: causa asseritur, dominium alicuius astri, tale animal producere nati: in vere & autumnō potissimum cadit. Non solet autem grādo fieri hyemis tēpore, quia tunc media aëris regio non est multū frigida: neq; rursus ita frequēter media æstate, propter calorē nimium, qui tam crassum vaporē non facile permittit sursum scandere. Videtur enim grādo plus materiæ exigere, quā pluuia, & frigus multo magis. In vere autē & in autumnō solet frequentius accidere. Tunc enim & calor est sufficiens eleuandæ materiæ & non immodicus, vt dissipet eā: est etiam humiditas copiosior maxime in autumnō, quo vapores generentur facilius & copiosius. Nihilominus tamē etiā æstate media cō-

- tingit generari impetuofam grandinem, cum contigerit materiam fufficientem furfum eleuatā esse. Nix verò fit, quando nubes antè cōgelatur quàm in aquā fit versa: quare & nix cōpacta, difficilius diffoluitur à sole, quàm glacies. At si eleuatur vapor modicus & subtilis, non habens fufficientem calorem, vt possit ad mediam regionem tendere, tunc in infima regione per frigus nocturnum ros generatur, quando nubes vertitur in aquam: qui fit maxime verno tēpore, quando minor est calor, & frigus nocturnū sufficiens ad conuertendum modicum & subtilem vaporem in aquam. Si verò vapor subtilis prius congeletur, quàm in aquā vertitur, habemus pruinā. Fit autē pruína tempore duriori, flante Borea potissimū: Ros contrā, flante Austro. Quod si iuxta terram pendeat sterilis vapor, id est, nō satis humidus vt ex eo possit aqua generari, neque satis calidus vt possit fursum eleuari, dicitur nebula vel caligo: quæ solis virtute dissipata præsignat serenitatem diei. Testimoniū enim dat, quòd nō sufficiat pro reliquis impressiōibus vapor eleuatus. Ros autē vt natura calorificus, rorilētes segetes collectas putrefacit, calor enim omnis externus putrefactiuus est. Ouibus quoq; le thalem vētris fluxum generat, ob humorem multū viscosum, nec satis excoctum: vnde pastores nō prius oues educunt, quàm sol suis radiis rorem summis graminibus herbisq; harentem, deuorauerit. Pruína plerunq; fœtet, ob terrestre admistū, & frigore impedière, non consumptum quare & aqua, ex pruína dissoluta, insaluberrima est, & maxime noxia. Pruína descendens serenitatis diei indicium est: fursum verò vecta, oppositi prænuincia est.

De fontium & fluuiorum generatione.

CAP. VII.

DE fontibus autem & fluuiis non est credendum generari ipsos ex concavitatibus, in quibus aquæ collectæ per pluuiā hyemis tempore reseruantur, vel fluites fluuios facerent vel fontes. Sic enim non esset constans neque stabilis cursus fontium & fluuiorum, sed aliquando possent deficere euacuato illo receptaculo. Igitur hoc pacto intelligenda est eorum vera generatio. Aër enim qui in poris terræ includitur seq; ipsum (cum maxime sit natura fluidus ac subtilis) terræ per poros immiscet, per nimium frigus (quod in terra abundat) condensatur facillime

*Generatio
fontium &
fluuioꝝ ex
Aristot. sententia.*

lime in aquæ guttulas, quæ paulatim in vnum locum descendentes, fonti principiam præbent aut flumini. Huius signum est, quia iuxta montes & ex montibus conspicitur egredi fontes & flumina: & sicut ex magnis montibus magna flumina, & quasi maria quædam, ita ex parvis montibus modici fontes egrediuntur, & modici velut riui. Non autem in locis planis videntur generari. Cuius est causa, quoniam cum sit mons à terra eleuatus, potest ex omni parte aer facillime ingredi: & insuper dubium non est montes habere poros & concauitates maiores, quanto sunt soli viciniore & magis expositi, quam terra in locis planis, intra quam non sic potest aer sese immittere neque immiscere. Quod si quis incredulus neget tantum aquæ posse congregari, vt tanti fluij inde generentur, videat quemadmodum humiditatis tempore circiter domorū vitra, aer in aquæ guttulas versus in vnum confluens, sæpe magnam aquam circum vitra fundat, ita vt etiam in terrâ defluat copiosius. Attēdat rursus, quomodo hyemis tempore, ex vapore adhærente vnguibus, ratione frigoris, generatur statim aqua. Attendat nimiam fluxibilitatem aeris, & terræ frigus valde condensatum: & his omnibus consideratis, definat esse incredulus, factus fidelis. Si quis obiciat, prius distum est aërem decuplo aquâ excedere, & ob id caernas terræ & montium tantæ quantitatæ aeris capaces non esse, illi respondetur, tantum aërem non contineri simul, sed vno corrupto, alterum mox succedere necessario, ne vacui illi recessus maneant, quod natura maxime abhorret. Adhæc in montibus multos cauos recessus esse. Magnificet igitur hac in re diuinam magnificentiam, quæ sicut pro terræ fecunditate, pluuias, imbres, grandines, niues, rorem donat aque pruina: ita de subtus facit scaturire aquas nostris vlibus familiaribus aptas, vt his indeficiēter recreati, non deficiamus coram eo (qui nos sic abunde semper consolatur) in vlla gratiarum actione.

De maris suisedine, eiusque fluxu & refluxu. CAP. VIII.

Maris salsedo generatur, ex permixtione exhalationis adustarū: quæ permixtæ cū vaporibus, copiose in mare patentissimū incidentes ipsū faciunt amarum & salsum. Calidum enim adustum, humido permixtum, facit saporem amarum: quod patet in lixiuio & vrina.

Aquæ

*Arist. in fine
2. lib. Mete.*

Aquæ tamen pluuiiales, quæ ex mari euaporantur, non sunt amaræ: quoniã eleuantur vapores puriores, & alterantur per virtutẽ cœlestiũ. Item flumina, si quæ fluunt ex mari immediatè, per meatus terræ transeuntia, colantur vt perdant suã amaritudinẽ, & accipiant dulcedinem deputatã. Huius etiam signũ est, quòd aquæ maris quæ in cereum vas vndequaq; conclusum per poros ingrediuntur, dulces fiunt: quoniã illa terrestreitas crassior, foris manet. Dicunt tamẽ quidam, mare ab initio amarũ fuisse creatum: quæ sententia priori penitus nõ repugnat: sed constat pariter, vt & secundũ naturalẽ cõditionem amaritudinẽ habeat suæ salledinis, & nihilominus idem efficiat amplius causa quam diximus. De fluxu autẽ, & refluxu maris si causa requiratur, ex Luna eã oportet: assignari, quæ dominatur humidis. Luna enim ascẽdente supra horizontem in quo est mare, ab Orientis puncto, vsq; ad punctũ meridiẽ, fluit mare. A puncto autẽ meridiẽ ad occasum declinãte, refluit. Iterum ea ab Occidẽte ad angulũ noctis pergente, fluit: ab angulo noctis, ad Orientẽ, refluit. Quòd autẽ fluxus nunquam eadem hora incipiat, sed quotidie paulò minus vna hora serius, Lunæ motui quo ab Occidẽte versus Orientẽ tendit, est adscribendũ. inde enim est, quòd serius quotidie exoriatur: conficit siquidẽ proprio motu quotidie tredecim gradus cũ vndecim minutis: & gradus quindecim, horam efficiũt. Quòd autem maria aliquãdo fortius fluant & resuant, quàm alio tempore, est ex vicinitate Lunæ ad maria. Quando enim Luna directè respicit mare, existens supra horizontem, multo fortius mouet, quàm quando existens sub horizonte, per reflexionem virtutis tantũ operatur eundem effectum. Virtus siquidem tantum reflexa, est minor, & directæ debilior. Eodem etiã modo, aliquando mare crescit, aliquãdo decrescit: nunc cõdensatur, nunc rarefit. In nouilunio siquidẽ, vtriusq; & Solis, & Lunæ lumen impeditur, ne valeat aërem subtilem seruare: quare ingrossatus, in aquam magis tum vertitur: propter quod mare in nouilunio substantialiter crescit. In plenilunio etiam vtriusq; lumen non prohibitum rarefacit aquas maris, & crescunt per rarefactionem, non per substantiam: quæ & homines in se faciliẽ, si aduertant, experiri poterunt.

De ventis & eorum generationibus, atq; diuersitatibus.

CAP. IX.

Venti generantur per Solis virtutē, euaporata à terra exhalatione calida & sicca, quæ quærens sursum ascendere, & à frigido obuiante repulsa, secundū diuersos occurfus, & repulsus, diuersimodè circa terrā agitur, & mouetur lateraliter. Qui etiā à regionibus ex quibus flatū conspiciuntur habere, nomina accipiunt, & naturarū suarum conditionē diuersam. Ex regione nanq; Orientalis, flat ventus Orientalis: qui est iuxta conditionem suæ regionis calidus & siccus, conueniens cū cholera, æstate, iuuetute, & igne, in qualitatibus naturalibus. Regio Occidentalis cū suis ventis est humida, & frigida conueniēs cum phlegmate, hyeme, senectute, & aqua. Regio Septentrionalis, quæ à septē stellis quæ triones nominatæ sunt à poëtis, hoc sumpsit vocabulū, habet vêtos frigidos & siccus. Quæ in re cōuenit cum melancholia, autumno, ætate decrepita, & vltima senectute, atq; cū terra. Ex parte meridionali, australes flant vëti, calidi & humidi, similes sanguini, veri, aëri, & adolescentiæ. Vocātur autē hi quatuor venti principales, Subsolanus, Zephyrus, Boreas, & Auster, qui & alios habēt sibi collaterales hinc & inde: quos non laboramus nunc curiosius distinguere, vt & nautis sua relinquamus, quibus nos antecellant. Hos roget, quis quis ea volet cognoscere exactius, atq; distinctius discernere. Generātur autem venti ex sicca exhalatione, sicut pluuia ex humida euaporatione; & à sole generantur: qui etiam eos dissipat maiore exortus ardore, resoluēs in aërem atq; difficiens. Nonnunquam autem cum vaporibus humidis cōmixti simul, & eis coniuncti, pluuiam faciūt. In terram quoque possunt resolui, sicut vapor in aquam: verū id & difficilius est, & rarius. Seneca quoque dicit ventum esse aërem motum: asserit & aëri quandam spirandi atque seipsum mouendi vim esse innatam, nimirum, cum putandum non sit, aërem præ ceteris elementis inertem ab ipso omnium conditore esse relictum.

De terræ motu.

CAP. X.

Quando autē cōtingit intra viscera terræ plurimas generari exhalationes in cōcauitatibus ipsi⁹ per virtutē Solis atq; astrorū ex materia ipsius terræ, & humiditatis

Aristo. quæ sequuntur tractat 4. lib. Mete.

ratis terræ immerſæ, ſi egredi nequeant, ob nimis compactam terram, & nimiam ventorum groſſitiem, neceſſe eſt terræ fieri motum in aliqua parte. Qui ſi in larū fiat, tremor dicitur: vbi verò eleuatio ſit collis in altam, dicitur pulſio. Et hoc terræmotu contingit ciuitates opprimi, & montes generari, & etiam ſubruui. Neq; eſt mirandum, tantam habere vim exhalationem incluſam intra terrā, quoniā videmus ex modicis ſpiritibus in hominibus exitum quaerentibus, magnos ſubinde tremores fieri. Auditur autem aliquando ſonus multo ante terræmotum, ex concuſſione exhalationis ad latera terræ genitus. Cæterum durationē habet iuxta exhalationis magnitudinem, & firmā ſolidamq; terræ compactionem. Signa aliquorū futuri terræmotus ſunt. Primum, ſi mare nullo vento ſpirante ſubitò intumeſcat. Secundū, ſi aues ſolo pavidæ infideant. Tertium, ſi aquæ in imo puteo turbulentæ ſunt.

De tonitruo & fulmine.

CAP. XI.

Quid fulmen, & tonitruum.

FIt quandoq; vt pariter eleuetur vapor calidus, & humidus, atq; exhalatio calida & ſicca, pariterq; aſcendant in mediā aëris regionem: vbi quando contingit calidam & ſiccā exhalationē nube ex dicto vapore genita velut pelle circundari, propter antiperiſtaſim contrariorū, vehementius exhalatio ipſa incaleſcit, & exitum hinc inde petens, nubem cōcutit: quam cum à parte inferiori, quæ debilior eſt, frangit, egreditur fulmen, hoc eſt, exhalatio inflammata, vel ante egreſſum per nimiam caloris vim, vel in ipſa cōcuſſione (ſicut ex concuſſione lapidum naturæ igneæ, exoriūtur ſcintillæ) quæ ad terras propulſa, propter ſuā ſubtilitatem, corpora rara & peruia abſq; nocumēto citius pertrāſiens, in interiora ſolet magis deſa, magiſq; reſiſtentia plerunq; deſauiſſe, ipſa cōfringēdo vel adurendo. Nam intacta veſte, hominem conſumit, & carnibus illæſis ſæpe oſſa adurit, gladium quoq; frangit, vaginam nil lædens. Et licet ſecundum tempus prius ſe nobis coruſcatio, per lumen manifeſtet, conſtat tamen prius tonitruum eſſe, & fulminis coruſcationem ex nubii cōcuſſione (quæ tonitruū dicitur) generari. Idq; hac de cauſa, quoniā ſicut intellectus omnem ſenſum præuolat, ita viſus cæteris ſenſibus ſpiritualiſior anteuertit auditū. Cui rei argumēto ſunt, qui ligna cædūt in ſyluis, quos

Nota de fulmine.

Viſus antici pat auditū.

vide

videmus securim iam in altum eleuasse ad denuò ferendū, priusquā ad aures nostras primi ictus son⁹ deuenerit.

Quemadmodū verò in terra, ex coniunctione vaporis cū exhalatione generatur lapides, ceteraq; mineralia: ita cōtingit in superioribus quoq;, lapidē generari ex inclusione diutina exhalationis, & eius cōiunctione cum nube que est frigida & aquosa: qui cū fulmine deiectus, cuneus fulminis vocatur. Patet ergo quemadmodū & ventorū & terramotus, & tonitruū atq; fulgurationis eadem penē sit materia, ipsa videlicet exhalatio. Super terram enim agitata, facit ventum: in terra, terramotum: in nube autem tonitruum. Aduersus fulmē remedia sunt, loca subterranea: non enim profundius quinque pedibus terram intrat. Secundum est, pellis vituli marini, ex quibus ob id imperatorum tentoria fieri solent. Tertium est, laurea corona, nam laurus fulmine non læditur.

*Arist. 4. lib.
Mete.*

De halone, siue corona.

CAP. XII.

Per refractionem autem luminis in nubibus aquosis, contingit diuersas fieri apparētias. Cum enim nubes vniformis, & in omnibus partibus æquam raritatem, aut densitatē habens directē sub Sole, Luna, aut astro inuēta fuerit, incidit in eā ab obiecto lucido astro luminosus radius, & nubis occurso refringitur. Prohibetur enim directē ulterius procedere, propter nubis vniformem densitatē: atq; ita per extremitates nubis vbiq; diffunditur. Et per hanc refractionē apparet sub astro magnus circulus, lumine collustratus, in modum lucidæ coronæ, qui halon dicitur. Fit autem & sub Sole, & sub Luna, & sub Planetis alijs. Sæpius tamen circa Lunā, quàm circa Solē. Nam sub feruido suo calore, materiā nubis disgregat, neq; diu ea sub se consistere permittit. Luna autē non tantā habet vim dispergēdi materiā, quantam Sol: & ideo facilius potest apparere sub ea halon. Eadē ratione & circa astra sæpius apparet, quàm circa Solē. Verūm id fit cū nubes debilis est, & sterilis, vt nec ventū valeat nec pluuiā parere. In nubibus enim aquosis & spissioribus, nō videretur astrū ita suū lumen posse spargere, propter virtutis debilitatē.

*Halon sub
Sole, Luna,
& astris.*

De generatione Iridis.

CAP. XIII.

Iris autem sic generatur, in nube aquosa & vt in imbrē soluatur parata, ē regiōe opposita Soli aut Lunę refringuntur

Iris tricolor.

guntur radij luminosi Solis aut Lunæ, cuiusq; imaginē obscure, & imperfectē exprimunt, propter nimiam distantiam, & interiectionē vaporū inter Solē & nubē. Et inde apparet in ea nube arcualis figurę Iris, tribus distincta & adornata coloribus, videlicet puniceo, viridi & purpureo. Quæ colorum distinctio inde sumitur, quia radius luminosus quāto longius protēditur, tanto debilior fit, & minus habet luminosæ claritatis, & magis ad obscuritatem atq; nigredinem tendit: propter quod, radius fortior ille qui prius puniceum habebat colorem, debilior factus cōuertitur in viridē. Color enim viridis magis ad nigredinē tendit, & obscuritatem, quā puniceus. Ac rursus, idem radius factus debilior, tandē cōuertitur in purpureū, qui amplius quā viridis ad obscuritatē accedit. Differūt autem Iris & halon: quia Iris fit ex opposito Solis aut sui astri, halon autē directē semper sub astro. Iris etiā propter nimiam distantiam à Sole apparet nigrior: halon autē, albius & fulgidior, propter breviorē & fortiorē radij refractionē, ratione vicinitatis ipsius ad astrū. Rursus nō tātā durationis est halon sub Sole, quā Iris ex opposito Solis. Quia enim ille Soli est propinquior, idcirco citius dissipatur & disgregatur ab eo. Hæc autē longius distat. Unde non ita citò dispergitur, diutiúsq; valet cōsistere. Præterea halon semper integer circulus apparet, & verē est. Iris autē nunquā nobis apparet integer circulus aut portio maior semicirculo: sed vel semicirculus, vna extremitate vnā nostri horizontis partē tāgens, & altera oppositā: aut est portio minor semicirculo. Notandū autē quod nōnunquā videre cōtingit simul duas Irides, aut interdū (licet rarius) etiā plures. Duæ autē Irides cū simul apparent, eosdē quidē colores habēt, sed situ diuerso: ita vt altera habeat puniceū, viridē & purpureū, altera autē contrario ordine, purpureū, viridē, & puniceū. Et illa quæ apparet debilior, imago est alterius fortioris. Quando autē tres apparere cōtingit, tertia vsq; adeò debilis est, vt vix videri queat. Nā tertia cū apparet, debet illa fieri ex refractione radorū secundæ, qui valde sunt debilis virtutis. Et habet tertia debilissima semper colores similes primæ, & fortissimæ, puniceū scilicet, viridē & purpureū. Neq; em̄ cōtingit plures duabus simul apparere aut fieri in colorū

*Quomodo
simul plures
Irides vide-
ri cōtingit.*

positio

positione differentes, sed tertia semper primæ est similis.

Sed & hoc notandū est, quòd quāto sol supra nostrū horizon-
tē magis eleuatur, tanto minor apparet Iris. Atq; ob
hoc in meridie, Iris fit quā minima. In ortu verò vel oc-
casu, maxima quæ fieri potest, conspicitur. Eadē quoq; ra-
tione, in medio æstatis circa solstitiū æstiuale, quādo pro-
lixiores sunt dies, in meridie nō potest omnino apparere.
Post verò æquinoctiū autumnale, quando sunt dies bre-
uiores, potest per omnes horas diei sese manifestare.

De Parahelijs.

CAP. XIII.

Cæterū parahelii generantur ad hunc modum. Cum
enim nubes bene densa & continua, regularis & vni-
formis, sita fuerit nō sub sole, neq; ex opposito, sed ad la-
tus eius propinqua, vt vertatur in pluuiam, nondum tamē
versa, in illa sol per suorū radiorum refractionē suā ex-
primit, formatq; imaginē, sicut suā imaginē effingit sol in
ære polito & bene terfo. Hæc autem imago solis ad eius
latus cōsistens, dicitur parahelius, à para, quod Græcis iux-
ta significat, & helios, quod solē: vt dicatur parahelius,
quasi iuxta solē. Dictū est autem nubem illā debere esse
densam, vt melius refractionem faciat cōtinuam, vt inte-
griorem solis suscipiat imaginem: regularem quoq; & om-
nino vt magis vniformem veriorē & perfectiorem ex-
primit imaginem propinquam etiam verti in pluuiam, vt
commodius in ea representetur solis imago, quia si conuersa
pellucida, attamen nondum conuersam: quia si conuersa
iam esset, partibus discontinuatis nō esset apta solis ima-
ginem suscipere neque exprimere.

Parahelius
quid.

Differentia parahelij ab halone & Iride.

CAP. XV.

Differt autem parahelius ab halone, & Iride, primum
quidem ex situ loci: quia neq; sub sole fit, vt halon:
neq; ex opposito, vt Iris. Nam illic quidem sol materiam
sua virtute dispergeret, hic verò propter nimiam distan-
tiam refractione esset nimium debilis, quæ non sufficeret
ad imaginem solis effingendam. Sed medio modo ad la-
tus constituitur parahelius, vt sol nubis materiam nimia
propinquitate dissoluere nequeat, & copiosius ad nubem
radij peruenire possint, quæ sufficientem faciant refra-
ctionem, ad solis imaginem efformandam. Quemadmo-
dum autem ad latus solis in nube eiusmodi, qualis supra

descripta est, exprimit sol suā imaginē, ita potest facere & luna (quāquā cætera astra, ad perfectā talē imaginē & similitudinē omnimodā efformandā nō videantur sufficitia) propter quod sub parahelio etiā imago lunæ comprehendī debet. Contingit autē non solū vnum parahelium, verū etiam plures simul apparere. Testatur enim Plinius, tres simul lunas Gn. Domitio & L. Annio cōsulibus, apparuisse. Non quōd secundū veritatem tres lunæ fuerint, sed quia vna vera & duę imagines. Propter similitudinē enim cōmune habent nomē, quemadmodū homines imaginē ipsius, cuius imago est nomine solemus designare. Et, in tēpore natiuitatis saluatoris nostri Dei, ferūtur tres simul apparuisse soles, id est, sol vnus verus cum duobus paraheliis: qui tandē in vnū coēantes & cōuenientes significabant (vt rectē credimus) sanctissimæ trinitatis in vnitatē mysteriū, quod iam per Christi ortū erat palā in toto orbe faciendū, quodq; is qui mundo tum nascebatur sol iustitię, inhabitatē in se haberet plenitudinē totius diuinitatis. Et quōd cū Christo hominē & pater & spiritus sanctus vna essent substātia, & vnus Deus, vna lux, vnū lumē increatū & æternū, quod est benedictum in secula. Amē.

Hæc sunt mirabilia magna admirāda atq; stupēda, quæ solis & astrorū virtute atq; efficiētia siue in cælo sursum, siue in terra introrsum, siue super terrā deorsum fieri quotidie cōspicimus: quæ dā quidē frequentius, alia rarius, iuxta quod naturæ cursus exoptulat, & iuxta quod autor naturæ Deus voluerit atq; mādauerit. Omnia enim hæc nempe ignis, grādo, nix, glacies, spiritus turbinis ac tēpestatis, cæteraq; quæ suprā tractata fuere, faciunt verbum eius, eiusq; iussa obedienter perficiunt ad laudem glorię eius, qui in sublimibus inhabitans, etiā infima possidet, regit ac moderatur. secundū beneplacitū voluntatis suę, qui in trinitate perfecte vnus, & in vnitatē perfecte trinus viuit & regnat in secula seculorū. Amen.

FINIT LIBER SEXTVS.

PSALMVS ADMIRATIONIS
mirabili domino.

Multa iam diximus, & explicasse videmur nobis plurima: quæ erant occulta naturæ operis, tan nōnulla patefecimus.

Ter

Terrores ignium qui in supernis apparent explanauimus: hiatus quoque sfoveas, & puteorum voragines.

Pluuias, grandinem, niuem, rorem, pruinam, caliginem, hac omnia descripsimus.

Fontium venas & fluuiorum origines scrutati sumus: maris sal- felinem, fluxum atque refluxum considerauimus.

Ventorum qui terram perflant ortum distinximus: motus quoque & tremores in visceribus terræ.

Tonitruum & fulguram quibus terrentur homines, exposuimus ortum: halonem & parabelium & irides signauimus in nubibus de- super.

Hac omnia tractauimus, & explicasse nonnulla videbimur: tu enim Deus reuelasti nobis opera tua.

Veruntamen quæ adhuc occulta sunt nobis, plurima sunt: & par- ua nimis est portio eorum quæ nouimus, si conferatur ad ea quæ serua- tur occultata à nobis.

Quæ cognoscimus sunt pauca nimium, & ea ipsa quæ fortè cogno- uimus, sunt heu nimium tenuiter à nobis cognita.

Nimium tenuis est & obscura scientia nostra, neque est vel unum ex cunctis operibus altissimi, quod sit pro dignitate sua nobis cogni- tum.

Mitto cetera, fontem considero qui scaturit de visceribus terræ, quem per umbilicum suum resudando ebullit ipsa, iactu perpetuo.

Quis pro dignitate spectaculum istud vel modicum contemplari poterit: quis expendere sufficiet ortum aquarum tantarum, & fluxum perpetuum?

Surge diluculo, accede ad fontem, qui est in planitie ista, per ista iuxta illum, neque abscedat vsque ad meridiem.

Et cum aduenerit meridies, non te auocet ventris cupiditas à con- sideratione tua: perseuera astans tuo spectaculo, vsque in vesperam & noctem profundam.

Habe intentos semper oculos ad aquam quæ ebullit de ore ipsius, attende ad dulcem sonitum, quem aquarum supra petras casus con- tinuus immittit in aures tuas.

Dic mihi ubi sic perstiteris, si vlla vnquam hora defuit tibi spe- ctaculum tuum: num vel breuissima morula de seclum passus sis aquæ ebullientis?

Aquam quæ deprompta erat, non videbas redire iterum in ven- trem fontis, unde egressus fuerat, in riuiolos atque fluuiolos derivari conspicebas per alueolos, super faciem terræ.

Vniuersam aquam istam si tibi placuisset colligere, accepisses certe vasorum plurimum plenam amplitudinem, in non multo tempore.

Et quidem parum id forsitan, si diei tantum vnus spatium perdurat fluxus eiusmodi: nunc vero cursus est & impetus effluxionis perpetuus, & indeficiens in plurima secula.

Si collectæ starent aquæ quæ effluerunt è fonticulo isto minimo, ab initio ortus eius conspiceretur utique veluti flumen magni aquarum copia mundantium.

Fontes enim hi, ecce steterunt in diebus patrum nostrorum ante secula plurima, ante annorum centenarios plurimos, ut scaturiebant, ita ebulliunt & hodie.

Vnde verò tantam tu dicis ò spectator aquarum copiam? & ubi continebantur, priusquam exirent per os fonticuli?

Quod est penu in quo seruatur tanta multitudo aquarum, ut nō deficiat fluxus ex eo in tanta tempora?

In montibus affirmabis principium earum: aërem assignabis mihi in materiam?

Vnde verò virtus earum tanta in visceribus terra, ut ista sic perpetua fiat & indeficiens aquarum generatio?

Dic mihi qui habes intelligentiam & scientiam, si alium habes quam Deum autorem horum mirabilium?

Magne, magne Deus, contempler, & contemplari non sufficio: in consideratione mea hebescit acies cordis mei.

Si voluero plenam eloqui veritatem super ijs quæ præconsiderata sunt: dicam tibi in confessione laudis, quoniam tu autor es omnium simul horum mirabilium.

De tua fecunditate scaturiunt fontes aquarum, in te sunt venæ fontium, qui vena es aquarum viuentium.

Sed & cætera omnia quæcumque miratur homo, & nō sufficit, abs te vno procedunt: confiteor hoc tibi, ad laudem & gloriam tuam.

Multa diximus, & pauca omnino sunt atque exilia: nō enim pro dignitate explicare sufficimus maiestatem operum tuorum, quæ sunt mirabilia.

Confitebor tibi domine, & psallam donec fuero: magnus enim tu es, & nimis nimium laudabilis.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

IN LIBRVM VII.

CONSIDERATIONIS PHY- SICAE DE COELO ET

M V N D O

P R A E F A T I O.



PROSTEAQVAM in libris superioribus de rerum naturalium principiis & causis, deq; motu & aliis quibusdam rerum naturalium accidentibus, nempe infinito ac finito, loco, vacuo, & tempore, de rerum quoque naturalium generationibus, & corruptionibus, deq; meteorologicis impressionibus determinauimus, restat ut de totius vniuersi dispositione & partium situ, deq; celestibus illis orbibus (quae sunt omnium corporum secundum corporis rationem nobilissimas) specialius aliqua dicamus: de numero videlicet ordine, dispositione, virtute, deq; motibus eorundem, & in haec inferiora influxibus. Peculiariter vero de duobus illis luminaribus quae Deus praecae teris insigniter in temporum distinctione & rerum vicissitudine in caelis constituit, ad hominum utilitatem (Solem dico & Lunam) deque horum peculiaribus motibus, quomodo dies, annos atque menses nobis distinguat, generationes adducant atque corruptiones, quomodo nobis plenilunia & nouilunia ab eis contingant. Vnde eclipses siue solares siue lunares, vnde solstitia atque aequinoctia, & inuolabilis iste procedat temporum ordo. Vehementer enim ista sobrie cognita ad Dei gloriam profuerint contemplantibus, & ad ea quae de generationibus & corruptionibus dicta sunt, non parum praestabunt adiumenti. Primum itaque totius mundialis machine dispositionem & situm figuraliter describemus, ac deinde ad celestium considerationem transibimus: praemisissis interim aliquot diuisionibus, & definitionibus, hisce atque horum cognitione non nihil lucis adferentibus.

Quaedam diuisiones & definitiones sequentibus necessariae. C A P. I.

Eorum quae natura sunt, alia sunt corpora magnitudinesve, alia corpora ac magnitudinem habent, alia principia habentium sunt.

Quæ verba hunc habēt sensum, eorum quæ in rerū natura existunt, quædā sunt quātitates corporeæ, aut lineæ, aut superficies: alia sunt corpora prædicamēti substantiæ, quæ in se vti accidētia habēt huiusmodi quantitates: alia sunt principia substantiæ corporeæ, quippe materia & forma. Ad huius diuisionis notitiam subduntur definitiones continui, & specierum ipsius, quarum est hæc continui.

Continuum est, quod in diuisibilia semper diuisibile est.

Id est, quantitas continua permanens est quantitas, que potest secari in partes proportionales, ita vt nunquā sit peruenire ad partem in alias non diuisibilem, nec inconueniens est sic processum esse in infinitum, cum hoc solum potentia & non actu sit. De parte proportionali quid sit, prius ex dictum. Dictum quoq; est prius quantitatem continuum ex indiuisibilibus nō componi, cuius oppositum sequeretur, si ad partem indiuisibilem deueniretur. Patet hinc excludi tempus & numerum, continuum autem cum in tres diuidatur species, rectē singularum definitiones subduntur, quarum est corporis hæc,

Corpus est, quod est diuisibile omni ex parte.

Id est, corporea quantitas, est quantitas longa, lata & profunda, seu quæ mensuratur longitudine, latitudine, profunditate seu crassitie, quæ tres dimensiones sunt.

Linea est magnitudo quæ ad vnum est diuisibilis.

Id est, linea est quantitas continua permanens, vnica dimensione, scilicet longitudine, potens secari.

Superficies est ea quæ ad duo est diuisibilis.

Hoc est superficies est, quantitas continua permanens quæ duabus dimensionibus tātū (scilicet longitudine & latitudine) est diuisibilis. Hisce itaque definitis, commodum de motu locali corpori quanto attributo, non nihil dicendum viderur, qui diuiditur sic,

Motū localū seu (vt dicit Aristot.) lationū, alius est rectus alius curuus, alius ex hisce mixtus.

Cuius membra, ex subiectis eorundem descriptionibus, euadent manifesta.

Motus rectus est, quo sursum itur atque deorsum.

Id est, motus elementorum naturalis, ad locum videlicet naturalem, rectus est, qui per lineam quæ diameter mundi est, fit, siue sursum, siue deorsum fit.

Motus sursum dicitur, quo è medio pergitur.

Id est motus rectus sursum dicitur, quo è centro terræ tenditur per rectam lineam.

Motus deorsum dicitur, quo ad mediũ proficiscitur.

Id est, quo ad centrũ terræ per rectam tenditur lineam.

Motus circularis est, qui circa medium fit,

Hoc est, motus circularis est, qui fit circa centrum terræ secundum partes æqualiter distantes à centro. Atque horum motuum, soli rectus & circulares simplices dicuntur, eò quòd per lineam simplicem sunt, videlicet rectam & circularem. Describitur autem linea simplex sic,

Linea simplex est, quæ in omnibus sui partibus vniiformis est, secundũ rectitudinẽ aut curuitatẽ.

Quales sunt linea recta, & circularis. Atqui hæc quæ de motu dicta sunt, ipsis simplicibus corporibus esse tantum applicanda (iuxta Aristotelis sententiam) non vsquequaque fuerit difficile aduertere, quibus præcipue huiusmodi motus competunt. Colligitur tamen ex dictis admodum facile, quis motus rectus, quis curuus, quis sursum, quisve deorsum, atque ita deinceps iuxta vulgi accipiendi modum.

Motus mistus est, qui fit secundũ magnitudinem, partim rectam, & partim curuam.

Vt motus per arcum & neruum, sic motus venti obliquus, imo propemodũ cuiuslibet misti motus. Quoniam corporum quædam graua, quædam leuia, quædam neutra sunt, pretium operæ videtur, horũ definitiones subiicere. Est igitur leue, id quod aptum est è medio ferri.

Id est, quod è centro terræ, aptum est sursum moueri, vt aër, ignis.

Graue est id quod aptum est ad medium ferri.

Hoc est, quod ad centrũ terræ tendit ex naturali motu & proprio, vt aqua & terra. Porro hic animaduertendum est, quædam simpliciter leuia esse, vt ignis: simpliciter le-

uia aut graua, vt terra: alia tantum respectu alterius, vt aqua si conferatur terræ, leuis est, & non simpliciter: & aër collatus igni, grauis, non tamē simpliciter. Vnde &c. Leuissimum dicitur, id quod super omnia collocatur, quæ sursum pergunt.

Qualis est solis ignis.

Gratissimum est id quod sub his omnibus collocatur, quæ deorsum feruntur.

Vt sola terra. hinc infertur cælestes orbes, neq; graues, neque leues esse: non enim aut sursum aut deorsum ferri apti sunt, sed solum circulariter, qui motus perfectissimus est, vt & ipsa circularis figura. Quod autem dicitur leuissimum poni super omnia, &c. intelligendum est inter elementa, ne cælo ipsi competere putetur.

De totius vniuersi dispositione, & ordine omnium quæ sunt in eo.

CAP. II.

VNiuerſitas mundi, atque mundus vniuerſus, simplicibus constat atque mixtis corporibus.

Simplicia corpora sunt, quæ motus secundum naturam principium habent.

Id est, quibus motus simplex secundum naturam propriam non ab aliis participatam competit. Huiusmodi sunt quatuor elementa.

Composita sunt quæ mouentur ad nutum simplicis dominantis.

Qualia sunt omnia mista corpora. Simplicium sunt quædam quæ nullam suscipiunt primarum qualitatum, nec proinde secundarum, quæ ex primarum certa proportione consurgunt. Hæc sunt cælestia corpora, quæ nec graua nec leuia sunt (alioqui enim sursum mouerentur aut deorsum) sed naturaliter mouentur motu circulari, qui motus cum sit perfectissimus omnium, sicut & circulus est figura perfectissima, & maxime vniuersalis, conuenit corpori perfectissimo sphericam figuram habenti. Alia sunt simplicia corpora, quæ qualitates primas sibi habent determinatas. Ipsa sunt elementa quatuor, ignis, aër, aqua, terra. Inter quæ propter repugnantiam qualitatum actiuarum, cum sit pugna atque inimicitia perpetua, ob proportionem tamē actiue virtutis

Arist. 1. lib. de cælo.

Idem 8. lib.

Phys. & lib.

2. de cælo.

tis

tis in superiori, & resistētiæ in inferioribus, haud dubie or-
 dinatissimā, nullū horū cōtigit ab initio deficere. Horū,
 ignis vt summe leuis, rarissimus atq; purissimus, sursum
 habitat, suam cōuexā superficiē habens simul cum con-
 caua superficie orbis lunæ. Post ignē sequitur aër, tribus
 partibus siue regionibus (vt in præcedente libro fuit de-
 claratū) distinctus. Aëri proxima est aqua, quæ in princi-
 pio quidē creationis rerum sic terrā ambiēbat per circui-
 tum, & respōdebat iuxta suam superficiē cōuexā superfi-
 ciei cōcauæ aëris, quomodo nūc ignis ambit aërem, & su-
 perficiei cōcauæ cæli lunaris secūdū suā cōuexā superfi-
 cie ad aquatē responderet. Verūm propter habitatiōē ho-
 minum, ex Genesi patet, omnipotentis iussu aquam con-
 gregatā esse in locū vnū, vt appareret arida, hoc est, terra,
 fieretq; apta habitatiōi hominū, & fructificatiōi gignē-
 dorum ex ea. Mixta verò corpora, in locis elementorum
 suam habent mansiōē. Vnūquodq; iuxta suā naturā cō-
 stitutiōem: quædā quidē in aëre, quædam in aqua, alia in
 terris. Possunt autem mixta corpora vniuersa quinq; gra-
 dibus summatim complecti. In primo gradu & infimo
 sunt mixta imperfecta, id est, impressiōes meteorologi-
 cæ, de quibus iam in præcedenti libro determinauimus.
 In secundo gradu sunt lapides & mineralia quæ in ter-
 ris gignuntur, & ob longiorem durationem merentur al-
 tiori gradu à prædictis reponi. Atq; hæc omnia sunt ina-
 nimata. Tertius gradus habet omnes plantas, arbores, &
 herbas, & quæcunque vitam habent vegetatiuam, id est,
 quæ nutriuntur, augentur, & generant sibi simile. Quar-
 tus, continet omnia animalia bruta. In quinto autem &
 perfectissimo gradu est species humana, ad quam vt fi-
 nem ordinantur cæteri omnes gradus inferiores. In cu-
 ius iudicium sexto demum die, omnibus dispositis & per-
 fectis, nouissime Deus creauit hominem.

Gene. 1.

Quinq; gra-
dus mixto-
rū corporū.

Gene. 1.

De elemento ignis specialis determinatio. CAP. III.

Quanquam autem de elemētis in libro quinto tracta-
 tum est, quantū ad rationē elementi & qualitates
 elementares pertinet, hoc tamen loco aliqua sunt specia-
 liter dicēda quæ alias ipsorū conditiones respiciunt, vt pu-
 ta de modo existēdi, de perfectione, de situ locali, & hu-
 iusmodi, quæ huic loco magis cōpetunt. Et primū quidē

de ignis elemento, quomodo & ubi existat, & quā ob causam nō videatur, est dicēdū. De hoc enim elemēto quidā addubitant, nonnulli plane negāt, sensui magis quā rationi credētes, ob hoc scilicet quōd oculis ipsū non videāt, credere rationi recusantes. Putant enim elemētū tātū (nimirū decupla proportione aëris spherā excedēs) nō posse penitus latere oculorū corporaliū aspectū, ita ut nec serenissimis noctibus videri possit, quādo neq; à nubium obiectarū dēfiteate, neq; à solis lumine, vllū videtur impedimentū. Verū isti ex luce candelarū, carbonū, & facum, quæ apud nos sunt, seipos paralogizant atq; decipiant, somniantes vel carbonariū, vel lignariū aliquē ignem esse debere eum quē elementarem dicimus. Quia in re manifestat ratio crassissimē illos iudicare, non attendentes maximam dissimilitudinē quæ est inter ignē materialem (qui nobis in vsu est, ad illuminādas tenebras, aliāq; necessaria peragenda) & illum elementarem, qui ad rotius vniuersū decorē, cœlo proximus, locū quartū possidet. Ignis enim quo vtimur, non ignis est (vt in libro de generatione & corruptione diximus) sed igneū aliquid. Non enim corpus simplex est, sed mixtū: lōgissimēq; abest ab illa raritate quæ igni cōpetit elementari. Est enim ignis iste nostri vsus, admodū cōpactus, spissus, & plane opacus in se ipso, minimeq; transparent. Quod vel ex hoc facile patere potest, quoniā candela candelæ apposita vmbra facit, quod certē nō faceret, si ignis cādela corpus perspicuum esset siue transparent. Docet itē experientia, quōd directē trās ipsum ignē nostri vsus, nihil videre possumus, quōdque visum impediāt ne suū percipiat obiectū. At verō ignis elementaris, in sua natura & in sua sphaera decuplo rarior est, quā sit aër etiam purus & nullo vëto cōmixtus. Et si vllum elemētū purum est (Aristotele teste) creditur esse ignis: vt pote cœlo proximum, ubi difficilius est fieri vllam cōmixtionem. Vndē si aër decuplo densior, non potest terminare visū nostrum, sed est transparentes & perspicuus, quāto magis nō poterit terminare visum, ignis decuplo rarior, sed erit transparentior & magis perspicuus aëre in proportione decupla? Quōd autem visum nostrum nō terminet aër, manifestū est sensus experientia. Nam nisi motu & flatu vëti illū experirētur rudes homines (qui
bus

*Ignis elemē-
tari max-
ima raritas.*

bus tamen æquè sunt sensus vt doctioribus) planè nega-
 turi essent aërem, assererentq; vacuum esse vsq; ad cœlos.
 Sed experientis solis, iisq; certissimis, & manifestissimis,
 de aëris existentia certificantur. De igne verò, quoniã ni-
 miũ est à nobis elongatus, nõ possunt sic haberi experien-
 tia: propter quod, ad credendũ eius existentia quidã in-
 ueniuntur tardiores. Ratione tamen efficaci est demõstra-
 bile, talè qualem iam diximus ignis sphæram esse regioni
 cœlesti contiguã. Praterea, nullũ corpus diaphanũ, id
 est, perspicuũ, vel transparẽs, per se terminat visum, pro-
 pter suã transparentia, sed solum corpus opacum & non
 transparens visum terminat & penetrare non patitur.
 Quapropter si ignis in sua sphæra talis esset, qualis apud
 nos, essetq; visibilis & visus nostri terminatiuus, vt cor-
 pus opacum, necesse foret omnes stellas firmamenti, &
 planetas, ipsum quoq; Solè perpetuo nobis eclipsari, nec
 possent à nobis vnquam videri. Cum enim per circuitum
 vndiq; ambiat ignis totã aëris sphæra, ex omni parte lu-
 men cœleste impediretur à luce ignis. Totũ ergo decorè
 cœli talis ignis nobis absconderet, & penitus auferret.
 Quapropter voluit illũ Deus disponẽs omnia suaviter,
 in maxima raritate (vticuius naturæ cõueniebat) cõstitue-
 re. Quòd si quis interroget: ignis ille elementaris tãtus,
 vnde habet nutrimentũ? Videtur enim totus aër tãto nutri-
 triẽdo igni nõ sufficere. Attamen debere ignẽ nutrirĩ cõ-
 tinuo aliquo cõbustibili, videtur mõstrare experiẽtia. Di-
 cendũ est, ignẽ quidẽ in aliena materia nõ posse subsiste-
 re, neq; teneri, nisi cõtinuò nutriatur adiecto cõbustibili.
 In sua autẽ sphæra in materia propria, nõ eget vllius cõ-
 bustibilis nutritione, vt in naturali loco suo seruetur, ni-
 hilo certè magis quàm aër, aqua vel terra vllò indigẽt nu-
 trimẽto. Hæc propter simplicitiẽ quorũdam sensualem
 dubitationẽ de ignis elemẽto dicta volumus, ne ob sen-
 sus nostri angustia diuinæ maiestatis amplitudini aut ma-
 gnificẽtiæ operũ derogemus. Tã amplã enim & ex præci-
 puis mũdialis machinæ partib; vnã abnegare creaturã, ac
 per hoc pulcherrimũ illũ ordinẽ & proportionẽ ordina-
 tissimã, quẽ in quatuor elemẽtis cõsideratur, ppter sensus
 crassitiẽ destruere, quid aliud est, quàm ob nostrã angus-
 tia diuinæ potetiæ, & sapiẽtiæ amplitudinẽ cõstringere:

Obiectio.

Solutio.

Attende.

De

De situ elementi aqua, & terrae discoopertione. CAP. IIII.

DE aquarū etiā situ non inutiliter mouetur difficultas, ex eo quod iam antè primo capitulo dictū est, & ad oculum manifestè cernimus, terram non esse ex omni parte aquis circumdatam, sed secūdam partes aliquas esse discoopertā aquis. Tale autem aliquid in nullo omnino altiarum sphaerarum accidere videmus. Nam aër ex omni parte ambit aquā, & ignis ex omni parte aërem, ac deinde in caelestibus orbibus quilibet superior ex omni parte ambit inferiorem. Vnde apparet, hunc aquæ situm quem nunc habet, non esse prorsus illi naturalem, sed iuxta situm naturalem debere ipsum ambire & circumdare ex omni parte sphaeram terræ. Quærimus ergo ad cognitionem operis Dei, an sola diuina virtute absq; cooperatione naturæ ista terræ discoopertio, & aquarum separatio facta sit, an simul vlla naturalis virtus ad hanc rē concurrerit. Et si sola diuina virtute id factū dicamus in principio, die tertio distinctionis rerum, an vsquē nunc eodem modo, Deus miraculosè sua sola virtutē eam ita contineat. De hac re quorundā Astronomorum sententia est, terram sua siccitate obistere humori aquæ, sicq; eam velut fugare atq; à se repellere per suam astituitatē, in aliquot partibus, quantum pro mixtorum cōseruatione, & specialiter viuentiū atq; hominū vita cōseruanda est necessarium. Cur autem terra ab vna parte plus quàm ab alia aquam pellat, causam assignant ex adiutorio caelestis corporis. Dicunt enim in parte Septentrionali, iuxta polum nostrum esse stellas quasdam de natura Saturni, frigidas, & siccas, quarum assiduis impressiōibus atq; efficacibus influentiis ipsa terra vehementer adiuta, fortificata, & corroborata in sua siccitate, possit sese discooperire, & aquas propulsare. In cuius signum adducunt, quòd terra à parte Septentrionali semper manet detecta. Afferunt insuper etiā si per miraculum Deus die tertio non congregasset aquas, quòd temporis tamen successu naturaliter hoc ipsum effectum fuisset per virtutes naturales prædictas: impossibile tamen fuisset sic citò, & subito id fieri aliter quàm virtute Dei: quoniam agentia naturalia nihil agunt in instanti, sed successiuè, in operationibus naturalibus. Alij dicunt, etiā si nō fuisset virtus prædicta

dicta sufficiens causa, ad efficiendum in principio terræ denudationem & discoopertionem, sufficere tamen eam posse, ad sic terram in sua discoopertione conseruadam. Minoris enim virtutis est, quippiã in statu aliquo conseruare, quã primo in eum perducere: quemadmodũ medicina: ars in vita hominem seruat, quæ tamen vitam minime donare potest non habenti. Verũm cũ prædicta sint omnino incerta (quis enim definire nobis poterit an virtus aliqua talis sit in terra, vel in cœlestibus constellationibus ad eã rem sufficiens) præstat vt eo quod certissimũ est contenti simus, hoc autem est, quod ex infallibili doctrina sanctæ scripturæ didicimus, nempe diuina virtute terram esse discoopertam, verbo & iussione omnipotentis Dei, dicentis (vt primo capite Geneseos scribitur) Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat arida. Cuius verbi sanè potentissimi efficacia, credimus vsque nunc permansisse aquam in eo situ & loco quem tunc accepit, & in quo nunc cernitur: ita scilicet vt terram non quomodo ab initio ex omni parte circundet, sed ex magna parte nudam velut circumlambat. Et licet forsitan veritatem habeat, quædam astra sua virtute ad hoc cooperari (Deus enim per causas secundas multa conseruat, quæ per seipsum fecit ab initio) quia tamen sancta scriptura de hac re loquens, non nisi Deo totũ tribuit, idcirco neq; nos adiicere quicquam volumus. Nam præter iam supradictam Genesıs autoritatẽ, ita in prouerbis clamat Sapientia, Quando circũdabat mari terminum suum, quando legẽ ponebat aquis ne transirẽt fines suos, ego aderã cum eo cuncta cõponens. Et Prouerbio- rum x x. cap. vir cũ quo loquutus est Deus interrogat, dicens: Quis conclusit aquas quasi in vestimẽto? Et manifestum est quod pro responõsione subauditur, Dei potentia. Similiter Iob x x v i i i. de Deo dicitur, Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mẽsura. Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonãtibus. Iterum Psalm. x x x i i. Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Et quomodo de montibus alicubi loquitur Psalmista dicens: Terminum posuisti eis quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram: sic nihil dubium est, quin & de aquis nos loqui

Certior sententia.

Genes. 1.

Prouerb. 8.

Prouer. 30.

Iob 28.

Psalm. 32.

Psalm. 103.

opor

oporteat. His ergo modis cum scriptura totum hoc miraculum Deo ascribat, nobis videtur superuacaneum aliam causam querere. Si autem roges, Num ergo continuo miraculum facit Deus, dum ita terram continet denudatam? Audi. Semel loquutus est Deus verbum virtutis, & sermonem potentem protulit in die tertio, nec opus est, ut loquatur iterum. Voluit enim ut effectum haberet sua illa iussio, donec super terram esset mixtorum habitatio: quod est usque in consummationem seculi. Miraculo quidem haec terrae denudatio primum facta est, iam sic manet terra absque nouo miraculo, & se aqua ubi semel posita est continet, absque nouo miraculo. Non enim inobedientes sunt creaturae naturales ut homo: cui necesse est sapienter eadem vel praecipere, vel prohibere, propter inobedientiae promptitudinem. Si iterum roges, num violententer aqua continetur & cohibetur in unum locum, ut non terram circumdet, posteaquam a situ & statu primo naturali priuatur? Audi iterum: Si quidem sola naturae virtute per vim terrae, aut operationem Astrorum id factum esset, violentia utique dicenda foret. At verò cum verbo & iussione omnipotentis Dei (qui totius naturae autor, rector, & gubernator est) constet omnia haec peracta, quomodo dicere poterimus, aquam in suo situ ex hoc vllam pari violentiam, quamuis iam non ut ab initio terram circuncingat? Quomodo enim violentum & vllius creaturae naturae poterit esse contrarium, quod ex voluntate est, & iussione Domini naturae, dulciter gubernantis, & disponentis omnia suauiter? Quomodo in familia bene ordinata & subiecta violentum esse poterit aliquid eorum quae patrefamilias sua voluntate disposuit? Non ergo nunc violententer cohibetur aqua ne circundet terram, sed suauiter & dulciter sese continet Dei imperio obsequens, usque dum in consummatione seculi (mixtis omnibus consummatis) eiusdem verbi iussione suum locum recipiat.

De terrae immobilitate & minima quantitate. CAP. V.

OMnium autem infima est terra, quae medium mundi obtinens, quasi totius mundialis sphaerae centrum, penitus immobilis perpetua firmitate consistit: circa quam ut centrum immobile voluuntur amplissimi illi caelorum orbis, simul & alia elementa superiora continuo motu

mouen

*Nota firmio
re reru
naturalium
quam homi
nis obedi
entiam.*

Sapient. 8.

moventur, ignis, scilicet, aër & aqua. Soli enim terræ conuenit prorsus secundum locum immobilem cōsistere, vt secundum se totam nunquam moueri possit, neq; motu circulari, neq; motu recto. Est enim quasi mundi centrū, ab altissimo Deo posita in medio totius mundialis machinæ. Vnde sicut in corpore sphaerico quod circulariter mouetur, cunctæ ipsius partes mouentur circulariter, solo ipso centro (circa quod aliæ partes voluuntur) immoto permanente: ita & de terra intelligēdum est, quòd sola in medio mundi stat immobilis. Quemadmodum per Sapiētem dicitur, Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in æternum itat. Quòd si quis obiiciat, fieri non posse, vt terra quæ tantæ quantitatis moles nobis videtur, centrum esse dicatur, cum cētrum habeat rationem puncti, sitq; indiuisibilis punctus corporis alicuius sphaerici, ipsa autē terræ substantia nequaquam sit indiuisibilis, neque punctualis, sed in plura miliarum millia sit diuisibilis. Huic obiectioni respōdetur dicendo, quòd terra tamen si nobis pusillis, & pusilla semper cōtemplantibus magnæ admodum quantitatis esse videatur, si tamen eam conferamus ad totius mundialis machinæ, & cœlestium orbium magnitudinem, nō posse aliter quàm punctum censei, atq; æstimari, nō quidem quòd realiter punctus sit indiuisibilis, sed quia per comparationē (propter immensum quantitatis superexcessum) non aliud quàm punctus videbitur, adeò quòd si totus globus terrę fingatur in firmamento positus lucere sicut stellæ quæ nunc sunt in firmamento, penitus non posset videri, præ nimia sua paruitate, sicut & multæ aliæ stellæ ob suā paruitatem nunquam apparēt. Nam (vt tradūt expertissimi, probatissimiq; Astronomi) minimæ stellæ visu notabiles quæ in firmamento cōsistunt, quantitate sunt maiores tota terra decies & octies: quæ tamen minimæ sunt inter eas quas visu notare possumus, atq; distinguere. Ad quod plenius mente intelligendum (quandoquidem sensui videtur irrationabile) aduertendū est, iuxta Ptolemæi Al-

Terra cen-
trū mundi.

Nota ma-
gnitudinem
stellarū fir-
mamenti.

septies.

septies. Sunt alia secunda magnitudinis, numero xlv. quarum quaelibet maior est terra nonagies. In tertia magnitudine sunt ducenta & octo, maiores terra septuagies & bis. Quarta magnitudinis stellae sunt ducenta sexaginta quatuor, maiores terra quinquagesies quater. In quinta magnitudine sunt ducenta decem & septem, quarum quaelibet maior est terra trigiesies quinquies. Sexta autem magnitudinis sunt stellae ducenta quadraginta nouem, & quaelibet earum est maior terra decies, & octies. Et istae sunt minimè visibiles, quae ab Astrologis sunt notatae: de quibus dicit Alphraganus, quod minima stellarum visu notabilium, maior est tota terra. Sunt verò praeter has aliae, non in determinato numero, visu non distinguibiles, quarum numerum solus Deus cognouit: Iuxta quod in

Psal. 146. Psalmis dicitur, Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Et ad Abrahami voce domini dicitur, Aspice caelum, & numera stellas, si potes. Ex quibus manifestissimè patet, quod rectè dictum sit totam terram in comparatione ad firmamentum nihil esse aliud quàm punctum quoddam & centrum. Quanto magis ergo si ad caelum illud supremum, quod empyreum nominatur, quantitate & mole (vt ex sequentibus patebit) longè maius conferatur? Adiuuro te lector quisquis es Christiano pectore, etiam, atque etià perpendas ex his quae dicta sunt, quàm sit miseranda sors eorum hominum, qui propter angustissima huius terrae praedia illam caelestem perdunt amplitudinem. Iterum, quàm vanè, & sine causa sese efferunt, qui in terrenis gloriantur possessionibus. Rursum, quàm miseri sunt, & nimium malè sibi consulentes, qui pro terra aut iis quae in terra sunt possessionibus ad inuicem contendunt, mutuo se fraudant, ac decipiunt, non raro etiam peierantes, omni aequitatis ratione postposita: ita scilicet punctalem terrae angustiam immensae caelorum amplitudini praeligentes. Nam etiam si terram totam quis obtineat (id tamen quod nulli adhuc hominum potuit contingere) quid ille aliud quàm punctum rapuit? quid ille aliud quàm punctum manibus tenet? in centro dominatur, in atomo tenet impertium. Illi ergo qui pro terrae minima portiuncula, vt pote pro agello, pro angusto praediolo, pro domuncula siue casula contendunt,

dunt, suntve solliciti, quid aliud moliantur, quid agunt, quid quærunt, nisi de puncto (si id rectè potest intelligi) punctum tollere: O' vanas hominũ curas, O' pectora cæca. Disce ô miser, infelix attende, pro quàm minima recula, quàm maximum perdas thesaurũ: & pro angusto fornicarum nidulo, quàm amplissimum abiciias palatium: terrenam sortem dum cœlesti præeligis.

Vnde terra habeat suam immobilitatem, atque firmitatem.

C A P. VI.

Quod si quis roget, vnde hoc habeat terra, vt immobilis in medio iaceat: cū & sphæricam habeat figurã, quæ admodũ in se mobilis est, & fundamentũ nullũ videatur habere stabilitatis, cū in aquis cernamus eam velut natate, quæ minimè sunt stabiles, sed fluunt perpetuo?

Ad hæc rē nõ aliã possumus assignare causam cõueniẽtiore illa quam supra de terræ denudatiõẽ diximus, quod scilicet verbo & iussione dei suã hanc habeat stabilitatẽ. Quemadmodũ enim aquarũ in vnũ collectionem supra ostendimus in scriptura soli deo ascribi, sic & ista terræ cõfirmatio in plerisq; scripturarũ locis inuenitur deo soli attributa. Vnde illuminatissimus ille Psalmodographus canit, *Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã: nõ inclinabitur in seculũ seculi.* Rursum, *In initio tu domine terrã fundasti.* Et iterũ, *Qui firmavit terrã super aquas.* Et ex persona domini in alio Psalmo, *Ego cõfirmaui colũnas terræ: hoc est, sic eã stabiliui, & cõfirmaui in sua firmitate, acsi columnis subiectis fecissem immobilẽ.* Idem est quod in Prouerbiis dicit Sapiẽtia, *Quãdo appendebat fundamenta terræ, & cætera.* Item, Dominus sapiẽtia fundauit terram. Et in libro Iob, *Qui appendit terram super nihilũ.* Ac rursum ex persona domini, *Quando ponebã fundamenta terræ. Nec dubiũ, quin sicut verbo domini cœli firmati sunt, ita sit & terra verbo domini fundata.*

De terra rotunditate, & montium eleuatione in terra.

C A P. VII.

Est autẽ terra rotunda ac figurã sphæricã, quẽ admodũ & physici & astronomi suis demõstrationibus, & rationibus probãt. Quod tamẽ si perfectã debeat habere veritatẽ, intelligendũ videtur secundũ suam naturalem cõditionem, nõ secundũ eum situm in quo nunc est, pro-

m

Psal. 103.

Psal. 101.

Psal. 135.

Psal. 75.

Prou. 8.

Prou. 3.

Iob. 26.

Iob. 38.

Psal. 33.

*Quare deus
in terra mō-
tes, & val-
les cōstituit*

pter hominū vtilitatem. Cōgruebat namq; viuientiū vtilitati, & præcipuè hominis (propter què omnia facta sunt) quasdā terræ partes esse sublimes, alias verò depresso- res & humiliores. Sic enim propter diuersas cōplexiones diuersarū partiū terræ, diuersitates mineralium, & terræ nascentiū, atq; animalū nobis conferuntur. Nā in huius- modi quidem locis optima sunt pascua, in eiusmodi vna optima maturescūt. In aliis verò frumēra pinguis, & plena, in aliis fructus optimi nascuntur. In aliis aut locis generantur mineralia, alibi specierū aromaticarū multa copia, alibi ligna preciosa & salutare herbe, bestiarūq; mirabiles gignūtur. In aliis locis, alię generantur diuersitates rerū quā plurimæ. Sic igitur in qualibet terræ plaga, secundū quod per montes, & valles, variè disposita est, varia vegetatiua atq; animalia progignūtur. Et quædā quidē in vallibus feliciter nascuntur, quæ nō ita feliciter aut omnino nō in montibus progignerentur, vbi nimius esset calor ardore contrario, alia in montibus felicissimè gignuntur, quæ minimè in vallibus, propter solis defectum aut aliā quālibet causam. Voluit ergo optimus ille, & perfectissimus naturæ artifex creator & gubernator, tēporū atq; regionum vicissitudines alternare, vt omni ex parte sufficiens esset hominū prouitio, abundantissimāq; illi præberet diuersorū bonorū copiā, eorū quæ humanis vtilibus poterāt deseruire, vt illi quæ tam magnifice cōdidit, munificētissimè etiā in cūctis faceret esse prouisum: pariterq; vt ex tot rerū optimarū diuersitatibus, ipsius infinitā sapientiā amplius demiraremur, quā in vniformi opere nō ita perfectè neq; ita plenè potuissimus cōspicere. Itaq; propter istā terræ inæqualitatē, manifestū est, terrā secundū eum statū in quo nunc est, nō esse omnino rotundā, si punctualiter loquamur. Verū tamen si crasso modo loqui volumus, clarū est, quod montiū ista eleuatio, & valliū depressio nihil obstabit, quo minus rotūda terra dicatur. Nā eleuationes eiusmodi atq; depressiōes, cōparatione facta ad totā terrā, quasi nullius sunt æstimationis, & insensibiles. Vnde si quis in aëre plurimū eleuatus esset, videretq; terrā ex alto, penitus rotundā eam iudicaret, nec impediret eius iudiciū mōtiū eleuatio, qui in cōparatione ad totū terræ globū quasi nihil sunt. Nā terra secundū totū suum

Terræ magnitudo.

suū ambitū (auctoritate Ambrosij, Macrobij, Theodosij, & Aristænis, Philosophorū) definitur cōtinere stadia ducēta milia, & quinquaginta milia, & duo milia, hoc est miliarū Romanorū vnū, & triginta milia, & quingenta: quanquā à præcedētibz differt Ptolemæus, qui terræ ambitū cōtinere dicit tantū centum milia, & octoginta milia stadio rum. Vtraq; autē quantitas secundū superficiem sumpta, profecto magna est valde, vt merito montiū quorūcunq; eleuatio quali pro nihilo veniat computanda. In cōsumatione autem seculi, vbi desierit terra ministerium præbere mortalibus, verisimile est, eam ad perfectam æqualitatem redigendam, quando etiā (vt suprà diximus) creditur aquis iterum cooperienda, vt fuerat ab initio.

Vnde ordo in elementorum situ. CAP. VIII.

Quare autē ignis hunc locū habeat: vt proximus sit cœlo lunari, & quamobrē secundū post hunc locū habeat aër, deinde aqua & cur infima sit terra, nō difficulter rationē reddet, qui sapientiā primarij cōditoris attēderit. Nihil enim dubiū est, quin præcipua sit causa, illius voluntas, qui ea sic condidit, & in suis qualitatibus secundum maiorem & minorē nobilitatē disposuit. Deus enim infinita sua sapientia & bonitate, qua elemēta formauit, suisq; perfectionibus & qualitatibus perfecit atq; distinxit, cognouit pariter & quis locus vnicuiq; eorū secundū meritū perfectioris naturæ debeat. Eiusdē siquidē est, rebus iuxta perfectionis suæ meritū, & naturæ cōgruitatem locū dare, cuius est res in essentia constituere, & suis perfectionibus absolueret: quæadmodū imperator qui diuersos status nobiliū instituit, simul etiam locū eisdē iuxta suā dignitatē designat. Possumus tamē ex elemētorū qualitatibus intelligere, & cognoscere, quod conuenienter & sapiēter ita sint elemēta disposita, quomodo disposita creduntur atq; videntur: quoniā decens est, vt elemētum quod cœlesti naturæ propinquius, & secundū naturæ nobilitatem vicinius est, locū quoq; propinquiorem accipiat: quemadmodū in aula regia, is qui dignitate regi proximus est, meretur quoque proximiorē illi locū accipere. Vnde cū ignis, raritate, diaphaneitate, siue perspicuitate, subtilitate, celeritate (quæ etiā in cœlestibus reperiuntur) cætera omnia excellat: post hunc autē proximus sit aër,

Nota.

deinde aqua: merito quidē obtinebit ille locū primū, iſſe ſecundū, hæc tertium. Terra verò vt penitus opaca, craſſa, compacta, minimeq; transparent, grauiſſima, & immobilis, ac proinde à regione cœleſti quàm maximè diſtans, merito longiſſimo interuallo à cœleſti regione dirimitur. Verūm hæc de elementis & eorū ſitu dictū ſufficiant. Nunc ad cœleſtem regionem contemplantam elementari perambulata, alacri animo tranſeamus.

De differentia nature & regionis cœleſtis ab elementari.

CAP. IX.

PRimū quidē figuratiter deſcribere nos conuenit, quò modo hæc ætherea ſiue cœleſtis regio, à priori diſcrepet, & quāobrem nō in vnā poſſint regionē cōpingi. Omni enim magna quædā diſtinctio ſit neceſſe eſt, inter has duas regiones, vt nō in vnā valeant cōputari: quādo quidē elemēta, tametiſ ab inuicē admodū diuerſa, imo prorfus cōtraria, in vnā tamen regionē deputantur. Attendēda eſt ergo cœleſtis natura ab elementari multiplex differentia. Nā elemēta qualitates habēt adinuicē cōtrarias, quarū rātionē adinuicem contrariantur, & pugnāt adinuicē, ſuntq; inuicē natæ ſeſe corrūpere, & frequenter corrumpunt in ſuis partibus, vbi alterū alteri præualere cōtingit. Vniuerſa quoq; mixta corpora ingrediuntur ad cōpoſitionē, ac ſuis his qualitatibus ad interitum cūcta quæ ex ipſis cōponuntur perducunt, nec omnino eorū aliquid ſiſtunt eſſe perpetuū. Natura autē cœleſtis, ab huiusmodi qualitatibus prorfus immunis eſt, nullā habens qualitatem eiſmodi, ſecundū quā adinuicē cœleſtia poſſint agere, & pati, neq; adinuicē pugnant, neq; vllius augmentationis aut diminutiōis ſunt ſuſceptiua, nec generationis, vel corruptionis, neq; in ſe, neq; in ſuis partibus. Ab omni ſiquidē motu quo aliquid abiicitur à re, itē & ab omni motu ad formā ſubſtātiālē, eſt abſoluta, immunis, & libera ſubſtātia cœlorū. Habet autē cœleſtis natura ſenſibilē qualitatem vnā longe nobiliſſimā, videlicet, lucē mediātē qua agit in inferiora. Quæ cū nullā habeat qualitatem contrariā, nullius rei in ipſa actione ſuſcipere poteſt derrimētū. Sed nec ipſa rē vllā ad corruptionē deducit, quoniā nullā in rebus habet qualitatem cōtrariam: quin potius his omnibus inferioribus eſſe, vitā, virtutē, & durationē inſtillat, quem

Ariſto. 2. de cœlo.

Lux nobilis qualitas.

quemadmodū manifesta nos docet experientia. Solis & cœlorū atq; astrorū luce cuncta in terris produci, & melius habere, nullā verò ex eius actione fieri corruptionē. Vnde patet lucē esse multo meliorē qualitātē, quā sint illæ quas habet elementaris natura, nimirū vnus nō absq; alterius violētā corruptione generatiuæ. Neq; cœlestis natura vllius mixtū cōpositionem ingreditur, vt ex ipsius natura vllum mixtū participet, sed tantū suæ virtutis efficaciam absens in mixtis operatur. Nō enim potest cœlestis natura formā aliā suscipere: quemadmodū libro primo in tractatu de materia rerū naturalium latius declarauimus.

Differunt insuper, & in motu. Nā omnia elementa motu recto secundū naturā, nata sunt moueri, ignis videlicet & aer sursum, terra autē & aqua deorsum, & cito finitur eorū motus naturalis. Nā mox vbi locū naturalē attingūt, quiescūt. Cœlum autē motu recto moueri nō potest, neq; sursum neq; deorsum, neq; motu laterali dextrorsum vel sinistrorsum, sed tantū motu circulari: quo etiā continuo & indeficienter mouetur, neq; vnquā à motu cessat, propter cōtinuas rerū generationes & corruptiones saluandas, mouebiturque, donec perstabit huius seculi status is qui nunc est, ad hominis ministerium. Propter hanc autē tantam tamq; euidentissimam & maximam diuersitatem inter naturam elementarem & cœlestem. Philosophi cœlum nominant quintam essentiam, hoc ipso significātes, non de natura quatuor elementorū esse cœlum, sed substantia ab elementis omnibus differre, tamen antiquorum quidam olim existimauerint cœlum esse de natura aeris, astra verò de natura ignis. Quorum errorē, naturales Philosophi, qui illos subsequuti sunt, rationibus certiora edocti manifestissime confutauerunt, vt nemo iam sit qui huiusmodi positioni præbeat assensum.

Vnde habeant cœlestia corpora motum circulem, & an naturaliter moueantur. CAP. X.

DE causa verò efficiente motus cœlorū quæstio est, an ab aliquo principio intrinseco moueantur circulariter, quòd sit pars eorū, vt pote à forma sua substantiali, an potius ab extrinseco aliquo mouente, quod sua virtute cœlesti corpus cōtingens, ipsum secundū circulū voluat. Ad hanc quæstionē verisimilior respōsio est, motū circu-

Cœlū quintam essentiam dixerunt.

larem orbium celestium effectiue causari ab intelligentiis, vel mentibus beatis, quas Philosophi dixerunt orbium motores, diuinos, optima vita fruentes, nec tempore senectam aut aliam quamlibet inueterationem suscipientes. Hos autem angelos nos appellamus, quos si (Paulo docente) cognouimus administratorios spiritus esse, inquam; ministerium mitti filiorum Dei generis humani, nihil profecto mirum videbitur, si & horum ministerio volui dicamus celestes orbis ad vilitatem filiorum hominum. Quod si ita credimus habere (vt Aristoteles sensit, nec refutant orthodoxi) profecto multam gratiam & venerationem beatis illis mentibus debeamus, consequens est, quorum ministerio vitam hanc ducimus, & alimenta capimus: & cuncta quae secundum corpus sunt, abundanter possidemus. Maximè autem prima illi beatissime menti, motoribus istis praesidendi, vni primo, ac summo enti, Deo superbenedicto, gratias agamus necesse est: qui tam magnificos ministros nobis non secundum animam tantum, verum etiam secundum vilissimam nostri partem (id est secundum corpus hoc corruptibile) assignauit. Aduertendum insuper est, quod hi motus licet ab eiusmodi motoribus extrinsecis fiant, non tamè sunt contra naturam caelorum, neque ob mouens extrinsecum, dici possunt violenter moueri. Nulla enim in caelestibus esse potest violentia, sed suauissimè ibi cuncta geri necesse est, vbi nulla potest esse corruptio, quoniam nullum violentum (vt Aristoteles autor est) potest esse perpetuum. Neque enim villo modo forma caelestis huic motui contrahitur, sed suauissimè se subdit intelligentiarum mouentium actioni, neque ad quietem conatur, donec omnipotentis Dei iussu post seculi consummationem, iubeatur stare tota caelestis machina, posteaquam humanum genus super terram, ultra vitam non deget, neque item aliquid aliorum mixtorum. Tunc enim superfluum foret motus caelestium corporum, cum ad hoc potissimum mouetur, vt nobis suo motu ministrant, quemadmodum sanctus Dei Moyses, populum suum à caelestium corporum cultura dehortans, ea asserit creata in ministerium omnibus gentibus quae sub caelo sunt.

Dent. 4.

Caelestia corpora an dici debeant animata. CAP. XI.

Dubitatum est autem ab antiquis de caelestibus corporibus: vtrum animata sint, an inanimata. Fuerunt qui
ani

animata ea esse senserunt, putantes ipsorum motum ab anima effectiue procedere. Sed veritas cōtrarium habet, esse videlicet corpora inanimata, neq; vegetatiuam, neq; sensitiuam, neq; rationalem virtutem habētia. Nam & si moueantur ab agētib; intellectualibus, & liberis, id est ab intelligentiis motricibus, non tamen hinc consequitur quòd corpora sint animata. Siquidem motrices illæ intelligentiæ non sic coniunguntur cœlestibus orbibus, quomodo anima cōiūgitur corpori, per formale vnionem & substantialem informationem. Repugnat enim hoc angelica intellectuali naturæ, cum materia rem vnā componere. Est enim hæc inter animam rationalem & intelligentiam siue angelicam naturam differētia, quòd anima corpori est vnibilis, & cum eo rem vnā nata componere: quamuis etiam separatim possit subsistere: natura autem angelica nequaquā materiæ aut corpori est vnibilis, sed solū per se nata est subsistere. Coniungitur autem intelligentia motrix orbi moto, ipsumq; tangit secundum virtutem tantum, vt propter hoc nequaquā dici debeant cœlestia corpora animata, nihilo certe magis quā nauis dici possit animata, eò quòd in se habeat rectorem nauam.

De diuisione regionis cœlestis secundum suos orbis. CAP. XII.

Sperest nūc videre, an quomodo elementaris regio in plures partes diuersas ab inuicē secta est, ita & hæc cœlestis sit in plura corpora diuidenda, an forte non plura corpora, sed vnicū debeat corpus censerī. Et primū quidē illud experientia certissima mōstrat, satisq; quātū ad hęc partē inter philosophos naturales & diuinos Theologos cōuenit, debere fieri diuisionē cœlestis regionis in plures orbis. Verū in numero nō oēs conueniūt. Fuerūt enim naturales philosophi priores, qui tātū octo sphæras putabāt cœlestē machinā cōtinere, septē videlicet orbis planetarū & sphæram stellarū fixarū: atq; hi sphæram octauam putabant esse primum mobile, id est, primum orbem mobilē. Verū qui post hos tempore subsequuti sunt, experientia simul & ratione conuicti, cœlum vnum compulsi sunt superaddere: eò quòd sphæram octauam duobus motibus comperissent moueri, ex motu stellarū fixarum quę sunt in ea. Præter enim motum ab oriente in occidentem (de quo post dicetur) ex stellis fixis experientia certa edocti,

Differūt autem angelus et anima hominis.

Prima opinio de numero orbis cœlestium.

Secunda opinio.

*Nonū cæli
ratione in-
uentum.
Tertia, &
probabilior
opinio.*

*Motus trepi-
dationis.*

concluserunt ipsum etiam ab occidente ad orientem tendere motu alio. Ex quo firma ratione recte concluserunt nō posse hoc esse mobile primū, quod per se duobus motibus deprehēderetur moueri, sed debere alterū esse prius à quo motū vnū per cōmunicationē acciperet, vt esset alter sibi proprius. Itaq; hi nonā sphærā adiiciētes, in nouē orbes diuiserunt cœlestem regionē, ipsamq; sphærā nonā, primum mobile esse dixerunt, octauā vero, secūdam. Huius sententiæ fuerūt astronomi celebres, Ptolemæus, Thebitius & Alphraganus. Post hos verò perseuerante in fortunatis ingenijs studio inquisitionis, & ad priorū experientiam posterorū accedente industria simul atque diligentia compertum est experientia pariter, & ratione vltra nonam sphærā præter prædictas nouē aliā esse ponendam. Considerauerunt enim in firmamento motū alium (quem trepidationis nominant, vel accessus & recessus) præter duos prædictos. Vnde cum nec duos motus diuersos à seipso habere posset, neq; simul duos ab alio superiori (alio qui & ille haberet duos sibi proprios, quod primo mobili nequaquā conuenit, cum vnico debeat simplicissimo motu moueri) ratiocinatione collegerunt debere supra firmamentum duas esse alias mobiles sphæras, à quibus per participationem vi raptus duos motus acciperet, tertium verò haberet sibi proprium. Itaque hi decimam sphæram vocant primum mobile, nonam autem vocant mobile secundum. Huius sententiæ complures fuerunt ex recentioribus & insignibus astronomis, Alphonsus rex Hispaniæ, Ioannes Lignerius, Georgius Purbachus, Ioannes regij mōtis & alij plures prædictorum sententiam insequentibus & approbantes. Et hæc tenus quidem quæ ratio dare potuit & hominis ingenium inquirere, audiuius. Superest verò, vt quod potissimum est, & fides docuit, nō taceamus.

De cælo empyreo, & de cælo crystallino siue aqueo ac primo mobili.

CAP. XIII.

PRÆTER autē prædictas sphæras motu locali mobiles, Fides catholica & diuini Theologi docent, alius superius esse omnis motus localis expers, perpetuò quiescens ab omni motu locali, quod ab initio creatū est plenū inestimabilibus millibus intelligentiarū & spirituum beatorum, qui simul cum illo & in illo creati sunt tãquam in loco

loco sibi deputato, quemadmodum mixta corpora suis quæq; locis in his inferioribus solēt generari, ut in aquis pisces, in aëre aves, super terram animalia cætera & plantæ, intra terram mineralia, & huiusmodi. Hoc cælum mole immensum, & inæstimabili luce, ac supra humanā mentem diuina claritate fulgidum (propter quod & empyreū nominatur, id est igneū, non quidem à proprietate & natura ignis, sed à splendore nimio & gloriosissimo fulgore) sedes est destinata ante constitutionem mundi, & velut aula regalis solij præordinata ab initio, omnibus qui regnaturi sunt in conspectu dei & agni. Cuius lucem licet sic clarissimam & limpidissimam, nequeunt corporales nostri oculi conspicerè, quemadmodum non est potens noctua cernere lumen solis. Neq; lumen vllum extra se, beatissima & iucundissima lux ista diffundit. Non enim sunt alij cælorum orbes, tam præclarissimæ lucis & diuini fulgoris capaces, multominus elementa aut cætera corporalia. Attamen de actione huius cæli dubitant nonnulli, quibusdam dicentibus, quod nullam omnino habeat actionem in inferiores sphæras, aut alia subiecta, nec esse propter rerum naturalium dispositionem aut gubernationem conditum, sed tantum in gaudium & præmium beatorum. Indecens hi arbitrantur ut tam gloriosissima dei mansio creaturis adhuc corruptibilibus deseruiat: nec putat ipsam pertinere ad ordinem mundi corporalis. Alij verò partē affirmatiuam præeligunt, dicentes ipsum sua solidissima quiete, & quietissimavirtute, stabilitatē, permanentiā & fixationē rebus inferioribus infundere. Res enim inferiores, propter aliorū cælorū citissimos motus (ut ipsi aiunt) continuo defluerent, nisi huius primi cæli quiete, aliquo modo in suo esse seruarētur stabiles. Nos verò quia certum nihil de hoc habere possumus, eò quod fide certū est, contēti de præparato nobis tam amplissimo, tam supremo, tamq; iucundissimo habitaculo inæstimabili gaudio gestientes, totis potius affectibus ad illud suspirare, ad illud tēdere studeamus, quā multis inutilibus disceptationibus aut cogitationibus inanibus de eo multa disseramus. Pluris enim esse debet nobis Christianis hominibus huius vnus cæli ex fide simplex notitia, quā ceterorū omnium & cunctorū quæ in eis sunt astrorū ac

Cælum em-
pyreum.



motuum exactissima comprehensio. Ad huius cœli nimis desiderabilem ornatum atq; pulchritudinem sæpe nos cõuenit, donec peregrinamur in hoc corpore, deuotis affectionibus suspirare, & quasi uolenter nostræ mentis oculos infirmos atq; tenebrosos cõuertere: in quo beata fruatur luce angeli conciuēs nostri, pariter & eorum spiritus: qui in domino hinc discedētes priores illuc sunt ingressi. Nos quoque iuxta manum dei super nos bonam eodē peruenire post paululum confidimus, ipsius gratia adiuti qui nobis antequam nati essemus tam gloriosum ab initio præparauit æternæ mansionis habitaculum.

Sunt igitur cœli vndecim hoc ordine siti, cœlum empyreũ, primum mobile, cœlum crySTALLINUM, firmamentum, cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ.

Post hoc igitur primũ & nobilissimũ corpus sequitur decimũ cœlũ, primũ mobile: quod motu supra quã cogitari potest velocissimo, lege perpetua, quotidie ab oriente in occidentē per meridiē, viginti quatuor horarũ tēpore decurrēs, velocissimo hoc raptu suo omnes inferiores cœlos secũ rapit, eodēmq; tēporis spatio perfectã circulationem cõplere facit. Nec præter hunc motũ aliũ aliqũe habet. Sub hoc cælo est nonũ, quod nũc aqueum, nũc crySTALLINUM à sanctis & diuinis Theologis nominatur, non quidem à proprietate vel natura aquæ, quasi illic veræ aquæ sint elemētares, sed ab omnimoda diaphaneitate siue perspicuitate, eò quòd nullã omnino habeat stellã. For sitã & ob hoc quòd sit in modũ aque, siue crySTALLI effectũ frigidissimũ & frigiditatis maxime effectiuũ, quæ est aque qualitas prædominãns. In cuius confirmationē facit, quòd quidã supra firmamentũ veras aquas ponendas senserunt ad motus & caloris illius tēperamentũ atq; refrigerationē: ne videlicet ex nimia talis motus velocitate, ignis generaretur qui omnia hæc inferiora cõsumeret. Quæ sententia licet non admodum probabilis videatur, in hoc tamen nobiscũ facit, quòd aquas istas (quales scũq; tãdē sint) ad contēperationē nimij caloris supra firmamentũ positas dicit. Quòd & nos secundũ verisimilitudinem asserimus: non sic quidem vt à cœlis prohibeatur calor, quasi cœlesti

Cœli nonũ.

Iestibus corporibus sit exustionis periculum (quæ incorruptibilia sunt, & caliditatis non susceptiua, etiã si mille adiuuerentur ignes) sed propter nimium calorem cæterorũ Astrorũ, atq; etiã eius qui ex nimia velocitate motus oriri posset in regione elementari, in his inferioribus contemperandũ. Aiunt enim quidã huius cœli tantã esse frigiditatem, vt his inferioribus prorsus esset intolerabilis, si non Solis & aliorũ astrorũ calore temperaretur. Hæ sunt aquæ, de quibus in scriptura sacra frequẽs est mētio, nominatim in principio Geneleos, dicente Domino, Fiat firmamētũ in medio aquarũ, & diuidat aquas ab aquis, & subditur, Factum est firmamētũ in medio aquarũ, & diuisit aquas quæ erāt supra firmamētũ ab aquis quæ erāt sub firmamēto. Itẽ in libro Psalmorũ, Laudate eum cœli cœlorũ, & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomẽ Domini. Et in libro Danielis, ad laudẽ Dei omnẽ creaturã exhortantes pueri Hebræi canũt, dicẽtes: Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino. Hæc autẽ sphæra cœli crystallini siue aquei, secundũ opinionẽ Ptolemæi, atq; Alphragani ponentium vnã tantum sphæram naturalem supra firmamentum, primum mobile diceretur. Veritas tamen magis credibile facit, eam esse secundum mobile.

De firmamento & orbibus Planetarum. CAP. XLIII.

Hic autẽ cœlo aqueo, contiguum est cœlum ordine Octauũ: quod à stellis miræ magnitudinis, & multitudinis stellarũ appropriato nomine dicitur: in scriptura autẽ firmamētũ vocatur, vel propterea q̃ verbo Dñi in diuisionẽ positũ sit aquarũ superiorũ ab aquis inferioribus. Vel quia in eo innumerabilis est stellarũ multitudo firmata. Sũt enim in hac sphæra omnes stellæ fixæ: de quibus dicemus posterius. Hanc verò sphæram octauã sequũtur.

Septem sphærae, septem planetarum, hoc ordine, Sphæra Saturni, Sphæra Iouis, Sphæra Martis, Sphæra Solis, Sphæra Veneris, Sphæra Mercurij, vltima Lunæ.

Istarũ autẽ sphærarum, superior quælibet ambit & orbiculariter circũdat inferiorem: suntq; aliæ aliis maiores secundum quod plus vel minus accedunt firmamento, vel ab eo recedunt. Vnde sphæra Lunæ omnium infima,

omni

Genes. 1.

Psal. 148.

Dan. 3.

Orbes septẽ
Planetariũ.

omnibus etiam minor est: cōtrā, sphaera Saturni omnium est maxima utpote firmamento proxima & cōtigua. Quae in re considerari facile potest inæstimabilis mūdialis machinae magnitudo. Nam quæadmodū diximus in elementari regione superiorē sphaeram excedere inferiorem proportionem decupla, ita etiā in hac regione, continuato semper augmento, superior longe quātitate superexcedit inferiorem proximā: vnde necesse est multo maximam & immensissimam esse molem illā vltimā empyrei cœli, & magnitudine incomprehensibilem. Insuper velocissimus ille motus decimi cœli, huic empyreo proximo, quo in viginti quatuor horarū spatio tantum percurrit, imo peruolat, imo plusquam peruolat circulū, merito debet considerātibis nobis eius magnitudinem stupori esse, & miraculum multo maximum. Sciendum autē est, firmamenti nomine interdum signari totam aggregationem octo sphaerarum septē videlicet planetarum & stellarū fixarū. Debere tamen poni hanc sphaerarum diuisionem: & non posse in vnum corpus censi, manifestissimis experientiis & rationibus certissimis ab Astronomis probatur.

De duplici motu orbium cœlestium, qui sunt post primum mobile.

CAP. XV.

OMnes cœlestes sphaeræ quæ primum mobile sequuntur, duplici motu mouētur. Priore quidem alieno, id est, ex raptu primi mobilis, quod (ut supra diximus) velocissimo suo motu in viginti quatuor horarū spatio sese citissime circunuoluens, & totū suum cursum complens, omnes orbes intra se contentos secum circunuoluit, ut in eodem spatio tēporis totum suum cursum infallibili lege perficiant, id quod in sole manifestissima experientia ad oculum conspiciamus, qui hoc motu raptus diem nobis à die distinguit. Singulae enim eius reuolutiones secundum motum istum primi mobilis factæ, singulos nobis dies efficiunt: Et quidem si totum accipiamus tempus reuolutionis, id est, tam illud quod supra nostrum hemisphaerium, quā illud quod supra alterū oppositū voluitur, dies naturalis dicitur, constatque viginti quatuor horis. Verūm si accipiamus tempus tantū illud quo supra nostrum hemisphaerium apparet & mouetur, dies dicitur artificialis. Et hi dies, nō æqualis sunt lōgitudinis. Nam hyeme
bre

Quid dies naturalis.

Quis artificialis dies.

de raptu dicitur, debet absq; violentia intelligi: quemadmodum cum inferiores sphaeras dicimus cōtrahiti, absq; resistentia aut rebellionē accipimus. Nulla enim in cœlestibus est cōtrahitetas, nulla fatigatio, nulla violentia, nulla mobilium resistentia. Non enim aliud sibi vult, quod dicimus inferiores orbes rapi, quàm quod simul ad motū primi mobilis per accidens moueantur, quemadmodum nauta mouetur vectus à nauī, & aqua ad motum vasis in quo cōtinetur: vt sic ratione cōtinentiæ, inferiores simul cum superiore moueantur. Et quod de contrahitētia inferiorum dicitur, nihil aliud sibi vult, quàm eas diuerso motu proprio moueri, ab alia parte ad partem oppositam.

Quanto tempore vnusquisq; cœlestium orbium suum propriū motum compleat, & obiter de anno bissextili. CAP. xvii.

OMnes igitur sphaerae cœlestes huic motui primi mobilis (vt iam dictū est) contrahituntur, secundū circum obliquum (qui & zodiacus dicitur) cursum suū peragentes. Verū illud notandū est, quod quāto propinquiores sunt primo mobili secundū sitū, tanto suum motum propriū tardius perficiunt: quanto autē distantiores, tanto citius suos cursus absoluunt. Vnde cœlum crystallinū omnium tardissime moueri necesse est, cōtrā verò Lunæ orbis circūgyratur omnīū velocissime. Quod vt fiat euidētius, volumus, iuxta Astronomorum traditionem, singularum sphaerarū motibus suum tempus subiicere. Dicunt autem nonā sphaeram cursum suū propriū perficere in quadraginta nouem millibus annorū, & in ducētis annis gradum vnum zodiaci cum dimidio percurrere. Atq; hanc sphaeram dicunt hoc suo motu rapere secum octauā sphaeram, & omnes auges planetarū præter quàm Lunæ, de quibus tamē nihil nūc particularius dicemus. Octaua autē sphaera proprio suo motu (scilicet trepidationis, vel accessus, & recessus) in septē millibus annorū circulū parūū describit, pertransitq; gradum vnū zodiaci: quandoq; quidem in centū annis, quandoq; in sexaginta, quādoq; verò in alio interuallo. Saturni sphaera, reuolutionē integrā annorū ferè triginta spatio perficit: Iouis in duodecim: Martis, ferè in duobus: Sol reuolutionē integram facit in trecētis sexaginta quinque diebus, & ferè sex horis. Venus & Mercurius, ferè similiter. Nouissima autem

Luna,

Cœlum crystallinum
49000.

Luna, in viginti septē diebus & octo horis suum circulum complet. Vbi illud obiter sese offert declarandū, quid sit quòd quartus quilibet annus vno die abūdat, vt videlicet quartus quisq; annus iuxta nostrā computationem habeat dies trecētos, sexaginta sex, qui & bissextilis nuncupatur. Cū enim sex horæ quater sumptæ diem faciant naturalem, hoc est, viginti quatuor horarū, idcirco quolibet quadriennio ad dies consuetos 365. (quibus constat annus communis) adiicitur prædicta computationi dies vnus, vt seruetur temporū ordo, & festiuitatū vniformitas. Qui annus vno die (secundū huiusmodi cōputationē ex trium præcedentium senariis & suo residuo sex horarum confato) abundans bissextilis nuncupatur: cò quòd contineat 366. dies: vbi bis senarius ponitur, à quo numero senario bis ita replicato, bissextilem eū appellauerūt.

De natura & conditionibus Astrorum. CAP. XVIII.

DE natura autē Astrorū, dubitatum fuit ab antiquis, fueruntq; super hac re diuersæ diuersorū sententiæ. Quidā enim antiquorum dixerūt, ea esse corpora animata, propter alimentū suo motu terrā perambulātia, vt scilicet humidū aqueū ad se velut in potum, & siccū terrestre in cibū attraherēt, quēadmodū videmus progressiōe motu animalia quæ apud nos sunt moueri ad quærendū alimenta, cibū atq; potū. Sed hoc figmentum planè poëticum est, neq; quicquā habet veritimitudinis. Alij verò, de quorū numero fuit Empedocles, astra dixerūt esse de natura ignis, orbis autē cælorum de natura aquæ. Sed neq; hic veritatem assequutus est, vt ex præcedētibus manifestè patet. Quæ autē veritatē tenēt, asserunt astra esse eiusdem naturæ & speciei cū suis orbibus, in quibus mouentur, neque à reliquis partibus suorum orbium essentialiter differre, sed tantum secundum accidentia.

Est enim astrum (vt ait Aristoteles) densior pars
sui orbis.

Arist. I. Meteor.

Sicut enim in ligno cōtingit aliquā partē esse admodū densam & cōpactā præ reliquis partibus, quā nodū vocamus, est tamen eiusdē naturæ cum aliis: sic & in orbibus cælestibus astra partes sunt densiores, atq; cōpactiores reliquis, eiusdem autē sunt naturæ & speciei. Sunt enim
cæli

coeli corpora homogenia, quorū singulae partes & cū toto & cum se inuicē eiusdē sunt naturae, licet secundū accidentia possint differre. Ex hac verò densitate consequitur & alia differētia accidentalis, qua differūt astra à partibus reliquis suorū orbium. Nā ex hac sua densitate, cōpactione, & vt ita dicam, opacitate habent, vt possint radios solares ad se emissoos reflectere, sicque effusum ad se solare lumē refundere: quod aliae partes, vtpote rariores & nimiū perspicuae nō possunt, quoniā ob raritatē penetrantur à lumine, nec est refusio accepti luminis. Idcirco enim ipsi coeli quantū ad omnes partes, in se quidē luminosi sunt. Lumine eorū substantiā penetrāte, nō sunt tamen nisi ratione astrorū lucidi, sic vt lumē possint de sese refundere. Alioquin neq; nox, neq; tenebrae haberēt locū, tāto corpore lumen suū perpetuò spargente. Aequē enim per diē atq; per noctē Sol orbis cœlestes illuminat, neq; potest interpositio terrae (quae nō nisi punctulus est coelo cōparata) eorū illuminationē impedire. Ex quibus patet, quòd nomen astri siue stellae duo includit, nēpè partem coeli dēsiorem, & lucem solarem ab ea repercussam.

Differentia inter planetas, & stellas fixas. CAP. XIX.

INter has autē stellas, quaedā dicuntur fixae, quaedā erraticae, quas Graeco vocabulo planetas vocant. Siquidem plane Graecis sonat errorē. Vnde planetes, quod significat vagū siue erroneū. Fixae dicuntur omnes quae sunt in octaua sphaera, id est, in firmamēto: Idq; ob hoc, quòd semper videantur adinuicē seruire eundē situm, & aequali distantia ab inuicē distare. Et haec in numero sunt indeterminato, qui soli est Deo creatori cognitus, iuxta illud Psalmistae, Qui numerat multitudinē stellarū, & omnibus eis nomina vocat. Planetæ autē siue erraticæ stellae tantum septē sunt, quae ob hoc dicuntur erraticæ, quòd non semper eundē ad inuicē conspiciantur habere situm, neq; aequali distātia ab inuicē distare: sed nūc quidē ad inuicem appropinquant, nunc verò ab inuicem elongantur: nunc haec illam antecedit, nunc subsequitur, nunc in eleuatione est ad illā, nūc in depressione, secundum quod suorū orbū varia celeritate vel tarditate variē feruntur. Dinoscuntur autē stellae fixae à planetis ex scintillatione. Omnes em̄ stellae fixae scintillare nobis vidētur, quod alij

Psal. 146.

alij quidē propter longinquā nimis distantiā, & visus nostri debilitatem euenire putauerunt, alij propter motum cœli cōtinuū angulos irradiationis variantem, sed verior ratio ex perspectiua perēda foret. Soli autē planetę nō scintillant, nisi fortē Saturnus interdū, quē dicunt flante Borea nō nihil scintillare. Illud autem certū est, scintillationem talem nihil esse in ipso astro scintillante, sed tantum secundum prospectū & apparentiam euenire.

Soli Planete non scintillant.

De ordine septem planetarum ad inuicem. CAP. XX

Septem autē planetarū hic est ordo. Luna infima, deinde Mercurius, succedit Venus, proximus Sol, supra hūc Mars, proximus Iupiter supremus omniū Saturnus. Hūc autē planetarū ordinem sic probant, quoniā astrum illud per cuius interiectionem cōtingit alterum occultari, necesse est esse inferius eo quod occultatur. Vnde cum per obiectionē siue interpositionem Lunæ experientia nobis apertissimē mōstret Mercuriū abscondi, cum inter nostrū aspectū & astrū ipsum media sese obiecerit, consequitur necessario Lunā esse Mercurio inferiorē. Ita & de omnibus aliis planetis, quantū ad Lunā, demonstrari potest. Nā planetas omnes abscondit & occultat, propter quod omniū infima comprobatur. Sic de Mercurio probat experientia, quod Venere sit inferior: & de Marte, quod sub sit Ioui: de Ioue quoq;, quod superiorē habeat Saturnū: Itē quod omnes stellæ fixæ omnibus his planetis sunt superiores, quia à quolibet planetarum possunt abscondi, ipsæ verò nullum planetarū occultare possunt. De Sole tamē talis experientia nulla est, quod abscondatur, nisi à Luna: propter quā rationem quidam existimauerūt Solem esse proximum Lunæ in secundo orbe cœlesti. Quod tamen rationibus aliis manifeste probatur non habere veritatē, sed Solem esse in loco quarto.

Ordo planetarum probatur.

De planetarum distinctione. CAP. XXI.

Ad cognoscendū autem hos planetas, quidā diuersorū colorū similitudinē illis tribuunt: quāquā iuxta veritatē colores non habeant, sed tantū iuxta lucis varię sese mōstrantis similitudinem, varias colorū apparentias participant. Vnde Saturnū dicūt esse coloris plūbei, Iouē stānei, Martē chalibei, Solē aurei, Venerē electri, Mercuriū argēti viui, Lunā verò argentei, atq; horū singuli pro-

*Saturni
qualitas.*

ductiui dicuntur, quorum colorem referunt. A signant quoque varias horum planetarum virtutes & differentias. Saturnus enim frigidus & siccus, planeta masculinus, malus siue maleuolus atque nocivus. Quod sicut & in aliis sequentibus, secundum effectum debet intelligi. Ipso dominante si fetus nascitur, aut moritur, aut debilitatus misere viuit. Propter quod, pueros dicunt octavo mense de matris utero prodeuntes, vel non superuiuere, vel secundum corpus miseris viuere, cum tamen septimo mense & nono si prodeant, feliciter viuunt. Dicunt enim Saturnum in mense octavo dominari fortui, qui mortis est autor, Iouem vero in mense nono, qui est principium & largitor vitae. Ob hanc vero pessimam nocendi & mortificandi conditionem, depingi solet Saturnus falcem manu tenens, quasi viuentia, quantum in

Iupiter.

se est, dementes qualitate noxia, id est, mortificans. Iupiter proximus, eius malitiam cohibet, & condiciones malas temperat. Est enim ipse in qualitatibus optime temperatus, calidus scilicet & humidus, id est caliditate & humiditate efficiens. Vnde patet, ipsum complexionis aereae siue sanguineae in hominibus esse effectiuum. Est enim sanguis calidus & humidus. Vnde propter suam naturalem bonitatem, principium vitae meretur vocari. Quam ob causam depingitur sceptrum manu tenens, quasi vitae imperator atque largitor. Quanquam autem ex se clarus est, & in modum lactis candidus: attamen cum ascenderit in circulum gelidi illius & siccus Saturni, pallorem quandam contrahit, quo modo nonnunquam etiam insigniter bonus aliquam suae virtutis maculam cernitur ex mali hominis commercio contrahere. Ipsum tamen suae claritatis faciens participem, ex sese omnino pallidum, ut cunquam facit clarum: ut quemadmodum effectus malitiae sua bonitate temperat, ita & coloris obscuritatem sua claritate latificet, quomodo etiam pessimos videmus interdum ex bonorum consortio, ut minimum speciem aliquam virtutis induere, ut sic manifesta sit in naturalibus similitudo, cum iis quae cernuntur in moralibus. Mars calidus est & siccus, & idcirco noxius: non aequae tamen atque Saturnus, qui neutram habet qualitatem vitae conducentem, & frigidus existens, & siccus. Hic vero Mars licet siccitatem habeat vitae inimicam, habet tamen caliditatem non inutilem, operaturque complexionem cholericam, id est calidam & siccam, ut Saturnus melan-

*Marsis qua
litas.*

eholiā id est siccā & frigidā. Iupiter verò inter prædictos duos medius, duas qualitates optimas, caliditatē & humiditatē temperatas, possidet. Attende autē, obsecro te lector, mirā dei in operibus cunctis sapientiā. Vides primū quemadmodū omniū planetarū maximē noxius & inimicus vitæ summus vel primus, longissimē sit à viuentiū regione ablegatus & à terris (vbi viuentiū locus est) elōgatissimus. Quomodo enim viuēria (si terrę proximus esset ille aduersissimus eorū hostis) aduersus tātā crudelitatis imperū sese tuerentur? quomodo nō ante debitā periodū cōpellerentur acutissima illius falce ante tēpus occubere? Nunc verò dei prouidissima sapiētia lōge proscriptus est, vt nō quantū ip̄s cupit natura, propter intermedios meliores planetas, gelidus ille falcatus nocere possit. Martē verò, quanquā noxiū, tamen minus noxiū, propius ad terras eadē prouidissima sapiētia, & sapiētissima prouidētia permittit accedere. In horū autem duorum medio Iouē quomodo sapiētissimē collocauit? videlicet totū bonū inter malos duos, vt vtriusq; sua bonitate vinceret malitiā. Vide quomodo omnia numero, pondere, & mensura deus sapiētissimus prouidissima cōsideratione disposuit. Quòd ergo Saturnus primū & summū locū obtinet, non ex naturæ præstantis bonitate, neq; cōditionis dignitate procedit, sed tanquā hostis lōge proscriptus ob malitiam potius arcetur à viuentibus, estq; loco nouissimo cōstitutus. Rursum cōsidera, quòd eū qui magis noxius est, nēpe Saturnū à superiori parte Iupiter habet: eum verò qui minus, ab inferiori. Superioris enim virtus, ne transeat, subiecti inferioris obstaculo facilius videtur prohiberi, quam inferioris possit virtus desuper emissā virtute cōtineri. Nā loco superior planeta, nō potest suum influxum in terras mittere, nisi transeat per orbem intermedij.

De Venere, Mercurio & Luna. CAP. XXII.

Venus est planeta fœmineus, Martis malitiā & ignitū feruorē sua fœminea qualitate tēperās: quomodo virilis ira, muliebri solet benignitate placari. Semper comitatur Solē: sed eū præcedit, dicitur lucifer: quādo verò sequitur, hesperus siue vesper appellatur. Estq; nuncius Solis vel aduenientis, dum lucifer est: vel abeuntis, dū hesperus: Vnde illud apud Vergilium, Itē domum saturæ, venit

Vergilius.

Attende mi-
rā in plane-
tis ordinem.

hesperus, ite capella. Habet quasi colorē candentē & refulgentē electro similem, estq; lux eius præ luce omnium astrorū limpidissima atq; gratissima, & oculorū aspectui placidissima, Vnde factū est vt primus ille angelorū (qui cæteris omnibus sublimitate & gloria cōditiois præeminēbat) Lucifer vocaretur, eō quōd fulgore, atq; claritate cæteros spiritus præcelleret, quomodo lucifer suæ lucis refulgentia & limpiditate, cætera antecellit sydera. Vnde

Esa. 14. apud Esaiam sub figura regis Babylonis de illo dicitur,

2. Pet. 2. Et Beatus Petrus Euangelicā doctrinā omnibus aliis doctrinis præminentē, appellat luciferū, dicēs de sermone

Mercurius.

prophético, Cui benefacitis attendentes, tanquā lucernæ lucētī in loco caliginoso, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Post Venerē, est Mercurius, per se quidē nec bonus nec malus, sed per suā naturā inclinatur ad planetā cui cōiungitur. Non enim aliorū malitiā temperat: sed est cū bonis bonus, & cū malis malus. Raro à nobis cernitur propter vicinītatē ad Solem. Semper enim cū Sole graditur, nunquā ab eo plus triginta gradibus distans. Hunc Mercuriū dicunt eloquentiæ & ingenij, id est, boni sensus effectorē: vt quibus hic dominetur, facundi sint sermone & bonis sensibus, ac bene ingeniati. Et quidē, si cū Saturno aut Marte iunctus fuerit, facundiā prauam, & astutiam malam, ad nocendū, ad concitandam rixas, discordias, tumultus, schismata, hæreses, dicunt significare. Eiusmodi homines præ omnibus seculis prioribus, nostra hæc ætas plurimos habet, quibus cū summa adsit facundia & sensus clarissima perspicacitas, nihil tamē hisce dotibus aliud agūt quā vt nihil relinquāt integrum, sed vniuersa perturbēt, erroribusq; adimpleant orbē. Si verō Ioui iūgatur, bonā facundiā & ingenij salutare significare dicūt, ad veritatis defensionē & virtutis promotionē accōmoda. Cuiusmodi ingenia hac nostra tēpore nimirū rara merito deploramus. Infima omnium Luna.

Luna.

frigida & humida est, operaturq; cōplexionē phlegmaticā, id est, humidā & frigidā. Super aquas & omnia humida dominiū habet. Vnde secūdū variū accessum, & recessum causat fluxū & refluxū maris, itēq; aquarū augmentationē vel diminutionē, quēadmodū libro priore dictum fuit.

fuit. Experientia quoque monstrat, in plenilunio crescere medullas, & cerebrū ac huiusmodi humida, quæ admodū in nouilunio ista decrescūt & diminuūtur. Illuminatur diuersimode, & nūc plena, nūc partim obscura, nūc crescēs, nūc decrescēs apparet nostro aspectui, ac iuxta diuersitates istas diuersimode corpora hominū & inferiora cuncta disponit. Eius lumē terris singulariter deseruit tā in il luminādo, quā in agēdo, eò quòd terris sit proxima: neque vilius aliorū syderū tā efficax & manifesta est in his inferiorib⁹ operatio, id quod in egrotatib⁹ manifestissime cernimus. Minimo spatio suā circulationē absoluit: suo motu mēsiū distinctionē facit. Et cū quātitate sit minor cæteris planetis, maior tamē ob vicinitatē apparet hominibus. In scripturis nonnunquā bonā habet significationē, veluti in Canticis Canticorū. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cōsurgēs, pulchra vt luna, & c. Et in Psalmis, Thronus eius sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in eternū. In malū verò Sapiens ab ea trahit cōparationē, cū ait, Stultum vt lunā mutari. Et in Apocalypsi, Mulier illa gloriosa sole amicta lunam visā est habere sub pedibus. Per quod significari dicunt sacri Theologi, omnem mutabilitatem seculi huius & transeuntii in eo. Secūdū lucis enim pleniorē ad terras infusionem, bonā, habet cōparationē: secūdum instabilitatē autē & variationē, accipit malam.

De solis nimia præcellētia super cæteros planetas. CAP. XXIII.

Inter hos verò sex iā dictos planetas mediū locū Sol obinet, qui solus per sese lucidus cū à nullo lucē accipiat, ipse astris omnibus lumē præbet. Omnes enim stellas erraticas in suis orbibus, & fixas in firmamento, luce illuminat (singulisque lumē illud in quo cernūtur donat, hoc ipso patēter in se dei patris luminum gerēs similitudinē. Ipse enim admirandi fulgoris atque efficacissimæ virtutis de sua natura existēs: solus de se lucē habens, sui luminis atque ardoris vim, sparsis flagrantibus radiis circūquaque diffundit, cœlestia & terrestria cūcta illuminās, atque efficacissime in eis operās. Omnia siquidē astra (vt autor est Aristoteles, & veritas confirmat) à sole suū lumē accipiūt, & per lumen quod à sole accipiūt, suos operātur effectus. Visum est tamē quibusdā præter hoc solis lumē, debere ea habere lucē aliquā propriā, quæ causa esset vt lumē à sole procedēs

*Cant. 6.
Psalm. 88.*

*Ecclesi. 27.
Apoca. 12.*

Solis præcellētia.

Omnium stellarum lumē à sole esse.

in hoc quàm in illo planeta, aliter operaretur. Non est tamen id necessariũ, ob hoc scilicet propriã lucẽ aliquã ponere. Sufficit enim ad hãc diuersitatẽ operationis, ipsa sub iecti varia dispositio. Vnde lux Solis (iuxta doctrinã Astro nomorũ) in Saturno in frigidat, Marte calefacit, & ita in cæteris: quẽadmodũ iuxta diuersã naturã astrorũ idem Solis lumẽ diuersas colorũ apparentias facit, vt suprà declarauimus. Omnino itaq; probabilior videtur illorũ sentẽtia, qui vnicũ ponũt luminis fontẽ, à quo lux omnis deriuetur, ipsum videlicet Solem, qui in planetarũ medio ordinatissimẽ cõsistit, tanquam rex in medio regni sui, in medio gradiẽs suorũ principũ atq; magnatũ, qui sunt proximi ipsum hincinde circũdantes planeta, sub se habens Lunã, Mercuriũ, Venerẽ: supra se verò Martẽ, Iouem, atq; Saturnũ proximos autẽ habet, hinc quidẽ igneũ & bellicosum Martẽ, ardentibus radiis flagrantẽ, illinc verò placidã & amœnã Venerẽ, sua limpidissima ac placidissima luce suauiter resplendentẽ: illũ velut potentẽ & animosum armigerũ, hãc vt suauem cõiugẽ. Quod tamẽ ne gẽtili opinione excipiat, præmonemus, vt ne arbitretur quis iuxta signẽta poëtica, in cœlestibus vera nos ponere coniugia, cõcubitusq; & generationes proliũ. Sunt enim signẽta ista vanissima, neq; veritatis quicquã possidẽtia. Secundũ tamẽ similitudinẽ quandã, Venerẽ dicimus Solis esse coniugẽ. Est enim cõiugis officiũ, suo viro indiuidua societate adherere, neq; ab eo sese plus iusto elongare. Ita Venus semper Solẽ comitatur, siue oriatur siue occidat, indiuidua societate comitẽ illi se adiungẽs, estq; ipsa tota fœminea, & placida lucis resplẽdẽtia blãdissima, fœminearũ qualitatu effectiua, vt ille totus est masculus, aureo superabundãti fulgore virili maiestate resplẽdẽs, & viriliũ qualitatu maximẽ effectiuus. Vnde quẽadmodũ Solis calor magnos & fortes animos facit atq; constantes, sic Venus molliores, faciles, & pios, ac minus stabiles, cuiusmodi in fœminis plerũq; cõspicimus. Itẽ vt Sol vitalẽ calorẽ præbet, sic Venus vitalẽ humorẽ videtur suo cõcursu adferre: sicq; vitã pariter efficiũt, vt simul vir & mulier ad prolis generationẽ cõcurrunt. Post hos autẽ planetas (qui Soli velut propinquiore, sunt principes) infinita circũdatur multitudo astrorũ firmamẽti, quibus tanquã militũ

*Quorundã
opinio.*

*Venus est
Soli quasi
pro coniuge.*

innumerabilium è longinquo subsequentiũ exercitijs
 vnde quaq; circũdatus atq; circumstipatus incedit, in ma-
 gnificentissima gloria, singulis propriũ suũ lumẽ ex diui-
 tijs thesauri sui velut in militiæ stipediũ persoluẽs. Ob
 quã nimiã excellentiã, veteres Poëtę Solẽ dixerũt esse pa-
 trẽ deorũ, hominũmq;. Quod ideo dictũ videri potest quo-
 niã in omniũ generatione ipsius actionẽ necesse est cõcur-
 rere, vt causam vniuersalẽ, sine qua effectus nullus possit
 generari. Ipse præterea omnibus astris perpetuò lumẽ cõ-
 municã, simul & cũ hoc agẽdi in hæc inferiora virtutẽ,
 hoc modo nõ immerito omnia dicitur in astris omnibus
 operari, dũ quod illa agũt ab isto accipiunt, vt agant. Est
 autẽ causa admodũ rationalis ex parte nature, cur licet
 præcellẽtissimus Sol existat, tamẽ neq; supremo neq; infi-
 mo loco debuerit collocari. Cũ enim Sol principiũ sit atq;
 fons luminis & caloris vitalis, à quo & cætera astra lumẽ
 recipiũt, & viuẽtia omnia vitã, si esset Sol terrę proximũs;
 nimio calore eã exureret, nec posset ipsa ferre eius ardõ-
 rẽ, sicq; viuentiũ consumeret vitã, forsã etiã suprema a-
 stra non ita cõmodẽ posset illuminari. Si verò ecõtrario,
 Sol locũ haberet supremũ, illic, vbi agit Saturnus, terra ca-
 lore sufficiente destitueretur, nec possent viuẽtia com-
 modẽ in vita conseruari, & astra inferiora nõ sufficienter
 potuissent à tam distante sole illuminari. Propter quod sa-
 pientissimus nature institutor, & conseruator Deus, Solẽ
 voluit in medio esse collocatũ, in tali gradu vt à superio-
 ribus atq; inferioribus mediocriter distaret, sicq; terrę ne
 que nimiũ vicinus esset, neq; nimiũ elongatus. Illud quo-
 que de solis proprietatibus nõ est prætereundũ, quòd iũ-
 cut Mars calidus existit, ita similiter & Sol. Multa tamen
 inter eos est differentia, quoniã solis calor tẽperatus est
 efficacissimus & viuificatiuus, omniũmq; viuentium per-
 fectiuus, quemadmodũ ipsa monstrat experientia, eius ca-
 lore cuncta viuificari, & perfici, fructũsq; & omnia ipsius
 maximo calore maturescere, & ad perfectum peruenire.
 Martis autem calor est consumptiuus. Est enim Sol effe-
 ctiuus caloris, cuiusmodi est calor cordis: qui est vita-
 lis, & corpori vitam donans atque custodiens. Mars ve-
 ro effectiuus est caloris, cuiusmodi est calor cholera:
 quæ vbi dominari potest, consumit & depascit omnia:

Aristoteles
 2. lib. Physiã

Calor Solis
 differt à ca-
 lore Martis

quæadmodū patet in febricitantibus. Manifesta quoq; in effectu harū caliditatū apparet diuersitas, quoniā illi in quibus Sol secundū bonū aspectū dominatur, cordis sunt temperatē calidi, & animo vere magno, vere fortes, & magnanimi. In quibus autē Mārs dominatur, corda habent intemperate calida, & animo sunt feroci porius quā vere magno: dicūtūq; audaces magis quā magnanimi. Excelsus nāq; caloris excessum facit audaciæ & temeritatis nimīū & immoderate sanguinē inflāmādo. Similis penē differētia inter Venerē & Lunā posset assignari: quoniā Venus humiditatis est effectiua, quale est humidum radicale, quod est vitale & conseruationi animalis æque vt vitalis calor necessarium. Luna verò, magis humidi phlegmatici, quod vbi abundauerit, infirmitates varias gignit.

De sole in sacris literis quā honorifica fiat mētio CAP. XXIII.

- O**B hanc quoq; Solis excellētiā, in literis sacris honorificētissimā vbiq; audimus fieri eius mētionē, vt quoties insigne aliquid, & quasi super omnia excellentissimū efferre velint, Solis decori cōferāt. Vnde Matthæus Euāgelista, trāsfigurationis gloriā describēs, quū fulgorē vultus Christi gloriosissimū vellet ostēdere, nō inueniēs quicquam in rebus humanis altius: Trāsfiguratus est, inquit, ante discipulos, & resplenduit facies eius, sicut Sol. Sic & Ioannes in Apocalypsi, vultum filij hominis ait se vidisse quasi Solē lucētē in virtute sua. Vnde & in Cāticis sponsam Ecclesiam cū admiratores dixissent pulchram vt Lunam, augere cupientes laudem, adiecerunt, electā eam esse vt Solem. Rursus verò oculos domini ait quidam sapiens multo esse lucidiores supra Solē. Idem quoque mulieris bonæ speciem in ornamentum domus, comparat. Soli orienti mundo in altissimis dei. Iterūq; hominē sapientem & sensatum, manere ait vt Solē, dū stultus vt Luna mutatur. Ipse quoque dominus Iesus saluator hominū, de iustorū gloria loquens, Iusti, inquit, fulgebūt sicut Sol in regno patris eorū. Ex quibus comparationibus manifestum est, Solis claritate nihil posse in mundo reperiri pulchrius. Hinc per Sapientē dicitur, Quid lucidius Sole? Et iterum, Sol illuminans per omnia respexit, & gloria domini plenū est opus eius. Sol in aspectu annūcians, in exitu, vas admirabile, opus excelsi. In meridiano exurit terram
- Mat. 18.*
Apoc. 1.
Cant. 6.
Eccl. 22.
Eccl. 26.
Eccl. 27.
Mat. 13.
Eccl. 17.
Eccl. 42.
Eccl. 43.

ram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? fornacem custodiens in operibus ardoris. Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens radiis suis obcaecat oculos. Magnus dominus qui fecit illū, & in sermonibus eius festinauit iter. Diuinus quoque ille Psalmographus, Solis istam magnificentiam & gloriam apertissime cecinit, aptissimēque, per singulas proprietates pinxit, Psalmo 18. vbi pro eo quod cōmunis Græcorū atq; Latinorū lectio habet, In sole posuit tabernaculum suum: iuxta veritatem Hebraicam (sacro Hieronymo interprete) sic legimus. Soli posuit tabernaculū in eis (nempe cœlis) & ipse tanquā sponsus procedēs de thalamo. Exultauit, vt gigas (siue vt fortis) ad currēdā viam, à summo cœlo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summū eius. In quibus verbis dū (iuxta quod in Hebræo legitur) Soli dicit positū in cœlis tabernaculū, significat ipsum in medio planetarū quasi in medio cœli locum possidere. Eundem verò sponsum appellans, significat decorē & formosam pulchritudinē splendoris eius, in qua exoritur mundus, cū maxima gratia & gaudio atq; exultatione cuncto rum viuentium: quē admodū omni gloria & decore adorari solet spōsus in die solēnitatis suæ. Procedit autē spōsus iste de thalamo, quando ab occasu surgit, & in oriēte mundo oriri incipit. Vt gigas fortis exultat ad currēdā viam quādo magna alacritate quasi gigas fortissimus intra 24. horarum spatium totū mūdū percurrit per omnia respiciens, omnia quoque illustrans & viuificans. A summo cœlo est egressio eius, quia ab oriēte oritur: & occurfus siue reuersio eius vsq; ad summū cœli est, quādo rursus in orientē reuertitur. Vel etiā à meridie, quando in maxima eleuatione est, & quasi in summo cœlo tendit ad occasum iterūmq; suo ordine ad meridiē reuertitur. Nec est qui se abscondat à calore Solis, quoniā circumiēs terram, perlustrat omnia, nihilq; relinquit quod non lumine cōtingat, virtutisq; efficacia immuter. Que omnia diuinus Psalter, penitissime consideratis conditionibus Solis admodū iucundis similitudinibus expressit. Hinc & doctissimus ille idiota sacer Frānciscus, Solē cæterarū creaturarū dominū doctissime nominauit illiteratus, eūdemq; præ cæteris omnibus patenter in se Dei gestare similitudinē sapiētissimi-

Psal. 18.

*Franciscus
quomodo so-
lem magni-
ficabat.*

me cecinit indoctus, in suo cātico quod Deo ex creaturis patria lingua decātavit, atq; à Solis præcellentia specialiter cāticū Solis nominavit. Ipse, inquit, Sol multo ardore ebullies siue feruescens diffundit circumquaq; radios miranda splendoris irradiatione, mirā tui gerēs, o altissimè, similitudinē. Qui insuper discipulos docuit, oriente Sole debere omnē creaturā magnas agere gratias Deo, ob tāti iubaris gloriosum splendorem orbi redditū, cuius virtute cuncta lætificātur atq; viuificātur in terris, cuius accessū lætificātur omnia, & quasi iuuenescūt, atq; vigorē resumūt, horridæ tenebræ fugiūt, grauis sapor è mēbris pellicitur, agris dolor lenitur, & valetudo melior languētib; redditur, noctiū tēpestates sedantur & cohibētur, dissipāturq; nubes & nebulæ ante faciem aduentus eius, illusiones quoq; noctiū, & demones amici tenebrarum effugiūt. Quomodo ecōtrario Solis abscessu, hæc omnia incōmoda reuertūtur, quasi absente eo quē metuerunt. Deniq; tam in scripturis quàm in aliis sanctorū patrum scriptis, & in Ecclesiastico vsu: æternū patris sapiētiā Iesum Christū dominū nostrū frequētissime Soli cōparatū inuenimus. Vnde & illud Psalmsi quod prius secūdū literā de Sole corporali interpretati sumus, sancti Theologi piissime & verissime secūdū mysticā intelligentiā ad Christum dominū accommodant, quam intelligentiā in Elucidatione libri Psalmsorum circa locū iam adductū plenius (Deo donāte) explicabimus, Hinc & per aliū Prophetā dicitur, Vobis timētibus nomē meum orietur Sol iustitiæ quod est sapientia vera. Et in libro sapientiæ, Dammati impij queruntur sibi non luxisse Solem iustitiæ & lumen intelligentiæ. Rursum alio in loco, ex persona Dei dicitur, Solē nube tegā, quod recte sic intelligi potest: Diuinitatē humanitate vestiam, & occultabo. Sunt insuper alia in scripturis inspersa plurima, quæ secūdū mysticā intelligentiam accommodatissime Soli æterno possent applicari. nos tamē finē faci mus theologandi, ne nimia prolixitate cuiquā efficiamur onerosi, atque ad naturalia contemplanda reuertimur.

De circulis maioribus, & primū de Aequinoctiali. c. l. p. xxv.

AD cognoscendam autē melius in particulari planetarum motum, præcipuè verò Solis & Lunæ, describendi sunt iuxta Astronomorū doctrinā circuli aliquot, secū

Malac. 4.
Sap. 5.

Ezech. 32.

secundum quos eorum motus facilius poterit cognosci. Ad hoc enim circuli isti signantur, & secundum imaginationem monstrantur in cœlo, ut ex eorum designatione facilius possit motus illorum explicari. Describunt autem duplices circulos, maiores videlicet & minores.

Maiores circulos vocant, qui totam spheram in duas partes æquales diuidunt.

Minores autem, qui diuidunt quidem spheram, non tamen in partes æquales, sed vna pars diuisionis maior est altera.

Sunt autem circuli maiores, numero sex, nempe æquinoctialis, zodiacus, colurus, æquinoctiorum, colurus solstiorum, circulus meridianus, & horizon. De quibus nunc per ordinem est dicendum. Et primum de æquinoctiali.

Est itaque æquinoctialis circulus quidam diuidens totam spheram in duas partes æquales, æque distans secundum omnes suas partes ab utroque polo mundi.

Est autem polus Græcū vocabulū significans verticē vel summitatē rei. Vnde polos mundi vocamus vertices mundi, duo scilicet puncta extrema & summa in cœlo sibi directe ex opposito respōdētia, ita quod si protraheretur linea rectissima ab altero ad alterū oppositū, illa directe trāsiret per cētrum & mediū punctū totius mundi, haberetque duos istos polos pro terminis suis. Est itaque æquinoctialis circulus, qui totam mundi spheram in sui medio in partes æquales diuidens, secundum omnes suas partes equaliter distat ab utroque polo mundi. Quæcumque enim in hoc circulo partē asignaueris, inuenire nō poteris vllā quæ vni polo sit quæ alteri propinquior. estque huius circuli cētrum idē cū centro mundi, & pertrāsīt axis mundi cētrum æquinoctialis. Appellatur autem circulus iste variis nominibus. Primū quidē æquinoctialis dicitur, eò quod Sol cū directe sub ipso inuenitur, æquinoctiū facit. Est autem æquinoctiū, quādo nox diei est æqualis: quod nūquā cōtingit, nisi quādo Sol sub hoc circulo directe moueri inuenitur: quod bis cōtingit singulis annis: semel videlicet in vere in principio Arietis: & semel in Autumno, in principio Libræ. Ob eandē causam etiam dicitur Aequator, videlicet diei & noctis. Dicitur quo

Aequator.

Cingulū primi mobilis.

quoq; cingulū primi mobilis: quoniam sicut homo in medio corporis cingulo se cingit (ita ut si in supremo capitulis intelligatur punctus, inuenietur cingulū ipsum secundum omnē sui partem æqualiter secundum modum aliquem ab eo distare) ita tota sphaera primi mobilis intelligitur velut cingulo isto circumdata & circumcincta. Et quemadmodum quando homo cingulo circumcingitur, ipsum medium cinguli quodā modo idem censetur cum medio humani corporis: ita circulus iste æquinoctialis totius sphaeræ & mundi medium habet pro suo centro, & medio. De duobus autē polis iam supra diximus: quod is qui semper nobis apparet, arcticus dicitur: is verò qui nunquam nobis, sed semper antipodibus se ostendit, nominatur antarcticus, eò quod arctico opponitur.

De circulo Zodiaco, & signis eius. CAP. XXVI.

Post hūc verò est circulus zodiacus, qui & ipse sphaerā diuidit in duas partes æquales, sed secundū obliquū, ita ut prædictū æquinoctiale obliquè pertransseat, secundum vnā partem declinans ad Septentrionē à polo arctico, secundū alteram verò ab antarctico ad meridiē. Intersecatur autē zodiacus iste æquinoctiale, vicissimq; intersecatur ab eodē, in duas partes æquales, ita ut amborū idem sit centrū. Illud tamē est notandū, quod inter omnes circulos, zodiacus iste solus habet latitudinē. Nam cæteros omnes imaginamur sine latitudine, hic autē habet latitudinem. Intelligitur enim directissimè per ipsius medium pertransire lineā quæ dā ipsum secundum latitudinem diuidens in duas partes æquales, ex vtraq; parte sex gradus relinquēs. Siquidem x i i. graduū est eius tota latitudo. Atq; hæc lineā ecliptica nominatur, eò quod eclipsis fiat, cū sub eadē hac lineā simul inueniuntur Sol & Luna, quæ admodū posterius declarabitur. Secundum longitudinē verò totus zodiacus in duodecim partes æquales diuiditur, quæ vulgò duodecim signa appellantur, nempe, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces.

Quorum sex priora dicuntur Septentrionalia, arctica, vel borealia, eò quod ab æquinoctiali tendāt ad Septentrio

grionem, & tendunt versus polū arcticū. Sex autē posteriora, dicuntur meridionalia, vel australia, vel antarctica, eò quòd tendāt versus meridiē, vnde surgit auſter, & tendunt versus polum antarcticū. Appellātur enim signa arctica, quæ polo arctico sunt viciniora, vt sex priora: signa verò antarctica, quæ polo illi sunt viciniora, vt sex posteriora. Nullum enim est signū, quod æqualiter distet ab vtroq; polo mundi. Ex quo patet manifesta differētia duplex, inter zodiacū & æquinoctialē, cum partes æquinoctialis æqualiter ab vtroq; polo mundi distēt. Habēt autē singula horū signorū, longitudinē graduū xxx. Vnde patet, omnia signa zodiaci esse quadrangula, nō quadrata. Omne enim quadratū latera habet æqualia, quadrāgulū verò non itē. Appellatur autē hic circulus primo quidē & vulgatori nomine Zodiacus, vocabulo ex Græco idiomate accepto. Nam zoon Græcis significat viuēs, vel animal. Vnde hic circulus, quia signa dicuntur ferre animalium diuersorū, Arietis, scilicet, Tauri, & Cæcri, & cæterorum, idcirco videtur zodiacus appellatus. Simili causa Latina appellatione Signifer nūcupatur, quoniā in XII. signa diuiditur, quæ varias habēt animantium figuras. Nonnulli zodiacū dictū putāt à vita, quòd Sol sub hoc circulo gradiēs vitā rebus præbeat, dū per hūc motū in zodiaco, secundū accessum, & recessum, causa est generatiōis, & corruptiōnis. Græce enim zoē vita dicitur. Ab Aristotele verò in secūdo libro de generatiōe circulus obliquus appellatur, cuius ratio patet ex præcedētibus. Sub hoc autē circulo zodiaco & Sol, & cæteri omnes planetæ suos proprios motus perficiūt, neq; vnquā extra zodiacū possunt inueniri. Sol verò nō solūm sub zodiaco, verū etiam sub linea ecliptica regia via semper incedit, nō declinās, neq; ad dextrā neq; ad sinistrā, nunquā à medio zodiaci vel ad latum vnguē deflectens. Quam ob causam, hæc linea ecliptica alio nomine via solis appellatur. Cæterorū verò planetarum nullus sub ecliptica perpetuò currit, sed declināt ab ea, vel hinc, vel inde, sic tamē vt nō abeant extra zodiacū.

De coloris Solstitiorū, & æquinoctiorum. CAP. XXVII.

AD distinguendū autem solstitia duo, æstiuū & hyemale, aliū imaginamur circulum transeuntē per polos mundi, & per principia Cancrī, & Capricornī, qui est

Omnes Planete sub zodiaco motū absoluunt.

Linea ecliptica.

Solstitiorū distinctio.

colorus

*Æstiuū sol-
stitium.*

colurus solstitiorum. Quē circulū cum Sol attingit intrans Arietē, sit solstitium æstiuū, quoniā Sol altius scandere non potest, neque longius declinare, sed descendere incipit & reuerti versus mediū zodiaci: propter quod stare dicitur. Non enim realiter stare putandus est Sol, qui nunquā quiescit, semper infatigabilis: sed quia nō ascendit vltra, neque eleuatur altius, vt ex signis hyemalibus hactenus ascēderat, idcirco stare reputatur, & quasi gradū sistere, non quidē à profectioe & cursu, sed ab ascensu & eleuatione. Est autē tunc solstitiū æstiuū, cū Sol hunc circulū tangit in Cancro, quoniā Cancer signū æstiuū est, æstatisq; principiū, quod nostris temporibus est die xiiij. Iunij, circiter festum Barnabæ apostoli. Cū verò hunc circulum attingit Sol ex parte altera versus polū antarcticū in principio Capricorni, solstitiū habetur hyemale. Solstitium quidē, quia desinit tum Sol à nobis recedere, nec progredi potest longius, & iterū ad nos incipit reuerti, ad signa videlicet nostro polo & nobis viciniora. Hyemale autē, quoniā Capricornus hyemale signū est, hyemisque principiū, quod nostris tēporibus est die xij. Decēbris circiter festum Lucæ. Ponūt quoq; punctū solstitij hyemalis, & æstiuales. Vnde punctus solstitij æstiuales est primus punctus Cæcri, vbi circulus iste interfecat zodiacū. Et dicitur punctus solstitij æstiuales, quia cū Sol in ipso existit, habetur æstiuū solstitiū. Primus autē punctus Capricorni, vbi ex parte opposita diuiditur zodiacus eodē hoc circulo, vocatur punctus solstitij hyemalis. Cōsequenter ad distinctionē æquinoctiorū aliū imaginamur circulum, similiter transeuntē per polos mūdi, sed per principia Arietis, & Libræ. Quē circulū cū Sol attingit in principio Arietis (quod sit x. Martij, circiter festū beati Gregorij) habemus vernale æquinoctiū. Æquinoctiū quidē, quoniam dies ac noctes habētur æquales. Vernum autē, quoniam Aries signū est veris, eiusq; principiū. Et punctus iste primus Arietis, vbi interfecat zodiacus hoc circulo transeunte, vocatur punctus æquinoctij vernalis. Cū verò ex opposito Sol attingit hunc circulum in principio Libræ xiiij. Septēbris, in festo exaltationis sanctæ Crucis, habetur æquinoctiū autumnale, quoniā Libra autumnale signū est, Autumniq; principiū. Et punctus ille vbi interse-

*Hyemale
solstitium.*

*Æquinoctio-
rum distin-
ctio.*

*Æquino-
ctiū verna-
le.*

*Æquino-
ctium Au-
tumnale.*

cat

atur zodiacus, punctus æquinoctij autumnalis dicitur. Habemus itaq; quatuor punctos, secundū quos fit totius sphaera diuifio, tēporūmq; distinctio. Habemus & circulos duos in polis mundi sese ad angulos rectos sphaerae interfecātes, secundū quos fit æquinoctiorū & solstitiorum secundū quatuor partes anni ordinata varietas. hos autem duos circulos vocant Græca appellatione coluros. Cuius nominis interpretationem variè assignant.

De Meridiano & Horizonte. CAP. XXVIII.

SVnt præter hos duos circuli alij maiores, meridianus, & horizon. Meridianus est circulus quidā qui transit per polos mundi, & per zenith capitis nostri. Est autē zenith capitis nostri, punctus directè suprapositus capiti nostro. Punctus autem diametraliter illi oppositus Nadir vocatur. Pro cuius intelligentia notandū, quòd si protrahatur secundū imaginationē linea recta ab extrema vsq; ad extremū cœli, per medium terræ, simul & per verticē capitis hominis alicuius, pūctus vnus terminatiuus illius lineæ dicitur zenith, ille scilicet directè capiti suprapositus: alter verò, qui ex opposito respondet, dicitur nadir. Circulus ergo ille qui transit ab vno polo mundi per zenith capitis nostri vsque ad aliū polum ex opposito consistētē, à quo iterum per nadir siue punctū zenith oppositū reuertitur ad primū polū, hic dicitur Meridianus illi per cuius zenith & nadir transit. Ex quo manifestum est, quòd illi quorū est idē zenith capitis, eundē habent meridianū: quorū verò diuersum, diuersos habēt meridianos.

Dicitur autē circulus iste meridianus, quia ostēdit punctum meridiei: & quodocunq; Sol hunc circulū tangit, meridies est illis quorū hic est meridianus: & quādo eundem circulū tāgit in hemisphaerio inferiori, tunc est media nox illis, quorū est hic meridianus. In quacunq; enim regione sit homo, in quolibet die anni, quādo Sol motu raptus primi mobilis tāgit istū circulum in superiori hemisphaerio, est pūctus meridiei. Quādo autē in inferiori hemisphaerio ad eundē circulum peruenit, est punctus medię noctis. Per meridianos etiā longitudo cognoscitur locorum, & distantia eorū ab inuicem: cuius cōsideratio ad Geographiam spectat. Horizon verò est circulus diuidens hemisphaerium inferius à superiori. Totam nanq; sphaera

Meridianus.

Zenith.

Nadir.

Horizon.

sphæram diuidit in duas partes, siue in duo hemisphæria (Hemisphærium enim spheræ medietas dicitur) quorum vnum à nobis videtur, alterum non videtur. Semper enim à nobis tatum altera pars cœli videtur. Illud autem quod sub aspectu nostro est, hemisphæriū superius appellamus, & peculiariter nostrū dicimus. Illud verò quod infra nos, & nostro subtractū aspectui, dicimus hemisphærium inferius, neq; nostrum illud appellamus, sed nostrorum potius antipodū. Dicitur autem horizon Græca appellatione, quasi finitor. Nam horizo significat finio, siue definitio, aut termino. Vnde Horismos, finitio, siue definitio. Dicitur ergo horizon, id est finitor, vel terminator: quia scilicet terminat & finit partē cœli visam à nō visa, & illam partē visus transit vbi visus noster terminatur, & vbi nobis apparet cœlū terræ cōiūgi. Nā id nobis illinc cōtingere videtur, vbi est visus nostri terminus. Vocatur etiā circulus hemisphærij, eò quod hemisphæriū vnū ab alio diuidat, & vnicuiq; suū designet: Huius autē Horizontis poli sunt zenith, & nadir, à quibus secundū omnes suas partes æqualiter distat, & nos semper in horizontis nostri centro sumus. Ponunt quoq; horizontem rectū, & obliquū. Rectum dicunt esse eorum, qui sub æquinoctiali habitant: vel quorū zenith est in æquinoctiali: Obliquum autem habet omnes qui vltra vel citra æquinoctialem habitāt. Et hæc quidē de circulis maioribus figuraliter sint dicta, quibus omnibus commune est spherā totā in duas æquales partes diuidere: id quod ad oculū de singulis sigillatim potest facillimè in spherā demonstrari.

De circulis arctico, antarctico, tropico Canceri, & tropico Capricorni.

C A P. XXIX.

Circuli autem minores (qui spheram diuidunt quidē, sed in partes inæquales) sunt 1 1 1. arcticus scilicet, antarcticus, & duo tropici, æstiuus, & hyemalis, siue Canceri, & Capricorni. Circulus arcticus, est circulus quidā paruus, quē describit polus zodiaci suo motu raptus, circa polum arcticum. Circulus verò antarcticus, quē describit polus alter zodiaci, circa polum antarcticū. Ex precedentibus enim manifestū est, alios esse polos zodiaci, secundū quem Sol mouetur motu proprio, à polis æquinoctialis, secundū quē mouetur primum mobile, item & Sol motu

Circulus arcticus, & antarcticus.

motu raptus. Cum ergo totus zodiacus simul cū sole per singulos dies necessario semel per raptū circumuoluitur, necesse est vt circa polos mundi ipsius zodiaci poli circūferantur. Nā poli mundi, fixi manent & immobiles, poli autē zodiaci secūdū propriū solis motū manēt immobiles, secūdū raptū tamē primi mobilis simul cū zodiaco circūferūtur circū polos mūdi. Illos autē circulos quos sic motu suo circa polos describūt, dicim⁹ arcticū & antarcticū. Arcticū quidē circulū, à polo arctico circa quem describitur: Antarcticū autē, ab antarctico polo. Tropicus Canceri est circulus quē sol raptu primi mobilis describit existens in principio Canceri, in puncto solstitij æstiuales: qui circulus supremus est, quem sol potest describere versus circulū arcticum vel polum arcticū: quoniam tunc in maxima eleuatione est, ita vt altius ascendere nō possit, nec proinde superiorem aliquē circulū, aut arctico polo propinquiorē describere. Atq; hic tropicus etiam æstiuales nominatur, quoniam in signo æstatis, imò quod principiū est æstatis, describitur. Tropicus autē capricorni est circulus quē sol raptu primi mobilis describit in principio Capricorni, existens in puncto solstitij hyemalis. Est quē vltimus quem sol potest describere versus polum aut circulū antarcticū, quoniā altius nō potest quā supra prædictum punctum solstitij ascendere neq; à nobis longius recedere, nec proinde vltiorem circulū describere. Vocatur quoque hic in ratione signi, quod est hyemis principiū, tropicus hyemalis, quoniā illū tunc sol describit, cum nobis hyems incipit. Verū huiusmodi appellatio, non nisi quo ad nos debet intelligi. Siquidē nostri antipodes suum tropicum Capricorni, æque vocant tropicū æstiualem, vt nos nostrū tropicū Canceri. Vocantur autem circuli isti Græca appellatione Tropici, à versione vel conuersione. Nā Græcè tropeo, significat retrouerto. Inde trope, reuersio vel cōuersio, vel mutatio. Circulus igitur tropicus dicitur, quòd in eo sit Solis trope, id est cōuersio siue reuersio. Post hos enim descriptos circulos, cū vltierius illi non liceat proficisci, nec tamē stare possit, cogitur reuerti, ita vt si à nobis longissimè abfuerit (quemadmodū in solstitio hyemali contingit) mox redire ad nos incipiat, versus nostrum polum ascendendo, quod tamen statim percipi à

*De duobus
tropicis.*

*Cur tropicū
dicantur.*

nobis multum sensibiler non potest, nisi post aliquanta dierū spatia. Si vero proximus nobis fuerit, & in summa super nos eleuatiōe (quod est in solstitio æstiuali) cogit us à nobis abscedere versus alterum polum.

De quinque Zonis siue plagis. CAP. xxx.

Secundū istos autē quatuor circulos minores, arcticū, Santarcticū, tropicū Cancrī, & tropicum Capricorni, fit diuisio totius cæli in quinque zonas, plagas siue regiones distinctas, atq; proportionabiliter etiā ipsius terræ, secundum eosdem circulos. Vna regio est, totum hoc spatium quod est inter duos tropicos. Et hæc vocata est ab antiquis *Torrída zona*, propter calorē excessiuū, quē ibi esse dixerunt, ob hoc quòd Sol perpetuo in ista regione inueniatur. Nam (vt suprā diximus) extra tropicos non potest egredi. Quā ob causam dixerunt zonam hanc esse inhabitabilem. Alij tamē omnino id negāt, assignantes in hac zona multas habitabiles regiones, vt Ptolemæus & ceteri omnes Geographi. Intelligi tamen potest illud antiquorū dictū, quòd nō sit admodū cōueniens habitatio pro humana natura, maximè iuxta tropicos. Homines enim locorū illorum nigerrimi sunt, & breuis vitæ, ac paruæ staturæ, quod procedit ab excessu calorē cōsumente in eis humidū radicale, vt nō possint nec in iustā quantitatis mensuram excrescere, nec in cōmunem hominum durationem vitæ protendere. Sub æquinoctiali autē experiētia sentire facit esse regiones temperatissimas, atq; habitationi maxime accōmodas, quod fieri dicunt propter æqualem præsentīā & absentīā solis, per quā æqualem vicissitudinē fieri videtur maxima temperies regionū illarū, & optima loci illius dispositio. Illæ vero duæ regiones, quæ sunt à circulis arctico & antarctico vsq; ad polos mūdi, similiter dictæ sunt inhabitabiles, propter nimīū frigus, ob nimīā solis distantīā, tamen si secundū veritatem nō sint prorsus inhabitabiles. Nā intra circulū arcticū tradit Ptolemæus esse multas hominum habitaciones, sed non multū aptas habitationi: id quod nimius pallor hominū illic habitantium, & nimia lōgitudō suprā quā staturæ humanæ cōuenit, satis indicant. Aliæ verò duæ regiones, quarū altera est inter circulū arcticū & tropicū Cancrī, altera verò inter circulū antarcticū & tropicum Capricorni, propter

*Torrída
zona.*

*Regiones fri
gidissimæ.*

*Regiones
temperatæ.*

tem

temperie, sunt optime habitabiles. Neq; enim sol nimium eis propinquus est, neq; nimiū elongatus, & quodā modo mediæ constitutæ inter torridam zonam & regiones illas frigidas supremas, illinc quidē calorem participātes, hinc verō frigiditatem, ita optimam accipiunt contemperatio nem. Harum autem zonarum particularior determinatio, ad Geographum magis, quā ad Physicum spectat. Quapropter nobis ista sic generaliter dicta sint satis.

De eclipsi Lunæ, quomodo, & quando fiat. CAP. XXXI.

Syperest, vt de cœlestiū luminariū eclipsibus non nihil dicamus. Erit enim nō inutilis huius rei consideratio. Et primū quidē Lunæ eclipsim determinemus. Pro cuius notitia attēdendū est, quōd Luna licet moueatur semper sub circulo zodiaco, nō tamē sub linea illa ecliptica, quā supra diximus esse viā Solis: sed ab ecliptica deuiat, & suo motu lineam propriā describit (quæ linea Lunæ dicitur) intersecatē prædictā eclipticā lineā in duobus punctis diametraliter oppositis, quos duos punctos vocant caput & caudā draconis. Propter quod nunquā cōtingit Solem & Lunā directe & diametraliter ad inuicem opponi, nisi cū alter fuerit in capite draconis, & alter in cauda. Neq; itē perfecta fieri potest eorū cōiunctio, nisi simul ambo vel in capite, vel in cauda draconis inueniantur. Cum enim Sol perpetuo sub linea ecliptica directe inueniatur, Luna vero nūquā nisi in duobus his punctis, manifestū est, diametraliter coniunctionē nō posse fieri, nisi ambobus in vno horū punctorū existētib; neq; diametralē oppositionē, nisi in his punctis sibi ex opposito cōstituantur. Dicimus autē diametralē oppositionē, quando sic opponuntur, quōd eadē diameter intelligatur cōtingere cētrū vtriusq; ita vt linea protracta à centro Solis directe terminaretur in cētro Lunæ. Similiter & cōiunctionē diametralē dicimus. Deinde & hoc sciēdū est ex perspectiua, quōd omne corpus opacum obiectū corpori luminoso, facit vmbra. Et quidē si corpus luminosum fuerit maius corpore opaco obiecto, illuminabit plus quā mediā partē corporis illius cōtra se positam, reliquā vero partem relinquit obscuram, & vmbra facit pyramidalem, quæ cōtinuo minor fit, & ad acutiem tendit. Vnde sequitur, quōd terra minor existens sole, ipsū obiecta, pro medietate sua, aut

Caput, & cauda draconis opposita.

Quo modo
Luna sit
eclipsis.

plus quam pro medietate illuminatur, secundū quā respicit aspectū solis: reliqua verò pars obscura manet, & umbrā facit: quæ umbra semper directè porrigitur versus nadir siue punctū oppositum ipsius corporis luminosi: atque ita umbra terræ directè semper protèditur versus nadir Solis. Quibus præmissis dicendū est, quòd cum Sol & Luna sibi inuicem diametraliter modo prædicto opponuntur sub linea ecliptica, ita vt ille sit in capite, hæc in cauda draconis, aut econtrario, ille in caudā, hæc in capite, tunc vera habetur eclipsis Lunæ. Est enim directā interpositio terræ (quæ est corpus opacū) inter Solē & Lunā: propter quod terra interposita impedit, ne ad Lunā possit à Sole venire lumē, ac proinde (cū nō habeat lumē nisi à Sole) necesse est eā lumine deficere, quod est eclipsari, Nā eclipsis nō aliud est quam destitutio siue defectus. Quòd autem tunc sit directā terræ interpositio inter Solē & Lunā, manifeste patet, quia si protraheretur linea rectā à capite draconis vsq; ad caudam, sole existente in capite, & Luna in cauda, linea illa haberet pro terminis duo centra, Solis & Lunæ, & trāsiret per cētrū terræ. Ex quo etiā cōsequitur, quòd Sole existēte in capite draconis, nadir ipsius Solis est in cauda draconis. Atq; ita (iuxta prædictā) necesse est vt umbra illa quæ sit à Sole, per interpositionē terræ, directè protendatur versus corpus lunare: quoniā semper umbra (vt diximus) versus nadir corporis luminosi protenditur,

Nunquam fieri eclipsim Lunæ, nisi tempore oppositionis.

C A P. X X X I I.

Quare nō
semper fit in
oppositione
eclipsis.

EX prædictis fit manifestū, quòd nunquā potest haberi lunæ eclipsis, nisi in tēpore oppositionis, siue plenitudinis. Nunquā enim aliàs cōtingit alterū prædictorū planetarū esse in capite, & alterū in cauda draconis: neq; aliàs vnquā cōtingit simul illos inueniri sub ecliptica linea diametraliter oppositos: quod tamē est necessariū, vt fiat Lunæ eclipsis. Nūquā itē cōtingit terrā interponi inter Solē & Lunā (cuius interpositio causat Lunæ eclipsim) nisi cū in his punctis sibi inuicē fuerint opposita. Extra hos enim punctos quotiescūq; lineā protraxeris, à cētro Solis ad cētrū Lunæ, nūquā lineā illā per cētrū terræ inuenietur trāsire: quod argumentū euidēs est, eā diametraliter nō interponi. Item ex prædictis causa manifesta est, quare nō

sem

semper in oppositione Lunę ad Solę habeatur Lunę eclis-
 psis. Oppositio enim singulis fit mensibus, raro autē eclis-
 psis: nimirū quia nō in qualibet oppositione Luna inueni-
 tur sub linea ecliptica, nec in capite, nec in cauda draco-
 nis. Nunquā autem eclipsis Lunę fieri potest (vt diximus)
 nisi quādo Luna simul cum Sole sub ecliptica inuenitur.

Quod aliquando fieri possit eclipsis Lunę partialis.

CAP. XXXIII.

Quamuis autem perfecta & totalis Lunę eclipsis nō
 possit fieri, nisi cū sub linea ecliptica diametraliter
 opponitur Soli, potest tamē fieri eclipsis imperfecta & par-
 tialis, cū prope caput aut caudā draconis fuerit fere dia-
 metraliter, quāuis nō omnino diametraliter opposita So-
 li intra metas siue terminos eclipsis, qui sunt x i i gradus
 ante & post caput, vel caudā draconis secūdū lōgitudinē:
 Luna enim existēs ita propinqua ad oppositionē diame-
 tralē Solis, intra tale spatiū, secūdū partē sui eclipsatur,
 magis vel minus, iuxta quod vicinior est capiti, vel caudę
 draconis, aut ab eis distantior. Non tamē planē totaliter
 eclipsari potest, nisi cū in capite aut caudā fuerit diame-
 traliter Soli opposita. Est tamē aduertēda differētia in-
 ter eclipsim Lunę totalē, & vniuersalē siue generalē. To-
 talis enim eius eclipsis dicitur, quādo penitus, & totaliter
 secūdū omnes partes priuata est Solis lumine. Generalis
 autē siue vniuersalis eius eclipsis dicitur, quādo genera-
 liter omnibus apparet luminis defectus. Ex quo cōsequi-
 tur, omnē eclipsim Lunę, siue totalē, siue partialē, esse ge-
 neralē. Luna enim eclipsim patiens vndecunq; videatur,
 talis apparebit. Corpus enim quod denigratū est, aut ma-
 culā habet vel obscuritatē, siue in toto, siue in parte, vñ-
 decunq; aspiciatur, talem denigrationē aut obscuritatem
 habere cernitur. Ita Luna vñbra terrę perfusa & obscu-
 rata, vñdecunq; videatur, iudicabitur vt priuata Solis lu-
 mine, siue secūdū totum, siue secūdū partem. Non er-
 go cōuertuntur eclipsis Lunę totalis & generalis, cū etiā
 partialis probata sit esse generalis. Secūdū eā enim par-
 tem qua aliquibus lumine priuatur, nemini potest appa-
 rere aliter quā luce priuata, nec secūdū eam partem
 aliunde videtur illuminata: cuius cōtrarium est in eclipsi
 partiali solis, vt ex sequentibus fiet manifestius.

De eclipsi Solis quando & quomodo fiat. CAP. XXXIII.

Quomodo
sol eclipsatur.

Cum vero Luna est in cōiunctione ad Solem, si cōiunctio fiat diametraliter sub linea ecliptica, ita ut cōiungatur Luna Soli in capite vel in cauda draconis, per interpositionē Lunæ inter Solē & nostrū aspectū, cōtinget nobis solē eclipsari. Cū enim Luna sit corpus opacū & non transparent, penitus illuminari à Sole non potest, sed illuminatur tantum à Sole secūdū suam medietatē, vel maiorem partē (eò quod Sol maior sit Luna) proiiciturq; vmbra versus aspectū nostrū, & obūbratur nobis claritas Solis, sicq; nobis Sol eclipsatur. Quod non est ita intelligendum, quasi Sol verē possit lumine priuari, cuiuscūq; corporis obiectione. Est enim hoc plane impossibile, cū Sol à seipso, & non ab alio suū habeat lumē. Sed quātū ad nostrū iudiciū, nostrumq; aspectū, dicitur eclipsari, quia scilicet nobis videtur eius lumen deficere, quod nobis propter interpositionem opaci lunaris corporis nō appareat. Quomodo autem superius de Luna diximus quod perfecte & totaliter non eclipsatur, nisi cum ipsa sub linea ecliptica opponitur Soli in capite, aut cauda draconis: ita de Solis eclipsi dicēdū est, quod perfecta fieri non possit, nisi quādo est diametralis cōiunctio Lunæ & Solis sub ecliptica linea in capite aut cauda draconis, ambobus in capite, aut ambobus in cauda existētib, & diametraliter sibi inuicē ita oppositis, ut eadē diameter per vtriusq; centrū trāseat. Potest tamē fieri partialis solis eclipsis, etiā tūc quādo Luna est in cōiunctione fere sub linea ecliptica, prope caput aut caudā draconis, intra metas, vel terminos eclipsis de quibus prædictū est. Inter eclipsim autē solis totalē, & partialē hæc differētia est: quod in totali eclipsi, existēte cōiunctioe directe in capite vel in cauda draconis, totum corpus solis illis obūbratur & obtenebratur, quib⁹ est eclipsis, ita ut nihil videant de globo solis. In eclipsi autē partiali, quādo cōiunctio tantū est prope alterū dictorū, punctorū nō obtenebratur totū corpus solis, sed solū pars aliqua, vbi cōtingit interponi lunā nostro aspectui. Et cōtingit interdū hāc eclipsim ita modicā esse, ut vix percipiatur, nisi macula aliqua sub solari corpore. Ex prædictis patet ratio, quare nō semper in cōiunctione Solis & Lunæ videamus solē eclipsari, quoniā videlicet non in omni cōiun-

functione, Luna in aliquo prædictorum punctorum inuenitur, aut prope intra metas eclipsis, sed frequentius in alia parte zodiaci soli coniungitur, extra punctos prædictos. Manifestum est insuper omnino non posse fieri solis eclipsim, nisi tempore coniunctionis & nouilunij, quem admodum non potest fieri eclipsis Lunæ, nisi tempore oppositionis, & plenilunij: quoniã videlicet aliàs non contingit Lunam obici inter solem & nostrum aspectum.

Multiplex differentia inter eclipsim Solis, & Lunæ. CAP. XXXV.

INter eclipsim autem Solis & Lunæ, non vnica differentia est. Primùm enim hoc ex dictis patet, quod eclipsis solis requirit cõiunctionem in eodẽ puncto, vel prope idẽ punctum. Lunæ vero eclipsis, exigit oppositionem in punctis oppositis. Prior habet fieri tempore nouilunij, posterior in tempore plenilunij. In priori, Luna interponitur inter solẽ & terram. In posteriori, terra inter Solem & Lunã obicitur mediã: In priore, umbra Lunæ terram obscurat, in secunda umbra terræ corpus Lunæ obfuscat. In priori, tantam sit luminis ab aspectu nostro subtractio: in posteriori, etiam realis luminis priuatio. Sunt præter has duæ aliæ notabiles differentia; quarum prior hæc est, quod eclipsis Lunæ (sive totalis sit, sive partialis) semper est generalis in omni terra. eclipsis autem Solis, nunquam est generalis. Priorẽ partem supra declarauimus. Posterior vero ita probatur, quoniã nõ simul omnibus Sol eclipsatur, neque omnibus simul apparet lumẽ deficiens, sed dum hi Solẽ eclipsari percipiunt, illi luce solis fruuntur, & dum ad hos eclipsis peruenit, priores illi lucis fulgorẽ iam receperunt. Quia enim Sol in eclipsi suum lumẽ non perdit, sed tantum eius claritas obumbratur, ex interpositione Lunæ fieri potest, ut quibusdam obscureretur, quibusdam autem nõ. Cum enim Luna sit multo minor tota terra & Sol multo maior luna, nõ potest umbra lunæ totam terram cooperire: maxime, quia (iuxta prædicta) umbra terræ secundum acutiẽ pyramidalẽ continuo minuitur, propter quod etiã si terra esset equalis tantum Lunæ, adhuc nõ posset penitus ab ea obumbrari. Multo minus ergo nunc, ubi secundum veritatẽ multo est maior (continens videlicet eam triginta sex nonies) poterit ab ea penitus obumbrari. Vnde contingit fieri eclipsim in vna regione, nõ autem in alia, imò contiu gere potest ut duorum vicinorum satis propinque com-

Eclipsis Solis nunquam est vniuersalis.

rantium vel consistentium, alter habeat eclipsim, alter non, utpote si intra vnus aspectū & Solem sit interposita Luna, nō autē inter alterius aspectū: aut ille sit in vmbra Lunæ, hic autē non: utpote si illū tāgat pyramidis acuties vmbrae lunaris, non autē hunc aliquantulū distantē ab altero. Nequaquā ergo potest fieri Solis eclipsis generalis in vniuersa terra. Tūc enim totā terrā posset obumbrare luna, quod est impossibile. Totalis autē eclipsis Solis, aliquibus potest fieri. Ad hoc enim non amplius requiritur, quā v̄ Sol in aliqua parte per directam interpositionē Lunæ penitus subtrahatur illic inhabitantiū aspectui. Tunc enim nobis est totalis Solis eclipsis, quando nostro aspectui totaliter eius lumen subtrahitur, propter directam interpositionem corporis lunaris inter Solem, & nostrum aspectum. Verum interim dum nobis ita totaliter eclipsatur in aliis partibus terræ, nec partialiter videbitur eclipsari, eò quòd quantum ad illas partes terræ non sit interpositio Lunæ, sicque generalis esse non poterit. Altera differentia est, quòd eclipsis Solis, incipit à parte occidentali corporis ipsius, eò quod Luna per proprium motum venit ab occidente. Sed eclipsis Lunæ venit primo à parte orientali corporis eius, eò quòd ipsa proprio motu ab occidente veniēs intrat vmbra terræ, quam primo tangit in parte sui corporis orientali: verum tamen prius partem vmbrae occidentalem iugreditur.

De nouilunio, & plenilunio.

CAP. XXXVI.

Oportune quoque hoc loco, & de nouilunio & plenilunio, & varia lunæ illuminatione dicēdū. Aduertendū proinde est, quòd cū luna ex se lumē nō habeat, sed omne suū lumē recipit à sole, omnis ratio mutationis, & variaz illuminationis, per respectus varios ad solē debet considerari. Est enim luna corpus admodū opacū, quod nō potest à solis lumine (quantūvis forti & valido) totaliter penetrari, sed tantū secundū mediā partē, vel amplius, ab eo potest illuminari. Illic autem illuminatur, vbi à sole respicitur. Propter quod non semper in eadē sua parte lumē habere cernitur, eò quòd non semper secundū eandē partem à sole respicitur, sed nūc desuper, nunc ab infra, nūc à latere hoc aut illo. Et secundū hanc illuminationē diuersam, cōtingit omnis in luna mutatio. Quādo enim luna est

Nouilunū.

est cōiūcta soli, ita vt par iter inueniātur sub aliqua parte zodiaci, superior eius medietas, quæ est versus astra, est illuminata: inferior vero medietas versus terram, obscura est, proicitq; vmbra. Et tūc nouiluniū dicimus. Hebræi vero neomeniā appellabant, id est, nouū mēsem. Distinguebant enim menses per lunæ cursum, ita vt semper à nouilunio mensem inchoarent, suasq; calendas ipsum diē cōiūctionis habebant. Deinde vero, cum luna suo motu celeriori à sole incipit recedere, incipit simul & lux eius à parte superiori ad inferiorē permutari, incipitq; nobis lux aliqua apparere in nostra medietate. Et quāto luna à sole amplius declinat, tātō magis à parte superiori lumē recedit, & in parte laterali (propter laterale solis aspectum) illuminatur: primū quidē vt cornuta modice, & appellatur bicornis, deinde pleniori lumine, & quarta crescens vocatur: quæ cū plena fuerit, quasi semicirculus apparet, quando est luna septima. Post hanc vero quartā primā incrementi lunaris, continuo ad plenitudinē circuli tēdit, secundum ampliorem à sole declinationem, vsq; dū ad similitudinē pleni circuli venerit (quod fit luna 14.) ita vt sol & luna inueniantur in partibus zodiaci oppositis. Tuncque pars eius inferior versus nos, totaliter illuminatur superiori omnino remanēte priuata lumine, appellaturq; plenilunium, eò quòd nobis tūc plene illuminata videatur, licet secundum veritatem æquē semper sit illuminata. Atque hic finitur medietas mensis lunaris. Post hoc iterum incipit luna soli appropinquare, & per consequens ab inferiori parte lumine priuari, & versus superiorē partē lumine crescere, rursusq; vt cornuta à parte altera, & semicirculi in modū apparet, luna x x i. donec tandem iterū habeatur ex coniūctione nouiluniū. Sicq; perpetua hac instabilitate luna mouetur, velocissimo suo motu quadruplicem sibi singulis mensibus variās illuminationem.

De eclipsi facta tempore passionis Christi. CAP. XXXVII.

QUæ autē in capitulis præcedentibus de solis eclipsi dicta sunt, opportune nimium cōducere videntur ad cōsiderationē eclipsis solaris, quā in sacris Euāgeliis factam legimus media diē, pēdente in crucis patibulo solis Lunę, astrorumq; omnium, imo cœli & terræ conditore Christo Iesu domino & deo nostro: quæ tam notabilis & supra

Quid pleni
lunium.

*Dionysius
Areopagita
eclipsim ad-
uertit in pas-
sione Chri-
sti.*

naturam insolita fuit, vt etiam gentiliū historis, posterorū memoria sit prodita: præter quod diuinus ille Dionysius Areopagita, tū in Aegypto apud Heliopolim philosophus, in epistola ad Policarpū se pariter cum Apolophane summo philosopho eādē se conspexisse, & cum admiratione maxima diligenter considerasse testatur. Constat enim ex prædictis, hāc eclipsū nequaquā secundum naturam potuisse fieri, sed supernaturali tantū virtute. Nam tempus passionis Christi minime cōueniebat tēpori solaris eclipsi. Hæc enim (vt ostensum & probatum est) non nisi in cōiunctione solis & lunæ fieri potest. Tempore verò passionis Christi plenilunium erat, & oppositio lunæ ad solē. Quod præter testimonium Dionysij, qui se asserit cum Apolophane in oppositioe eā conspexisse, manifeste ex sanctorū Euāgeliorū autoritate monstratur, quæ describunt Christum tēpore Paschalis solēnitatis in sancta Parasceue passum & immolatū. Paschalē autē solēnitatem (vt ex legis præcepto habebant) Iudæi plena luna celebrare debebant, luna scilicet quintadecima: quæadmodū legimus Exodi x i r. cap. Non solum igitur tempus non fuit secundum naturam accommodum solari eclipsi, verum etiam maxime incommodum. Nullo enim tempore impossibilius est eam fieri, quàm tempore oppositionis. Nunquam enim longius sol & luna absunt à cōiunctione, quàm oppositionis tempore. Exactius autē euncta quæ in hac eclipsi cōtigerūt cōsiderantibus, in vno portēto quinq; simul concurrunt cōsiderāda miracula, quæ ad gloriā immolati in cruce agni, particulatim nos minime pigebit explicare. Primū itaq; fuit ex parte tēporis, quoniā (vt iam diximus) secundū naturā erat ad eclipsi generatiōe minimè cōueniens. Secūdū erat in cursu Lunæ, quæ naturaliter suo motu proprio ab occidēte in oriētē progreditur. In hac autem eclipsi, visa fuit à Dionysio motu velocissimo reuertens præter naturam ab oriente versus meridiem, vsq; dū stetit sub Sole, vbi per tres horas quieuit, & Solis lumen mortalibus occultauit. Post verò mortuo domino ad proprium locum versus orientem, motu celerrimo, veluti in instanti regressa est. Atque ita quidem hora sexta & nona apparuit sub Sole, vespere autem occidente Sole, in oriente apparuit opposita Soli.

*Quinq; mi-
racula in
vna eclipsi.*

Tertium

rium miraculū fuit ex parte, à qua inceptis eclipsis: nā supra declaratum est, eclipsim solarem debere secundū naturalem ordinē incipere à parte Occidētali corporis Solis. Illius autem eclipsis fuit initiū à parte Orientali Solis. Nam Luna (vt iam dictū est) retrocessit ab Oriente versus meridiē, sicq; primo Solem tetigit ex parte Orientali.

Quartū fuit miraculum ex parte in qua post peractā eclipsim primum cœpit corpus solare lucidum apparere. In eclipsi enim naturali, pars illa Solis, quæ primū obumbratur interpositione Lunæ, prima incipit apparere lucida post eclipsis medium. In hac autē eclipsi, ordine cōtrario (quod mirabile est) pars illa quæ primo obscurata fuit, & quam primū subintravit corpus Lunæ, postremo apparuit suo lumini restituta. Vltima verò pars Solis, & quā nouissime Luna intrauit (pars videlicet Occidētalis) primum detecta apparuit, & ab obscuracione libera. Non enim pertrāsiiuit Luna Solem, vti solet in naturali eclipsi, sed sub eo stetit triū horarū spatio, ac deinde nō pertranseundo Solē reliquit, sed rursus ad locū vnde venerat (id est, ad Orientē) redeundo. Quintū fuit miraculū, ex mora & duracione eclipsis. Nam eclipsis Solis secundū naturā diu durare nō potest, sed ocysis, & celerrime absoluitur propter nimiam solaris corporis ad corpus lunare superexcessum secundū quāritatē, & velocissimū Lunæ motū. Propter quas duas causas cōcurrētes, nō diu potest corpus sculum tāto minus, corpus tāto maius nostro subtrahere aspectui. Siquidē (propter motū velocissimū) Luna non diu potest nostro aspectui occultare Solem, corpus tantæ molis, quin aliqua ex parte mox emicare, & effulgere incipiat nostro aspectui. Quemadmodū videmus ad oculum, nonnunquā magni corporis molem nostro aspectui abscondi per minimi corporis interpositionē: quod tamē si vel trāsuersum vnguē aut latū culmum loco moueatur, mox sub aspectū nostrū sese offeret quod ante fuerat occultū. Vt cū (exempli gratia) ante oculos manū tantū tenētes, ita prohibemus ne cōspiciamus globum Solis, qui mox se ingeret nostro aspectui, si vel minimū eam mouerimus. At verò eclipsis ista (de qua loquimur) tā admirabilis & horrēda, nō modici temporis fuit, neq; ad momentum transtiens, sed perpetuo triuā horarū spatio, ab hora

secta

sexta (vt Euangelista ait) vsque ad horam nonam. Cuncta vero hæc miracula beatus pater Dionysius Arcopagita, in supradicta epistola, paucis verbis particulariter videtur attingere, quemadmodum ex ipsius epistolæ verbis Astronomicæ rei perito facile fieri potest manifestum.

Quod eclipsis ista tempore passionis fuerit vniuersalis.

C A P. XXXVIII.

Super hæc verò omnia, forsitan & aliud miraculū sextum adiciendū erit, secundū naturā, multo etiā magis quàm præcedētia impossibile. Videtur enim eclipsis ista de qua loquimur, fuisse penitus vniuersalis in vniuerso orbe. De quo tamē cōtrariæ extāt sententiæ. Nam aiunt quidā, tantū in Iudæa fuisse hanc eclipsim: & quod Euangelistæ dicunt tenebras factas super vniuersam terrā, limitate intelligunt de terra Iudææ. Atq; hi nihil opus habēt aliud superaddere miraculum. Altera verò probabilior, & scripturæ, rationi, atq; historicæ fidei magis cōsona opinio est, quæ vniuersalē dicit fuisse hanc eclipsim, super vniuersum orbem. Est enim hoc magis scripturæ cōsonū, quæ simpliciter dicit super vniuersam terrā factas esse tenebras. Deinde & rationi magis cōsentāneum est, postquàm ad glorificationem pendentis in cruce, mundi cōditoris eclipsim fieri voluisset gubernator naturæ, vt miraculum istud palā omnibus in toto mūdo exhiberet: quandoquidē ad omniū salutē, agnus ille in Iudæa immo-

Psal. 117.

Matth. 27.

Dionysii memorabile dictum.

Actuum 17

labatur. Et decebat apud omnes, lapidē hūc reprobatum cœlitus clarificari: ita vt esset etiā exteris nationibus in testimoniu abominādi facinoris, tam insolita conspecta eclipsis. Quod etiā rei docuit euetus. Nō enim solus ille in Iudæa Centurio, visis iis quæ facta fuerant, dixit: Vere filius Dei erat iste. Verum etiā apud Heliopolin in Aegypto Dionysiu audiuius cōspecta re admiranda, memorabili verbo exclamasse corā sodalibus, Aut Deus naturæ patitur, aut mūdi machina dissoluitur. Et ex hoc signo apud Athenas (quod in Actis Apostolicis legitur) ignoto Deo fertur aram fuisse inscriptā. Prætereā, miraculū illud de retrocessione vmbre solaris in testimonium sanationis Ezechia regis, nō in sola Iudæa exhibitū neq; perceptū fuit, verū etiā in exteris nationibus. Vnde & regem Babyloniorū legimus misisse ad eū literas, & nuncios, vt
inqui

inquirerēt de portēto, quod acciderat super terrā: quem admodum in libris Paralip. legimus. Quanto magis ergo signū istud, quod ad clarificationem Saluatoris mūdi fiebat, nō in Iudæa tantū, sed & in exteris regionibus decuit vniuersale fieri? Monstrat hoc ipsum fides historiarū, quoniā (vt Eusebius Casariēsis refert) Phlegon egregius Olympiadū supputator, lib. x i i i. de hac eclipsi ita testatur: Olympiade c c i i. magna & excellens inter omnes quæ antè acciderāt defectio Solis facta est, & dies hora sexta ita in tenebrosam noctē versus, vt stellæ in cælo visæ sint, terræq; motus in Bithynia Nicenæ vrbis multas ædes subuerterit. Ex cuius verbis manifestè patet, nec terræ motū peculiare fuisse Iudææ, nec Solis deliquium. Id quod ex cōspectione stellarū probatur. Nō enim efficere posset eclipsi Solis particularis, vt vllæ stellæ in cælo cōspiciantur, cū lumen Solis non tollatur, vnde prohibetur stellarū aspectus. Maius enim lumen obfuscatur minus. Vnde licet nobis abscondatur globus Solis, non ob hoc lumen eius aufertur, quo obfuscatur stellæ, vt videri nō possint. Apparet ergo nō solū fuisse particularem illam eclipsim.

Quod si roges, quomodo fieri possit vt fuerit vniuersalis cū Luna (vt supra dictū est) nō possit sua interpositione totū corpus Solis occultare ab aspectu nostro? hoc videlicet est quod dicimus nouū miraculū esse, vniuersalitatem istius eclipsi, vt facta intelligatur nō solū per interpositionē Lunæ inter Solē & terrā, sed simul & per radiorū solarium retractionē. Diuina siquidē virtute factū creditur, vt Sol quasi exhorrescēs impiūsimū scel⁹, quod super terrā tunc gerebatur, suū lumen à terra cōtinuerit (quod nunquā fecisse legitur ab initio seculi) indignū ducēs suo lumine terrā latificare, quādo suū creatorē conspiciebat tā atroci & ignominioso mortis genere ab impiis cruciari. Itaq; quæadmodū Lunæ eclipsi vniuersalis intelligitur per realem totius luminis subtractionē, sic & istā imaginamur factā, per realē luminis à toto orbe subtractionē, quod nunquā secundū naturā in eclipsi Solis potest cōtinere. Et ne cui nouum hoc cōmentū videatur inuenimus plane huius sententię fuisse beatū Hieronymum. Deniq; quod Dionysius & alij cum eo Philosophi in Heliopoli ad cōtēplationē huius eclipsi animū intēderunt, non est veri

Paral. 32.

Eusebius.
Phlegon.

Questio.

Solutio.

verisimile factū esse, nisi quod etiā ipsi experirētur tenebras. Cū enim nullo modo secundū cursum naturæ tēpus esset eclipsis, nullā habebant causam neq; occasionem ad rem istā aduertēdi animū, nisi quod easdē quas in Iudæa patiebantur tenebras sceleris perpetratores, sentirēt etiā ipsi, vt fierent rei incognitæ admiratores. Vnde verisimile est propter subitas, & inopinatas tenebras quas sentiebāt, mox incēpisse illos applicare animū ad huius rei cōsiderationē, quēadmodū ab initio (vt Philosophus testatur) ex admirari cōceptū est philosophari. Apparet ergo nō in sola Iudæa fuisse hāc eclipsim particularē, sed penitus in omni terra vniuersalē: quemadmodū terræ motus non solum particularis fuit in Iudæa, sed etiā in aliis nationibus, vt retulimus ex descriptione digni fide etiā gētilis historici. Quæ vniuersalis eclipsis cū fieri non potuerit per solā Lunæ interpositionem, consequitur debuisse Solem suos continere radios, vt cōcordi testimonio & vna cōpassione terra mota, dirupteq; petrae in inferioribus, & luminaria obscurata superne, lugerent simul & clarificarent reprobatū lapidem, appensum in cruce Christū Dominū.

Solutio cuiusdā obiectionis, ex libri cōclusio. CAP. XXXIX.

Obiectio.

Verum contra hanc nostrā sententiā obiiciat forsitan aliquis, Quonā modo hæc constāt, vt Solē dicamus continuissē lumen, stellas tamen in cœlo potuisse videri? Siquidē (vt iam antē dictū est) à Sole cætera astra lumen accipiunt. Si ergo (quemadmodū refert Phlegon) stellæ in cœlo videri poterant, certe & Solē oportuit luce non esse priuatū. Alioqui & stellæ suū lumen perdidisse, ablata nāq; causā, auferrī oportet etiā effectum.

Solutio.

Huic obiectioni respōdebimus, dicētes. Solē quidem non secundum substantiam priuatū fuisse lumine, quod illi secundū suam substantiā indeficiēs dedit altissimus, sed tantū suū lumē cōtinuisse, & suos radios retraxisse, vt super terrā eos nō effunderet, nec aērē solito lumine illustrāret. In terra enim scelus erat quod exhorrescebat, & cuius indignitatē volebat demōstrare. In superioribus autē nō erat cur lumē cōtineret. Proinde quod in priori capite eclipsim istā similit fecimus eclipsi lunari, nō ita intelligendū est, quasi sic sentiamus in eclipsi ista lumē vere defecisse Soli, & omnino nō fuisse lucē in substantia Solis, quomodo in sua eclipsi

eclipsi corpus Lunæ realiter priuatur lumine: sed tãrum in hoc constat similitudo, quòd sicut Luna in sua eclipsi nullũ lumẽ ad inferiora mittit, sic neq; Sol tũc temporis radios vllos aut vllũ lumẽ super terrã proiciebat. Stat ergo Solem cõtinuissẽ suos radios, ne inferius lucerẽt super terrã: stellas tamen in cœlestibus solito lumine fuisse illu stratas. Si rursum obiicias, Quorsum Lunæ interpositiõẽ op^o fuit, si Solis radij erãt cohibẽdi? aut quid operabatur illa Lunæ sub solari corpore suppositio, si cõtinuerit Sol radios luminis sui: æquẽ enim nihil lucis super terrã fuisset effusum posteaquã iussus est Sol suos cõtinere radios, etiã si Luna nõ fuisset Soli supposita. Videtur ergo ista Lunæ interpositio prorsus fuisse superuacanea. Dicimus Lunã quidẽ vt creatorem glorificaret, & sceleris horrorem mundo declararet, suo creatori cõpatientem Dei iussu (à quo indubie mouebat) præstitissẽ quod potuit, eãq; hac in re suũ voluissẽ præstare creatori obsequiũ, quoad posset Solẽ occultãdo vt radios illius cohiberet, & morientis in cruce gloriã mundo patefaceret. Et verisimile est Lunã se directẽ Soli supposuissẽ ex ea parte, quæ respiciebat sceleris hui^o nefandissimi locũ, id est inter Iudẽã & Solẽ fuissẽ interpositã. Quod autẽ secundũ naturã Luna sua interpositione nõ potuit, id credimus diuina virtute p solariũ radorũ retractionẽ adimplerũ. Quidã verò etiã denfissimarũ nubiu ponunt cõcursum. Sed quæ prius dicta sunt, vidẽtur magis probabilia. Nã si per nubes totũ negotiũ gestũ fuisset, minus potuissent stellæ cõspici, quæ facilius obumbrantur nubibus quàm corpus solare. Itẽ non potuissent ita limpide in Aegypto per Dionysium prædicta considerari, si nubiu talis interiectio perfecisset negotiũ. Sed nos iam à supremo cœlorũ, in id quod fuit aliquando terræ infimũ delapsi, nempe in illũ qui suo ipsius testimonio vermis fuit, & nõ homo, opprobriũ hominũ, & plebis abiectio, virorũ nouissimus, vir dolorũ & sciens infirmitates, cuius aspectus tanquã leprosi fuit, & nõ erat ei species neq; decor, cuius p humilitate iudiciũ sublatũ est, lapsis reprobat^o, agn^o occisus, hircus p peccato, caper emisarius in crucẽ adactus, tãdẽ fessum calamũ in eo reponamus. Sigdẽ bonũ est nos hic figere pedẽ, bonũ est calamũ cursũ sistere, atq; in huius passioibus cõgescere. Fascicul^o enim

Obiectio.

Solutio.

Psal. 21.

Esaiæ 53

Psal. 117.

Cantic. I. enim mirrhæ dilectus noster nobis, & sp̄sus sanguinum ipse est nobis: qui dū inter vbera cōmoratur, miras præbet cordis veras, solâsq; puras delicias. Et licet multa admodum iam diximus, in quibus altissima clarescit patris omnipotētia, & magnificētissima refulget eius gloria, veluti de cœlestiū orbiū incomprehensibili & inestimabili magnitudine, de Astrorum innumerabili multitudine, de cursus primi mobilis incogitabili celeritate, de ordinatissimis singulorū planetarū motibus, de Solis gloria, de claritate luminarium, de mirabili ordine plenilunij, nouilunij, ac aliis huiusmodi cōpluribus, quæ nostrū animū ad canēda in alacritate spiritus gaudiosa cantica merito valeāt prouocare: prælegimus tamē ad libri huius cōclusiōnē, in hoc terræ infimo reprobato lapide conquiescere, & super doloribus ac humilitate eius vocē fletus assumere. Vicit enim admiratio humilitatis eius omniū cōditorum supernorū gloriā. Siquidē in humilitate iudiciū eius sublatū testatur Propheta. Nos proinde eiulationis vocem eleuantes, lamentationē canamus pendēti in cruce agno, qui tulit peccata mūdi, cuius est nihilominus cū patre & spiritu sancto æterna gloria in secula seculorum. Amen.

Esaiæ 53.

FINIT LIBER SEPTIMVS.

LAMENTATIO MORIENTIS IN CRUCE
 ce agni, propter ouem perditā appensi: quē in terris reprobatarum, supernè clarificarūt egregia duo luminaria, diei & noctis Domini.

Quis dabit capiti meo aquam: & planctum condignum super vniuentum?

Vtinam lacrymis inebrientur oculi mei, & fontes mihi exurgant aquarum calidarum in medio capitis mei.

Vtinam in absinthium vertatur mihi cor meum: & digna amaritudine amaricetur in medio ventris mei.

Peccatum peccauit Hierusalem: & contaminata est vniuersa terra præuagatione.

Virum iustum à Deo donatum, signis glorificatum plurimis, interemerunt, virum optimum, & mansuetissimum præceptorem.

Non sustinuerunt impij in mansuetudine arguentem, tollere animam eius conciliati sunt.

Oblatus est, quia voluit, & non aperuit os suum: sicut onis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum.

Propter

Propter scelus populi percussus est & pro humilitate iudicii eius sublatum est.

Non est agnitus vultus eius: donec in patibulo appensus est.

Ibi clarificata est maiestas eius in cunctis populis, tunc & exteri coluerunt ignotum Deum, quem domestici repulerant oblitum.

Morte turpissima a filiis populi sui condemnatus est: & cum iniquis innocens agnus deputatus est.

Ah, quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus?

Quomodo abscondita fuit agnus Dei, fortitudo tua cum essent cornua & spicula in manibus tuis?

Propterea sedebis mœrens & gemens: suspirabo & gemam ut colubasciscit passer solitarius in telto vociferabor.

Ipse rex meus & Deus meus: princeps meus, notus meus, amicus & creator meus.

Revenam consolari, & afflicti affligar: sicut mater lugens super unigenito vteri sui.

Sol cognouit, non cognouit homo: Luna in plenitudine sua vidit exaltatum.

Cœli obstupuerunt, illudente Iudeo: & omnis ordo cœlestium conturbatus est.

Sol retraxit lumen suum, & continuit super iniquitate, quam vidit in terra, radios suos.

Luna respiciens plenitudinem suam, subito se gyrans per meridiem, soli se supposuit.

Nuditatem appensi operuerunt tenebris suis densissimis: denudauerat enim Iudeus: ad confusionem patrem suum.

Maledictus puer Cham, & maledicta hæc posteritas eius: erunt serui cunctarum nationum, & dispergentur in omnes populos.

Petre scisse sunt, terra mota est: fundamenta mōtiū cōturbata sunt.

Inanimes creatura (quibus non est intellectus neque ratio) cognouerunt creatorem suum: & multa potentia gloriose clarificatus est in eis.

In terris visus nō est agnitus: populus peculiaris repulit creatorem suum: in crucem subleuatus est, & claruit maiestas.

Qui gloriantur se habere scientiam Dei, & pollicentur cæcis ducatum, quasi talpæ non agnoscunt Solem: inanimes creatura (cui non est cor neque ratio) agnoscit etiam nube obreclum.

Reuertere Luna in locū tuum, reuertere: quoniam expirauit Deus, consummata clamans omnia.

Restituatur nobis lumen tuum, dominator Sol: ut videamus ad sepeliendum mortuum.

Ita pater, ita Deus, ita dominator dominus: quoniam sic placitum fuit ante te.

Sic sic Christum pati oportuit: & in ligno iterum clarificari.

Propter nos vniversa ista per te scimus esse completa: omnia propter electos tuos.

Ita pater, voluisti exaltari in ligno dulcem filium tuum, vt exaltatus ad se cuncta attraheret.

Vt cognoscant quoniam ipse est quem misisti in mundum: gloriosis prodigijs illum voluisti glorificare in nationibus.

Operiet nos Iesu bone ignominia tua: & impleatur cor nostrum ab ea.

Educ de oculis nostris lacrymas per diem: & nocte non cessent oculi nostri.

Non contineat se super te os meum, & labia nostra constitebuntur nomini tuo in seculum.

Dicant nunc quae longè sunt nationes: quoniam regnavit à ligno Deus sempiternus.

Hierusalem Hierusalem conuertere ad dominum Deum tuum.

FINIT LAMENTATIO.

IN LIBRVM VIII.

CONSIDERATIONIS PHYSICAE de anima in genere, deque potentiis vegetatiuis specialiter: item & de longitudine atque breuitate vitae praefatio.



MANIA quae fecit altissimus, exquisita iuxta oēs volūtates eius summa vtiq; cōfessione sunt admiranda. At verò prā omnibus hominis origo amplius est spectāda. Quippe magnū miraculum sunt singula hominis mēbra, singule vires, singula organa, singulae operatiōes. Signa quae rūt homines de super, & prodigia stupidi spectāt. Miraculorū oēs cupidi sumus; cū sint hae oīa intra nos verissima, spectaturūq; dignissima miracula. Quae vere nō sunt mirāda, miramur attoniti: vera miracula nō est qui admiretur. Ecce enim ipsum caput suū quod supra humeros collo iunxit Deus natura, quisquis apprehēderit, magnū ille & multo maximū miraculū tenet: quippe in quo tam mira fiunt opificia suis quaeq; offi

efficacis distincta, sub vnus cranei osseo tegmine, vt hui⁹ miraculi nemo sufficiat, nec physic⁹, nec medic⁹ indagare celsitudinē, aut digne etiā admirari. Quāobrē nō frustra *Nota.* Græcorū sapiētes soleant præscripserūt apophthegmate, Gnothi se autō: quod Latinis sonat. Nosce te ipsum. Intra nos eum habentes mirabilissima, qualia nō sunt in cœlo sursum, neq; in terra deorsum, nihil opus habemus foris quæ admiremur, aut in quib⁹ oblectemur expetere. Neq; maria nobis in hoc sunt enauigāda, vt quæ mira prædicātur cernamus: cū mirabilia multo quā vsquā locorū inueniri possint, ipsi semper circūferamus. Atq; id quidē verū est, & indubitātū, etiā si ea tātū quæ corporis sunt cōsideremus. Quod si ad interiora animæ fuerimus intrōgressi, quasi in secretiora penetralia, rē prorsus diuinā cōperiemus, in creato corpore. Hac de causa non erit cōpletū nostrū desideriu, donec & hæc Dei magnalia maxima quæ nobis ab anima (siue in seipsa, siue in corporeis organis) insunt, balbutientes, rudi saltem traditione pandamus.

Quid sit anima secundum veritatem. CAP. I.

Sic est humana generatio misera, vt quæ sibi intima sunt, nō nisi obsecrissime cognoscat. Quo fit vt animæ cognitio sit nobis eo difficilior, quo ipsa est intimior. Vnde & veteres philosophi diuersissimas de anima sentētiās, pro sua quisq; secta, reliquere. *Hec definitio cū sua de clarations apud Arist. ponitur. l. c. 2. li. de ani.* Qui tamen omnes in hoc conueniunt, quod ipsam ponunt principiū earū operationum, quas de foris in animatis rebus conspicimus. Ceterum, sigillatim singulas eorū sententiās expendere, nō est nostri propositi. Satis habemus, animæ quidditatem simpliciter veritate describere, eiusque vires & officia delineare. Quorsum enim atinebit, sopitos & diu iā extinctos errores, resuscitados in lucem reuocare? Animam autem definit Aristoteles hunc in modum,

Anima est primus actus, perfectioq; corporis naturalis, potentia vitam habentis, & talis plane, vt eius partes sint instrumenta.

Hoc est, anima est forma substantialis, ipsam materiam seu totū cōpositū actu perficiēs cui inest, quæ potēs est suū actū seu operationē vitālē exercere in corpore physico, rariis organis, & partibus ad hoc distincta. Anima hic

capitur pro omni anima, siue vegetatiua, siue sensibili, ir-
rationali, siue rationali. cū autem actū primū dicimus, o-
mnes habitus species, potentias, aut accidētarias disposi-
tiones abiicimus: quæ animæ vt sint instrumēta, certe nū-
quā anima sunt dicēda. Et quāquā actus quidā dici possint
(nimirū formæ accidentales) nō sunt tamē actus primi &
substātiales, sed actus tantū secūdi & accidētales. Actus
enim secūdi sunt, quia à forma substāntiali producuntur,
& tantū sunt animæ instrumēta, quibus scilicet tanquam
instrumētis in suis operationibus, vtitur anima: quæadmo
modū potentia vīsiua vtitur anima vt instrumēto ad effi-
ciendā visionē: sicut forma substāntialis ignis vtitur calore
vt instrumento ad quippiā calefaciendū. Sed anima actus
prior est, à qua nimirū omnia ista procedūt. Quoniā ve-
ro nullius artificialis operis anima est, idcirco corporis
physici actus ponitur, hoc est, forma rei naturalis. Actum
enim formam dicimus, & physicū idē quod naturale. Nō
autē cuiuslibet corporis physici forma est anima, sed talis
cuius partes sint instrumenta, vel organa, quod omnino
idē est, hoc est organis diuersis adornatū atq; distinctū, ad
diuersas vitæ operatiōes exercēdas. In homine enim ocu-
lus, auris, manus, os, vēter, cor & cetera omnia sunt orga-
na diuersa diuersimode disposita, ad diuersas vitæ opera-
tiones. Et quæ pauciores inter viuētia habēt operatiōes,
vt plantæ, cōspiciuntur etiā pauciora habere organa, ra-
dices, medullas, neruulos, atque huiusmodi pauca. Que
verò omnino nō viuūt (vt elemēta, vel etiā inanimata mi-
xta atq; metalla) nō habēt eiusmodi organa, quòd nullas
habeāt vitæ peculiāres operatiōes. Et ne credatur cada-
uer etiā animā habere, & ne forma cadaueris anima pute-
tur, dicitur anima esse actus eius corporis organici, quod
vitā habeat in potētia, hoc est, quod per hæc ipsa organa
possit vitæ officia exercere. At in cadauere, non est vitra
oculus vel auris in potētia, vt audiat, vel videat, nihilo cer-
te amplius, quā trūci aut elemēti cuiuspiā partes. Quare
& cadaueris forma, per putrefactionē statim hæc omnia vt
sibi inutilia dissipat, vt paulò post animæ abfcessum, cada-
ueris forma, digitos & nares & oculos & vniuersa prius
varie disposita organa, equet in puluere & cinere. Repetit
Arist. animæ definitionē fere iisdē verbis. Hisce videlicet.

Ani

Anima est perfectio prima, primusq; actus corporis naturalis, cuius partes sunt instrumenta.

Qua sic quoque redditur,

Anima est actus corporis physici organici, vitam habentis in potentia.

Nec minus congrue & ab officiis definiri potest anima, hoc modo, Anima est principium quo viuimus, sentimus, atque mouemur.

Diuisio animæ, & quæstionis cuiusdã determinatio. CAP. II.

Diuiditur aut̃ anima in vegetantẽ, sensitiuã, & rationale, iuxta tria præcipua animæ officia.

Prima est in omnibus viuẽtibus: secũda, in sentientibus: tertia, in omnibus hominibus. In plãtis est sola vegetans: quoniã hæ nec sentiũt, nec ratiocinãtur. In brutis, est anima & vegetã & sensitua. In hominibus, est anima & vegetatiua & sensitua, & insuper rationalis: etiam in illis qui debitũ ratiocinatiõis actũ, ob indispositiõnẽ viriũ inferiorũ atq; organorũ habere nõ possunt. Verũ ex his videtur oriri quæstio, debeãtne in homine poni tres animæ locali situ in diuersis seiũctæ partibus, an magis cõiũctæ. Rursumq; si cõiũctæ loco, an re plures ponendæ sint hæ animæ, an ratione tantũ differẽtes, vt vna anima hæc tria sortiatur officia atq; nomina. Sic itẽ de duabus animabus in brutis quæstio formari poterit. Sane hæc ambiguitas solet scholasticis exercitationibus, magnũ campũ præbere, & sunt hac de re cõtraria sentiẽtes Philosophorum sectæ. Nos vero nostri instituti memores, proposito breuitatẽ tenere cupiẽtes, hoc tantũ (quod videtur verisimilius) citra præiudiciũ eorũ quibus cõtraria magis placet sententiã, asserimus, In bruto quolibet secũdũ re vnicã inesse animã, quẽ à sentiẽdi officio, sensitua: à vegetãdi officio, vegetatiua nominatur, diuersis vtq; (sicut per se claret) ratiõibus, & hæc animã vegetãtẽ pariter atq; sentiẽtẽ, per totũ qd informat corpus esse dilatãtã, quanquã operationũ quarundã certas, & determinatas habeat sedes vel officinas, in quibus ipse aut solũ aut excellẽtius perficiãtur, quã in cõteris partibus. Sic & de hois animã sentiẽdũ, eã videlicet vnicã esse in oĩbus corporis partibus, eandẽ & vegetatiuã

*Arist. 3. c. 2.
li. de anima.*

*Quæstio
an vnica an
plures in ho
mine sint
animæ.*

Solutio.

Arist. 3.ca.
2. lib. de ani
ma.

& sensitivā & rationalē, à qua corpori sit, vt vegetetur, & sentiat, quæq; homini ratiocinandi potētē donet. Includit autē rationale sensitivū, & vegetativū, sicut tetragonus includit trigonū, id est, quadrangulare triangulū, & sicut perfectū includit imperfectū absq; vlla cōpōsitōe. Quod ita debet intelligi, quia in quocunq; inuenitur potentia ratiocinādi, in eodē sunt anima vegetatiua, & sensitiva, at nō ecōtrario: & in quocunq; est sensus, est etiā potentia vegetatiua, at nō ecōtrario. In plantis enim est vita vegetatiua, non autem sensus vel ratio, quemadmodū in quadrangulāri includitur triangulare, sed nō ecōtrario. Nō enim vbi tres anguli sunt, statim adfunt quatuor. Vnus enim deest, & vno superatur triangulus à quadrangulo.

Quod sit potentiarum anima subiectum, & an possint ab anima separari.

CAP. III.

De subiecto
potentiarū
animæ.

Rursum & illud de potētīs animæ queri solet, an sint in anima, an in cōiuncto, id est corpore & anima pariter iunctis. Itēmq; si vllæ potētīæ possint ab anima separari, vt absq; eis perdurare possint anima. Quibus erit breuiter satisfaciendū: dicēdo, quasdā vires animæ in anima sola esse, eas nimirum ad quarū exercēda officia corporis organū determinatū nō habet, vt sunt volūtas & intellectus, quarū potētīarū operationes exercet anima, nō per vllū corporis organū determinatū, etiā si corporeorū organorū iuuetur adminiculo. Quasdā vero esse in cōiuncto, id est corpore & anima, seu in ipso cōposito: eas nimirum, in quarū exercitiis anima eget organo determinato: vt sunt potētīa visiva in oculo, memoratiua corporalis, & imaginatiua in cerebro, & ita de cæteris. Inter has igitur vires illæ quæ perficiūt suas operatiōes nō per organū corporeū, nō possunt vnquā ab anima separari, nec sine eis esse anima aut permanere pōt. Quæ vero sunt in aliqua parte corporis, & quæ vt perficiāt suas actiōes, egēt organis corporeis, hæc animā nō cōsequuntur emigrantē è corpore: & potest vtiq; rationalis anima absq; huiusmodi subsistere. Vnde anima à corpore separata nō habet potētīā vegetandi, neque sentiendi: quanquā ad huiusmodi actiōes possibilitatē habet. Non enim idem existimanda est possibilitas sentiendi, & sentiendi vis naturalis, siue naturalis potentia. Omnino tamen in ipsa anima, potētīæ istæ
rad

radicaliter manent: ita ut si iterum in corpus mitteretur ad informandum, rursus in organis determinatis eas efficeret: quia tamē à corpore separata est, nō actu & formaliter in se habet, nisi eas potentias quę immateriales sunt.

Quod sola rationalis anima manere potest à corpore separata & quod sola non educitur de potētia materie. CAP. IIIII.

Consequitur insuper ex iisque prædicta sunt, cū anima vegetatiua, & sensitiva in plantis & brutis, nullā habeat vim neq; potētiā naturalē, quæ nō sit colligata corpori, nō posse eas extra materiā, & corpus separatim permanere, sed necessariō interire simul ut à corpore expelli eas cōtulerit. Anima vero rationalis, quoniā aliqua parte supereminet corpori, & vires aliquas operationesq; naturales habet, quę à materia nō pēdeāt: idcirco (quatenus rationalis est corpori nō penitus immersa, sed aliqua ex parte corpus excedens, & modo quodam per se subsistēs) potest separatim subsistere. Nec mori ipsam necesse est, cū à corpore migrat. Ea vero parte qua sensitiva est, & vegetās, non esset separabilis à corpore. Atq; hinc est, quod solet dici animas sensitivā, & vegetativā educi de potētia materiz, nō autē creari. Latēt enim in materia (ex qua vivens cōcipitur) rationes seminales eiusmodi formarū, sicut & ceterorū quæ animata nō sunt, ita ut hæ animæ (sicut & omnes formę corporeæ) extrahātur de materia, quę est in possibilitate ad omnē formā, per actionē agentis creati. Anima autē rationalis quia præ nobilitate viriū à deo sibi datarū secundū quas imaginē dei in se gerit, superexcedit corporis grossitiē atq; ignobilitatē, ideo de materia virtute naturalis actionis elici non potest. Neque latent in materia generationis sed creātur à deo sigillatim rationales animæ omnes, sicut sigillatim infunduntur in sua quęque corpora testante Psalmista quoniā Deus finxit sigillatim corda filiorum hominū. In hoc tamen conveniunt omnes vires, tā animæ secundū se, quām totius coniuncti, quod fluant omnes ab essentia animæ: sicut à forma substantia procedunt, & conservātur accidentia rei, quæ in materia servantur. Propter quod in anima separata licet realiter non insint potentie illæ corporales, quæ in exercitiō suarum actionum indigent organo corporeo, secundum radicem tamen in ipsa adhuc latent, & propter solum

Anime rationalis nobilitas.

Psal. 137.

defectū subiecti, in quo reciperentur, deficiunt, non propter animæ impotentiā, aut naturæ eius permutationem.

De diuersis in anima potentijs.

CAP. V.

Quoniam autē superius animam secundū tres tātū potentias diuisimus, in vegetatiuā, sensitiuā, & rationalem, vel intellectiuā, sunt tamē potētię primo cōuenientes animæ quinque; numero, videlicet vegetatiua, sensitiua, appetitiua, motiua, & intellectiua. Quare autē animā trimēbri tātū diuisione dissecuimus, ratio est: quia duæ illæ potētię, appetitiua & motiua, nō inueniūtur separatim absq; aliis. In quocūq; enim est vis sentiēdi in eodē est & vis appetēdi & secundū locū se mouēdi, atq; ecōtrario: neq; in vltimo viuētū hęc separata inueniri possunt, propter quod ex neutra potētiarū illarū sumpta est, animę diuisio. Sic neq; volūtas (quę tamen ab intellectu distincta potētia est) speciale aliquod mēbrū facit in diuisione animę, quoniā non inuenitur in vltimo viuētū ab intellectu separata. In quocūque enim est intellectus, etiā & volūtas, & ecōtrario. Vnde sub intellectiuo cōprehēditur volitiuū, sicut sub sensitiuo appetitiuum, & motiuū secundū locum. Generaliter autē distinguūtur in anima diuersę vires atq; potētię, secundū operationū differētiā. Quotquot enim in homine sunt ab inuicē differētes operationes, quæ ad vnū nō spectāt organū, tot sunt potētię ab inuicē diuersę. Vnicuique enim operationi correspondet in anima vis aliqua naturalis ad talē operationē efficiendā. Et quidē si operatio corporalis sit in organo aliquo corporali, aut in vlla parte corporis singulariter apparēs: ipsa etiā potētia corporalis videbitur, & ab anima quidē radicaliter effluēs, illi tamē organo peculiariter insidens. Quēadmodū (exempli gratia) homini operatio quædā in oculo adesse cognoscitur, per quā colores percipit, & res coloratas, gratia coloris, dinoscit. Vnde cōsequitur esse in oculo vim quādam atq; potētiā talis operationis effectiuā, quæ dicitur virtus visiva. In lingua vero operationē aduertimus, qua saporū percipimus differētiās, quod in nullo aliorū mēbrorum percipimus.

Vnde oportet huic operationi, vim quādam ipsius effectiuā respondere, quę dicitur virtus gustandi. Cū vero operatio ipsa per totū corpus, & singulas partes similiter extēdi videtur, oportet & ipsam vim ita per totū corpus expādi.

Vnde potētiarū diuersitas colligatur.

di. Vnde quia actus rãgēdi singulis mēbris cōpetit, neceſſario & ipſe tactus per corpus totū expanditur, ac ſingula occupat mēbra. Itē de nutritione dicendū & potētia nutritiua: Ex hoc verò intellige, quàm variis ſit anima potētis atq; naturalibus virtutibus adornata: vt pote à qua tam multæ, rã variæ, tam nobiles tã eximię procedere cōſpiciuntur operationes, vt eis cōtēplandis vix homo ſufficiat, vt ne dicā enumerandis aut plene comprãhendēdis.

Partim eſſe à perfectione, partim ab imperfectione, quod homo tam varias habeat potentias. CAP. VI.

Quod verò tam varias vires habeat homo ſecundū naturaliū operationū multipliciū diuerſitatē, partim quidem ab imperfectione eſt, quoniã omnis diſceſſus ab vno, & ſimplicitate, ex imperfecto eſt: partim verò perfectionis eſt indiciū, quòd per multas has vires ad multas ac varias operationes aptius cōſpiciatur homo, atq; naturali efficacia idoneus. Vnde eſt conſiderandum quaſdam res eſſe quæ pauciſſimas habeant operationes, quæ proinde multas potentias non habent. Aliæ ſunt quæ multæ ſunt perfectionis, ſed hanc nō niſi per multa obtinent potentias, & varie ſeparatas, vt patet in hominis viſu, auditu, phantaſia, memoria, intellectu, affectu, vi generatiua, digeſtiua, ac cæteris. Sunt præter has res aliæ ſimpliciores, quæ magis ad vnum, & ſummum bonum accedentes, multam nimis perfectionem pauciſſimis attingūt potētis. Hi ſunt ſpiritus illi cœleſtes, qui intellectu, & affectu nullo vtentes ſenſu, nullisq; corporeis organis, multo poſſunt ampliora quàm genus humanum poſſit vniuerſum. Super omnia eſt Deus ſeculorum, qui ſummā perfectionem ſimpliciſſima habet potētia atq; vnica virtute, quæ nec ab ipſius eſſentia ſecernitur. Quandoquidem quicquid in Deo ponitur, ab eius eſſentia non diſtinguitur. Ipſius ſummæ atque ſimpliciſſimæ virtuti omnes noſtræ deſeruiunt multiplices vires: vt magnificent gloriam nominis eius, quæ eſt ſempiterna. Ipſe eſt enim, qui ſimpliciſſima ſua perfectione, noſtra nos multiplicatē facit (licet imperfecte) perfectos: cuius proinde magnificent bonitati, nos decet in omnibus dare laudē & gloriam.

Conſideratio pulchra de correſpondentia admirabili corporis

& anime.

CAP. VII.

Deus perfectiſſimus actus & perfectiſſima virtutis.

Illud vero attentius cōsiderātibus quantā præbet suauitatis dulcedinē, quod cū corpus res sit crassa, materiālis, & ignobilis, anima verò spiritus, & res nobilissima, talis nihilominus & tāta inueniatur vnus ad alterum correspondētia, talis harmonia, talis cōsonātia, vt maior vix possit cogitari. Sicut enim corpus hominis super omnia mūdi corpora mirabilissime est organizatū, atq; pulcherrime distinctū, artificiosissimēq; fabricatum: ita & anima que huius corporis inhabitationi deputatur, nobilissima est atq; pulcherrima: sic corpori correspondēs, vt iuxta suā capacitatē & dignitatē ipsum totū impleat, eiusq; omnia organa viuificet & informent, omnibus illistā diuersis organis dādo vitā, sensum, & motū, atq; operationes peculiari ter cuiq; cōueniētes. Et quēadmodū in corpore est maxima & ornatissima diuersitas organorū, quæ tamē omnia secundū pulcherrimū ordinē adinuicē cōiuncta vnū corpus efficiunt, nec obstat tantā partium diuersitas, quin in vnū possint corpus cōpingi, imò tāto pulchrius tāto ornatius & spectabilius est hominis corpus, quod ex tāta sit varietate artificiosissimē cōpositū, quā si eiusdē dispositionis essent omnia mēbra. Ita proportionabiliter anima habet multiplicitem nobilissimarū potētiarū, & dignifimorū officiorū, quorū quedā aperta sunt & sensibus exposita, plura verò latēt interius: certissima tamē experientia à nobis percipiūtur & cognoscūtur. Habetq; anima diuersa ista officia, iuxta proportionē & exigētiā organorū corporalium, ita vt quot sunt mēbra organica distincta secundū qualitates, totidē sint etiā virtutes & officia distincta ipsius animæ. Diuersitas enim organorū & instrumentorū in corpore, arguit diuersitatē potēstarū virtutū & officiorū ex parte animæ. Nec tamē tanta hæc multiplicitas scindit, sed ornat animæ vnitatē. Quēadmodū enim vnus idēq; homo diuersa potest habere officia, & artes diuersas, quas exercet per varia & dissimilia instrumenta, sic anima diuersa: habet virtutes, quas exercet per dissimilia organa. Est autē hoc in magnū animæ ornatū & gloriā, quod ita diuersis sit instructa præditāq; virtutibus (quæ omnes sic in corpore membrum quomodocunq; dispositū, quod nō sua maiestate impleat, & cui nō pro sua natura debitā

vir

*Ornata
varietas est
corpori or-
natus.*

virtutem atq; potētiam infundat: ita vt nullum mēbrum relinquat vacuū, cui non vitā, sensum, & motum concedat: nullum etiā sit organū, quod non pro suæ naturæ exigentia debitā sibi virtutem ab animæ plenitudine recipiat, vt oculus sumit videndi virtutē, auris audiēdi, lingua gustādi, manus operandi, pedes ambulādi, genua sese incuruandi atq; voluēdi, & ita in singulis mēbris. Ecce ve-
 rō mirabile istud inter corpus & animam matrimoniū, ecce pulcherrimā consonantiam & admirabilem coniunctionē inter mēbra corporis organica ex vna parte, & virtutes seu potestates animæ ex parte altera. Vide, quomodo singula organica mēbra, singulis virtutibus desponsantur ac velut nubunt & coniunguntur inuiolabili inseparabiliq; societate. Vides ex parte vna corpus velut substratū, cū multitudine diuersissimorū eorundemq; pulcherrimorum organorum: ex aduerso autē animā vides hoc corpus sibi desponsantē, in corpus istud intrantē, totam plenā nobilissimis potentiis, & talibus potentiis, quæ singulis corporis membris respondeant. Quid hoc matrimonio pulchrius? quid hoc spectaculo iucūdius? Verē qui hæc iuxisti, magnus es Domine, & mirabilia opera tua: tu es Deus solus, & præter te non est alius, tibiq; gloriam canit omnis compago corporis nostri & vniuersa animæ plenitudo, qui viuus benedictus in æterna secula. Amen.

Contemplatio pulcherrima matrimonij inter corpus & animam.

De potentijs anime vegetatiua in speciali. CAP. VIII.

VT autem per ordinem nunc de singulis determinemus, primo consideranda est potentia animæ vegetatiua, quæ alio nomine nutritiua appellatur.

Arist. 2. lib. de anima. 4. cap.

Habet autem hæc potentia vegetatiua tria præcipua officia, alere, augere, & generare.

Vnde potentia vegetatiua diuidi potest in potentiā nutritiuam siue altricem, augmentatiuam, & generatiuam: quæ tres potentia reperiantur in vitā habentibus. Prima est propter conseruationem substantiæ ipsius viuientis.

Omne enim viuēs quādiu viuūt, nutriri oportet.

Quia enim stabilia non sunt viuētia, sed in fluxu cōtinuo, propter virtutem igneam perpetuo consumētē, & partes aliquas deuantē, idcirco ad conseruationē substantiæ animalis operatur anima circa alimentū, vt ex eo

conti

*Arist. 2. li. de
anima. 4. c.*

continuo instauret, quod per resolutionem deperditur. Nam ubi continua est absque reparatione resolutio, fieri non potest, ut durabilis sit talis rei substantia. Quapropter recte dixit Aristoteles, uiuens eousq; nutriente indigere, quousq; perseuerat, alimento autem priuatum non posse subsistere. Secunda vis est augmentatiua, qua nimirum anima ipsum corpus in iustam & naturæ conuenientem potest perducere quantitatem. Nullū enim uiuentium ab initio habet perfectam suam quantitatem, sed perpetuum est cum uitā recipit. Anima uero cōtinua operatione sua, circa alimētum occupata, nō solum curat id, quod defluit, restaurare, uerū etiā maiore adiicere quātitatem: dum plus infulcit sua actione, quā sit cōsumptione deperditum. Est autē huius uirtutis à priori differentia, quoniā nō oportet uiuēs omne quādiu uiuit augeri, nutriri uerō & ali simpliciter omnibus uiuētibus necessarium est. Est tamē, secundum rē harum duarum potentiarū idem obiectum, sed ratione tātum diuersum. Alimētū enim & nutrit & auget: sed quātum reparat quod deperditū est nutrit: in quantum uerō etiā maiorem quantitatem reddit quā pre fuit, auget. Et est quidē anima principalis harū operationum effectrix, pro instrumento tamē habet naturāle calorem per quē cōcoquit & alterat nutrimentum (quod ante nutritionē est alito cōtrarium & dissimile) ut fiat simile, & aptū quod traiciatur in mēbra corporis alēdi. Quia enim nutrimentū dissimile est ipsi quod nutriri & augeri debet, impossibile foret ex alimēto fieri nutritionem aut augmentationem, nisi ipsum alteraretur, ut simile fieret alito. Hæc autem alteratio rectissimè attribuitur calori, quo tanquā instrumēto & causa secundaria utitur anima: de quo plura suo loco dicemus in sequentibus capitulis.

De uirtute attractiua, digestiua, retentiua, & expulsiua. CAP. IX.

Sunt autem particulares quædam vires, potentiis iam dictis subseruiētes, utpote sine quibus fieri non possit nutritio, uel augmentatio.

*Quatuor po
tentia.*

Ex sunt, uirtus attractiua, uirtus retentiua, uirtus digestiua, & uirtus expulsiua.

Attractiua.

Quia enim imperfecta nutritione singula mēbra oportet nutriri, ideo necesse est, ut in quolibet mēbro uirtus sit

quæ

quædam, per quã nutrimentũ attrahat quo nutriatur, nõ secus quã in magnete virtus est quædam & efficacia ad se attrahendi ferrũ. Verum quia nõ potest membrum ex attracto nutrimento ali siue nutriri, nisi ipsum quod attractum est, omnino secundũ speciem simile fiat ipsi membro nutriendo: ob hoc virtute digestiua opus habet, per quã nutrimentum concoquatur & transmutetur, vt simile sit membro alẽdo, sicq; ipsi sufficiat nutritioni. Nam impossibile est nutritionẽ fieri, nisi prius ipsum alimentũ simile factum sit nutriendo. Nutritio enim (vt supra indicauimus) fit ex alimẽto prius dissimili, facto tamen simili, antequam fieri possit nutritio. Quia verò nõ potest virtus naturalis agere in instanti, sed tẽpore eger, vt digerat alimentũ ac simile reddat alito, idcirco ne dissiperetur materia attracta, retentiua virtute est opus. Nihil enim ad nutritionẽ proficeret attraxisse alimentum, si deesset virtus ipsum retinẽdi, donec secundũ qualitã cõuenientẽ esset immutatũ: quemadmodũ videmus nonnullos interdum sumere cibũ vel potũ, sed ante cõcoctionẽ siue digestionem cõgruã, statim vel per os vel per posteriora eiicere. Sed quoniã in omni alimẽto impuritatũ est commixtio, quæ per digestionẽ separantur ab eo quod nutritioni est accommodum, idcirco ne illæ impuritates ad nutritionẽ perficiendam ineptæ in hominis corpore remanentes putrefactionem & morbos generent, necessariũ fuit virtutem inesse membris ad expellendum, eiiciendumq; quod nutritioni non conuenit. De his autem particularius disserere, Medicorum potius est quã Physicorum.

*Digestiua.**Retentiua.**Expulsiua.**De potentia generatiua.*

C A P. X.

Tertia vis animæ vegetatiuæ est, potentia generandi, quia scilicet viuens potens est generare sibi simile, secundũ speciem. Quam potentiam Arist. dicit esse præcipuã, ita vt iustũ putet potentiam vegetatiuã a generatiua tãquã præcipua, denominari. Ait enim opus generatiõis esse aliorum finẽ, nutritionis scilicet & augmentationis. Nã ad hoc animal nutritur & augetur in iustam quantitã, vt cum perfectũ fuerit, gignat sibi simile. Naturalissimum enim & præcipuũ opus (vt Arist. ait) est generare simile, & in quo viuẽtia maxime assimilãtur summã illi diuinæ bonitati, quæ sua virtute progignit vniuersa. Itẽ & secundum

*Generatiua.**Aristot. cap. 4. 2. libr. de anima.*

Neq; solum
animal, neq;
omne sibi si-
mile gene-
rat.

Genes. 1.

Que nō ge-
nerant si-
mile.

dum aternā durationem. Quia enim in hoc à Deo defi-
ciunt, quòd secundū numerū, vt ille, æterna permanere nō
possunt: idcirco dū sibi simile generādo, ita in specie per-
manent, quodāmodo aternitatis participes fiunt, atq; ad
diuinā durationis aliquatenus accedunt similitudinem,
quantū ipsorū permittit, conceditq; natura. Est autē hæc
virtus, nec in solis animalibus, neq; etiā in omnibus. Non
quidē in Solis animalibus, quoniā quidē & plantæ cōplu-
res eandē vim participāt. Vim enim generatiuam habent,
quibuscunq; à Deo semen est datū. In semine nempe vir-
tus est formatiua similis secundū speciē. Hinc & naturæ
prouidissimus, benignissimūsq; instructor Deus, cū de ter-
ra vellet arborea, herbasq; verbo suæ iussione educere,
iā iam de generationis vi sollicitus, semen pariter in eis vo-
luit inueniri. Sic enim ait, Germinet terra herbā virentē,
& facientē semen, & lignū pomiferū faciēs fructū iuxta
genus suū, cuius semē in semetipso sit super terrā. Post cu-
ius verbū in sacra historia subditur, Et factum est ita. Et
protulit terra herbā virētē, & facientē semē iuxta genus
suū, lignūq; faciēs fructū, & habens vnumquodq; semen-
tē, secundū speciē suā. Ecce quā sollicita & diligēs hic fiat
seminis mentio. vide quomodo ab initio fuit de generādi
virtute sollicita Dei prouidentia. In quibusdā verò nō solū
ex semine sit simile secundū speciē, verum etiā ex rama-
sculo tantum præciso absq; vllō semine arbor crefcit aut
herba similis illi, à qua desumpta est particula. Quòd au-
tē nō in omnibus animalibus, neq; in omnibus viuētibus
inueniatur, per experientia est manifestū. Nā quædā sunt
animalia spontaneā generationē habētia, quæ nō ex semi-
nis propagatione, sed putrefactione nascūtur: quanquam
inter hæc quædā indifferēter, vel ex putrefactione nascū-
tur, vel ex semine. Illa etiā quæ ex diuersarū speciērum cō-
mixtione generātur, non sunt nata generare sibi simile.
Vnde mula (quæ ex cōmixtione equi & asinæ gignitur)
nescit generationē. Est autē huius potentia à prioribus
duabus differētia, quoniā operationis illarū effectus com-
pletur, & manet in ipso subiecto, in quo insunt potentia.
Effectus autē operationis virtutis generatiuæ extra sub-
iectum est ipsius potentia. Potentia enim nutritiua & au-
gmētatiua, ipsum suū indiuiduū in quo est, nutrit atq; au-
gmen

gmentat. Nulla autē res per potentiā generatiuā seipsam generat, sed aliud distinctū indiuiduū, simile tamē secūdu species. Ex quo manifestē patet, nobiliore ac digniore esse virtutē generatiuā duabus potentiis prioribus. Siquē ista ad speciei cōseruationē immediatē ordinat, illa verō immediatē ad sustentationē & perfectionē indiuidui. Species autē nobilior est indiuiduo, ut pote q̄ p se pars est vniuersi, nō hoc aut illud indiuiduū. Vnde (quēadmodū supra diximus) nutritiua & augmētatiua ad generationē tāquā ad finē ordinātur. Aduertēdū insuper, q̄ circa idē obiectū aliquo modo versatur potētia gnatiua, circa quod versari diximus nutritiua & augmētatiua. Quomodo em̄ potētia nutritiua ex alimēto nutrit, & augmētatiua ex alimēto quāto auget: sic & generatiua alimēto vtitur ad sue operationis exercitiū. Semō enim ex superfluo est alimēti.

Pulchra feminis cōsideratio.

CAP. XI.

Merito verō cōsideratio feminis (quo vtitur virtus generatiua ad suā operationis exequutionē) videri debet profundius cōtēplātibus, nimīū admirabilis. Quid enim? An non sup̄admirabile est, ex modico semine (quod de herba aut arbore qualibet decisum fuerit) in terrā cōiecto, pullulare virentē herbā vel arborē, eandēq; tēporis accessu, sumpto ex terrā visceribus cōgruo alimento, iustā sibi quantitātē adiciere, & partes omnes sibi iuxta naturā suā cōditionē adaptare varietate tā pulchra, dispositione tā spectabili, tamq; admirabili ordine, ut hominis ingeniū nec herbulæ vnus sufficiat cōprehendere artificii? Cōsidera em̄ in arboris ē semine processione, quo modo in terrā inferne radices mittit, easq; ita infigit solide, ita hærere facit in intimis terræ visceribus, ut post modicū vix euelli aut dimoueri nisi vi magna nō possit, quō sursum stipitē ac truncū mittit, quē externe quidē vellit cortice velut idumēto, aduersus aëris inclemētia, & frigoris aestusq; iniurias. Intime verō medulla posita est, & circūquaq; venæ maiores atq; minores p totū corpus trunci dispersæ, eaq; mirabili ordine adiuuicē minores à maioribus procedētes, per quas nutrimentū singula partes ad se attrahunt. In superiori verō parte, quā mirabiliter prodeūt de stipite folia, in quibus similiter venarū & arteriarū conspicimus stupendam connexionem. Et est quidem folio

*Aduerte
huc animū
spectator re-
rum nouarū.*

foliorū eadem figura, eadē lenitas vel asperitas, similis ferē lōgitudō, latitudo, color idem, idē sapor, idem odor, & per omnia maxima est arborū eiusdē generis similitudo, Taceo florū pulchritudinē, & fructuū dulcedinē, ac in vtrisque mirabile artificiu. Hæc videlicet omnia originaliter ex seminis vnus prodire virtute. Sed & in semine animalis, atq; ideo in semine hominis (ex quo videlicet proles humana secūdū corpus nascitur) nōne illud, vel maximē stupendū est, quōd ex virtute illa, quæ in tā vilissima atq; penitus deformi & sordida materia inest, talis ornatur membrorū tam pulchra cōpositio, tam conuenientissimus ordo, tā efficax dispositio membrorū, tā eximia singularū partiū cōiunctio? Videlicet vt in infimo pars aliqua lata fabricetur, super quā ipsum corpus debeat firme cōsistere, & qua debeat moueri de loco in locū: cuius partis extremū multiplicem habeat ditisionē, vt sit velut in particulas dissecta materia, hoc est, vt pes habeat suos digitos in extremitatibus: atq; hæc rursum partes talē habeant ordinē, vt quæ primo loco ponitur, cæteris sit & altitudine & crassitie maior, atq; ita deinceps suo ordine, vt sit nouissimus digitus omniū tenuissimus, & minimus. Itē vt partes hæc sic diuisæ, in extremo pedis secundū quinarū numerū ita regulariter & vniuersaliter distinguatur, vt monstrū iudicetur, si quādo in vno pede senaria mueniatur distinctio. Iterū vt harū partiū quælibet in sui extremitate ex parte superiori duritiē habeat vnguis mirabili artificio & subtilissimā cōiunctione ita adglutinati carni & pelli, vt nulla possit excidere violentia quantūvis cōprimatur pedes, aut vrgeantur multis laboribus. Itē vt singulæ hæc partes, suas habeant iuncturas, in quibus possint incuruari, & prior quidē maior nō nisi vnā huiusmodi habeat in sui medio, cæteri verò binas. Et hec quidē omnia in pedis & manus cōpositione manifestē apparent etiam extrema tantū considerāti. Ex aduerso autē in supremo loco quomodo artificio maximo pars cōponitur rotunda, quæ cranio vno in superiori parte tegitur, hoc est osseo tegmine ita durissimo, & indissolubili, vt per annos plurimos in terra iacens nō possit omnino cōsumi. quod quidē cranio carne & cute operitur, vnde criniū egreditur defluxus, partē illā vndequaq; circūuestiēs. Sub hoc

hoc aut cranio, nobilis quedā & tenerima formatur sub-
 stantia, quā cerebrū dicim⁹, eaq; secūdū diuersas partes va-
 rie formata, vt diuersarū viriū aptū possit esse susceptacu-
 lū & organum diuersarū nobiliū operationū, in qua in-
 super rotūda parte suprema ab anteriori parte cōsistunt
 oculi, in sua cōcauitate pulchrē firmati: sic tamē vt facili-
 me mobiles, quibus sunt etiam sua cilia & supercilia. Sub
 his sunt nares, ad latus autē aures: sub naribus autē oris
 apertura ad ingressum cibi, & per circuitū mādibulæ dē-
 ribus plenæ, quorū ij qui in ipso ingressu cōsistunt, tenues
 sunt & acuti, ad dissecandū atq; scindēdū impositū cibū:
 posteriores verò crassiores sunt & plus quā duplicati,
 qui partes cibi iā anterioribus dēribus cōcisas possint ve-
 lut molēdo in minutissimas particulas cōterere: propter
 quod etiam molares appellātur. A parte autē capitis po-
 steriōri, omnibus clausis, nulla conspicitur apertura: sed
 nervi fortes, & iūcturæ mirabiles illic cōsistūt, qui caput
 partē supremā cū humeris parte inferiori cōglutinant: ita
 vt cum caput humeros nō cōtingat, pulchre tamen absq;
 onere per colli interpositionē ab eisde gestetur. Hinc ve-
 rō ab humeris velut duo rami extēdūtur brachia duo, ad
 opus quodlibet per agēdū, eaq; in medio curuabilia in cu-
 bito, extremitates autē similiter in digitos ordinate diui-
 sas habētia, vt de pedibus suprà diximus. Deinde nobilif-
 simū mēbrū cordis ita mirabiliter in medio animalis posi-
 tū cōsistit habēs ad sui caloris tēperamentū circūiacentē
 pulmonē, aërem sua respirationē cōtinuo in modū follis
 attrahentē, sicq; suū calorē temperantē: vicinū etiā habēs
 epar sanguinis officinā, & stomachū velut totius corpo-
 ris coquū, alimenti totius susceptiuū. Habet in super sple-
 nē, habet renes, habet intestina omnia, mirabili cōnexio-
 ne & cōuolutione disposita. Quod hæc (inquam) omnia
 quæ tantū figuraliter attingimus, & alia intus recondita
 multo mirabiliora, ita ordinate, ita perpetuo in corpore
 hominis siue etiā animalis alterius ex seminis tā vilissime
 substātiæ virtute efficiātur, quis nō ista maximū reputer
 miraculū? Nōne recte tibi videtur domino dixisse Psal-
 mista, Mirabilis facta est sciētia tua, ex me cōfortata est,
 & nō potero ad eā? Nōne & nos in præfatiōe libri huius
 recte videbimur hoc asseruisse, quod prodigia semper se-

Psal. 133.

cum circūferant homines, quibusuis miraculis magis admirabilia? Et quidē non ita multū videtur admirandū, si totā hanc connexionē dispositionēmq; membrorū, quā in nobis ip̄s cōspicimus, per semetipsum ita sua omnipotēti virtute deū asseramus cōdidisse: ū quomodo in principio Adā creauit de terra, & de eius costa Euam, absque vllius virtute seminis, terrā solā pro materia accipiens, & totam virtutem per sese administrās: ita & nostra corpora in sua dispositione atq; pulcherrima proportione per se idē ipse similiter fabricaret. Itē si vt in principio arbores & herbas creauit, absq; virtute seminis, ita & nūc potentissima sua iussioe eas de terra faceret prodire. Scimus enim quoniā non est ei impossibile, neq; difficile omne verbū. Nō nouū est nobis, si magna faciat ille, de quo scriptum est.

Psal. 71.

Qui facit mirabilia magna solus. Verū quōd hęc humani corporis dispositio ex operatione est virtutis, quæ latet in paterno semine (fœtidissima & vix nominanda substantia, quā absq; abominatione nemo cōspicit) quodq; in eo tam præclara lateat virtus, corpus tam admirabile sic efficiēdi atq; fabricandi, quod tota illius admirabilis dispositionis efficaciam in illo realiter inexistat, id nobis merito inimensum aggrauat pondus cōsiderationis nostræ, id prorsus stupidos & attonitos reddit, cogitq; exclamare nos, & voce aperta confiteri, quōd nō solū ipse magnus sit in semetipso, neq; solū magnus in magnis, sed & in abiectissimis, contemptibilissimisq; & minimis gloriosus.

De longitudine & breuitate vitæ: & primum de calore naturali atque humido radicali. CAP. XII.

Alima autē ipsa vegetatiua, per virtutē vegetatiuicē operationū, nutritionis & augmētationis, eget tamen ad hoc (vt suprā tetigimus) calore naturali pro instrumento, quo mediāte suas istas operationes perficiat. Cuius quidē naturalis calor, tanta est necessitas in corpore humano, & operationibus illius sustētationi necessariis, vt absque eo nequaquā possit anima in corpore permanere, ipsoque deficiente, omnino necessarium sit animalis vitā deficere.

Hic autē calor naturæ igneæ est, & perpetuo nutriri debet atq; foueri in corpore hominis: quēadmodū flammā cādela, & flammā quæ est in lychno lampadis, nutriri ad

ocu

oculū cernimus, atq; ita necessario nutriri, vt nutrimento consumpto mox flamma euanescat. Oportet ergo donec calor iste in homine permanserit, nutrimentū aliquod illi suppeditari, in quo foueatur atq; cōseruetur. Hoc autē est humidū radicale (vt appellant medici) id est humiditas naturalis, & ab initio generationis simul cū calore naturali siue radicali cōgenita animali per principia generationis. Natura enim quæ in corporibus omnibus viuentibus per virtutē principiorū generatiuorū posuit naturalē calorē, eadē ad cōseruationē rei, & naturalē disposuit humiditatē, quæ calorē velut cibaret, atq; foueret, ad eū modū quo ab oleo pascitur flāma, quæ in lampade cernitur. Hoc autē radicale & naturale humidū, cum cōtinuo debeat pascere vorantem igneum calorem, eumque in humano corpore fouere, facile minimo tempore absumeretur, si non ipsius fieret continuā reparatio, quæ admodū statim oleum in lampade deficeret, si nō statutis horis oleum infunderetur nouum. Atque ad hoc necessaria est sumptio alimenti cibi atque potus, ex quibus separatum humidum reparat humiditatē radicalem & intertenet. Ipsum verò siccum quod inde accipitur, ad reparationem est sicci, quod per actionem caloris resoluitur. Non enim solam humiditatem in corpore ignis absumit, verumetiam partes carniū, ac ceterorū membrorum ex omnibus tam siccum quàm humidum resoluens, propter quod tam cibo quàm potu animal indiget. Humidum autem istud radicale nutrimentum radicalis caloris, non debet esse humidum omnino aqueum, sed potius aëreum pingueque & viscosum siue vnctuosum: quomodo flamma non simplicis aquæ humido nutritur in lampade, sed humiditate pingui & vnctuosa, cuiusmodi est oleum, aut cuiusmodi est in candela seuum. Oportet ergo tale esse etiā humidū nutrimentale, quo radicale humidum debet reparari, id est, non pure aqueum, sed pingue, dulce, viscosum. Quare etiam ad humidū radicalis reparationem nō videtur potus ipse per se sufficere. Non enim videtur ex ipso solo sufficiens posse elici pinguedo, sed concoctio cum cibo, & ex cibi substantia solidiori facta commixtio, addit humido illi viscosam pinguedinem. Et quanto humidum illud pinguius fuerit, tanto

*Humidum
radicale.*

ex ipso minus calor consumit: quemadmodum videmus flammam in candelis ex seuo recenti atque pinguiori factis minus in seuum desæuire, diutiusq; in illis cōseruari.

De causa longitudinis aut breuitatis vitæ. CAP. XIII.

EX horū ergo duorū proportione, id est, calore naturali & humido naturali attēditur in omnibus viuētibus lōgitudō vel breuitas vitæ, secūdū videlicet proportionē calidi ad humidū: vt illa in quibus optima sit horū proportio, lōgissimē vitā iudicētur: ea verō in quibus minor proportio, vitē breuioris. Ad quod tamē plenius intelligēdū aduerte, quōd simpliciter sola quātitas materiæ alii cuius rei nequaquā vitā faciat longiorē vel breuiorē. Nā ad oculū videmus quasdā arbores paruulas diutius perdurare aliis multo secundū molē maioribus. Idē & in herbis cernimus, in brutis quoq; & hominibus. Neq; vniuersaliter caliditate excedētia maioris sunt durationis. Si enim fuerit nō proportionatū humidū, citius etiā aliis deficiūt, in quibus nō tāta est excellētia caliditatis. Facit enim immodicus calor nō præsente humido sufficiēte ad pabulū, ad rei celerē cōsumptionē, vt in hominibus multū cholericis. Rursum frigiditas multa vitā non facit longam. Si enim calor nō fuerit proportionatus, vt possit sufficienter dominari, abundantia frigiditatis extinguitur, & necessariō animal suffocato naturali calore perit, vt videmus in iis qui sunt vehemēter slegmatici, itē & in senibus in quibus dominatur frigiditas. Item neq; siccitas multa per se causa est lōgæ vitæ. Nā senes multæ sunt siccitatis: per hanc tamē ad corruptionē vergunt. Infantes autē plurimos videmus per multā humiditatē deficere, cū videlicet calor multo humido opprimetur: quemadmodū ligna viridia ignē opprimunt & extinguūt subrus latētē. Hinc etiā euenit, arbores illas quæ prope aquas nascuntur, minoris esse duratiōis, & animalia aquatilia plerūq; breuioris esse vitæ, quàm gressibilia. Abūdat enim in eis humidū, idq; nō pingue & firmū, sed magis aqueū. Harū ergo qualitatū nulla per sese potest assignari causa longitudinis & breuitatis vitæ, sed calidū & humidū æquata (vt ait Aristoteles) præcipua huius rei sunt causa. Quod tamē nō ita debet intelligi, quasi humiditas & caliditas in æquali virtute causa sint diuturnioris vitæ, sed quia in debita & bona

Calidū & humidū vitæ duratiōnis causa.

pro

proportione disposita. Oportet enim calidū habere domi-
niū super humidū. Alioqui non cōueniēter ex eo posset nu-
triri. In nutritiōe enim, id quod nutritur oportet agere
in id ex quo nutritur. Actiō autem non fit, nisi agente su-
per passō habente qualecunq; dominiū. Quod ergo Ari-
stoteles ait calidum & humidum æquata esse causam diu-
turnioris vitæ, intelligi debet bene proportionata: ita vi-
delicet vt humidū nō excedat calidū, ipsūmq; suo exces-
su suffocet: neq; vicissim calidum sic excedat absque pro-
portione humidum, vt ipsum cito excedat atq; absumat.

Que complexio faciat vitam diuturniorem. CAP. XIII.

EX prædictis patet, inter complexionēs hominū, diu-
turniorem vitā præbere eam quæ appellatur sangui-
nea. Est enim hæc calida & humida, estq; humidi & calidi
& humidum est æreum non aqueum: siquidem ærei res-
pōdet ista complexio qui natura calidus & humidus est.
Estq; in hac calor temperatus, quoniam nō igneus est, sed
æreus. Aër enim nō in summo habet caliditatem. Cum er-
go in hac complexione caliditas sit satis temperata, & hu-
miditas multa, eaq; pinguis & viscosa (quæ nutritiōi ca-
lidi maxime est accommodata) nō videtur ad vitæ prolon-
gationem alia esse cōuenientior ex quatuor complexio-
nibus. In cholericā enim excedit calor igneus, & siccitas
non præbet sufficiens pabulum excedenti calori. In fleg-
matica, humiditas nimia obruit calorem debilem, & dum
non potest super humidū dominari modicus calor, conse-
quitur non posse recte digeri humidū, sicq; multæ fiunt
corruptiones, & animal perit. In melācholica verò cōple-
xione, nimia siccitas est & calor modicus. Est enim in mo-
dum terræ frigida & sicca. Harum autē qualitātū vtraq;
vitæ obest, quæ in calido & humido consistit. Si tamē fiat
harum complexionum commixtio, poterunt etiam aliæ
bonæ cōpositiones inueniri ad vitæ cōseruationē valde
accōmodæ. Complexio enim cholericā & flegmaticā, do-
minante cholera & proportionato flegmate, diuturnam
præbet vitā. Sanguinea & melācholica nō mala, est, vbi
melācholia fuerit minor. Et forsitan talis possit fieri
cōpositio, quæ ad vitā melior esset quàm pure sanguinea.

*Proportionem quatuor primarum qualitatum originalem esse
causam longitudinis vite.* CAP. XV.

*Complexio
sanguinea
diuturna*

*Proportio
quatuor
qualitatum
durationis
origo.*

Licet autē dicamus (iuxta Aristotelem & alios medicos idē afferentes) calidū & humidū æquata & bene proportionata, ad eum modū quo prædictū est, causas esse vitæ diuturnioris: originaliter tamen non solū ex duabus his qualitatibus debet sumi ista cōsideratio, sed ex proportionē quatuor primarū qualitatū. Illa enim complexio in animali est effectiua vitæ longioris, in qua calidū, frigidū, humidū & siccum bene sunt adinuicem proportionata secundū exigentiā vitæ animalis: ita videlicet vt calor obtrineat dominiū super cætera, sic tamē frigiditate temperetur, vt non nimīū excedat ipsam humidū (quo habet nutrirī) proportionē, ne subito absumpto nutrimento deperat: quomodo vehemens ignis cito consumpta materia mox collabitur, iterūmq; humiditas ita sit per adiunctā siccitatem tēperata, vt nō sit nimia, neq; excedat caloris proportionē, ne videlicet nimia humiditate obrutus calor extingatur, quomodo si igni ardenti superfundatur aqua copiosa. Et in quibuscūq; huiusmodi temperamētum inuenitur quatuor primarū qualitatū, hi in se habent principū diuturnæ vitæ. Veruntamē quia in hoc tēperamēto calidū & humidū præcipua sunt, habentq; dominiū, quibus alia duo frigidū & siccū solū ad contemperamentum adiiciuntur, ad illorū mediocritatē constituendā, excessumq; vitæ discōuenientē prohibendū, idcirco duarū tantum qualitatum expressam faciens mentionē Aristoteles, dixit calidū & humidū esse principia longioris vitæ. Cum tamē addit æquata & proportionata, indicat tacite & alias duas qualitates, quarū additione fit vt calidū & humidum proportionentur, atq; equentur. Si enim calori deesset tēperans frigiditas, excederet humidū proportionē. Et si nō adesset humiditati tēperans siccitas, utiq; excederet proportionē caliditatis. Duas autē illas qualitates, caliditatem & humiditatem, dominari oportet in cōplexione longioris vitæ, quoniā sunt qualitates vitæ, id est viuētib; necessariæ, & animalis substantiæ potissimū cōuenientes: primario tamē caliditas, ac secundario humiditas, quæ caliditatem habet fouere. Propter quod in cōplexione vitæ longioris primum locum calor obtinere debet, humiditas verò secundū. Frigiditas autē & siccitas, mortis principia sunt, vbi inualuerint. Vnde senes quo amplius ad mortem

tendunt, eò magis siccos & frigidos effici cernimus. Et mortua statim corpora maxima occupat frigiditas atq; sic-
citas: omnis autè fugit calor & humiditas. Ex quo patet,
frigidū & siccū esse mortis principia, & vitæ maxime cõ-
traria, vbi contigerit ea dominari. Propter quod comple-
xio illa breuissimæ vitæ est, in qua ista dominantur, aut
etiã eorū alterū, siue per se frigiditas, siue siccitas. Nam il-
la directe calori aduersatur, in quo est vitæ principiu: hec
verò humiditati, quæ est primæ vitalis qualitatæ fomētū.

*Quomodo illa quæ in principio multam habent humiditatem,
ad longam vitam sint bene disposita.* CAP. XVI.

NOtandum autè, quod illa corpora ad longam vitam
sunt bene disposita, quæ in principio maximā habēt
sed tamē proportionatam, humiditatē, ita vt videatur ca-
lor aliquo modo latere sub tanta humiditate, vt multo tē-
pore perduret calor antequā possit humiditatem cõiun-
ctam penitus euincere, & manifestū obrinere dominium:
modo nō tanta sit, vt omnino calorē obruat ac suffocādo
extinguat. *Que* verò in principio sui ortus admodū paucā
habēt humiditatē, vt statim calor possit euincere & quasi
superior apparere, nō sunt diuturnæ vitæ. Simile enim vi-
demus in ignibus. Pleranq; enim ignis ille qui subiicitur
lignis viridibus, in quibus adhuc est multa humiditas, diu-
tius delitescit, iacetq; absconditus priusquam possit super
materia apposita potiri dominio: & interdum quidē, pror-
sus quasi extinctus apparet atq; oppressus, quandoq; ta-
men vigore resumpto resistens fortiter, agensq; viriliter,
tādem adhuc gloriose emicat, & in altū flāmam sustollit
quasi in victoriæ signū. Et manifestū est talē ignem mul-
to esse durabiliorē, quā sit ignis alius stipularū aut stra-
minū aliorūmve lignorū valde exiccatorum, qui in mate-
riam ob humiditatis defectum statim obrinet dominium.

Atque hinc contingit non raro, vt isti qui in infantia,
imò in pueritia grauissimè fuerint periclitati de vita, &
perpetuo quasi in languore vexati, longissimam vitam
viuant, cernanturq; in ætate prouectiori valere bellissi-
mè, postquā humidū illud, sub quo calor eorū periclitaba-
tur, & sub quo modo quodā oppressus delitescibat, iam
fuerit euictū & calor post longā patiētiā obtinuerit prin-
cipatum. Quæadmodū ad oculū cernimus, ignes ex carbo-

nibus sulphureis cōpositos, aqua perfusos, post paululum multo voraciorē flāmā dare, & calorē maiorē simul etiā durare longius. Hinc iterū cōtingit eos interdū qui per totam vitam languere videntur, longā tamē vitā ducere. Signū est enim in eis quod nec calor tātus sit qui omnino possit manifestē in humidum dominari, neq; tātū humidū, vt possit extinguere calidū: sicq; calor ob modicitatē nō multū potest humidū cōsumere, ac proinde humidū minus commiscetur extraneo, remanētq; purius, & ad caloris nutritionē magis efficax. Attamē quia calor tātus est, vt se possit aduersus humidū defendere, & illius saltē aliquid (quamuis non ita multū) ad suā nutritionē excedere, idcirco in vita animal permanet: lāguēs tamē propter sufficiētis caloris defectū, & quia nō satis, quātū operationes animali cōuenientes expetūt, dominatur. Patet etiā ex prædictis ratio, quare illi qui præcoci sunt ingenio, id est ante multā ætatē valde ingenio pollētes, plerūq; cōspiciantur præmatura morte occūbere, vt vix interdum virilem, rarō autē senilē attingāt ætatē. Est enim signū, quod ab initio pauca in eis fuerit humiditas & multa caliditas. Humiditas enim multa impedit ingenium. Vnde qui multū habēt sanguinē: nō sunt ingeniosi, eō quod sanguis sit humidus: sed qui paucū sanguinē & nō ita humidū habent, vt cunq; cholera mixtū, id est satis siccū & igneū. Quia ergo in his ab initio pauca est humiditas, cito calor dominat, & acquirūt siccitatē ad operationes sensuū & ingenij requisiti. Superuincēs enim sua actiuitate caliditas, cito corpori dat cōueniētes operationes, quas mediāte calore corpus habet: ac proinde ante cōsuetū tēpus ambulāt, loquūtur, discūt, morātur, phāsiantur, dū alij propter multum humidū diutius impediūtur ab operationibus vitalibus. Vbi autē minus est humidū, & plus calidū: manifestū est citi⁹ ibi calidū nutritionē deficere: & vbi cito dominat calidū, cito quoq; deficere ipsum necesse est. Proinde manifesta ratione colligit, eos qui præcoci ingenio sunt, debere etiā præmatura morte occūbere. Patet insuper ratio, quare cū cetera multa animalia cōspiciamus vel mox in sua natiuitate, vel paulō pōst, operationes suas cōueniēter exercere, vt potē moueri, ambulare, & alia eis cōueniētia opera. Homo tamē per multū tēpus absq; sibi cōueniētib; operationibus

rema

Ingeniosi citius moriuntur.

remanet. Nimia enim humiditas in causa est, propter quã etiã mēbra infantilia ligari debēt fasciis, eò quod deficiēte siccitate nō sint solida mēbra. Hoc autē in aliis animalibus nō est necesse fieri: homo enim pre omnibus aliis animalibus abūdat humiditate, propter quod etiã longioris est vitæ, omniaq; animalia vitæ diuturnitate superat, paucis admodū exceptis, vt elephanto & ceruo, & si quæ sunt similia. Hæc enim animalia tradunt lōgã admodū habere vitã. Cætera autē animalia domestica, quæ hominibus in vsu sunt, ad oculū vidētur multo breuiorē homine vitã durere, quãtūuis mole excedāt, vt equos, boues, oues, canes, aliaq; huiusmodi. Præterea habetur ex iã dictis causa quã se ij qui pauciori nutriuntur cibo, diutius viuāt: qui verò maiori, breuiorē habeant durationē. Itē, quare ij qui multū indulgēt veneri, minus viuant, itē & ij qui immoderatis atterūtur laboribus. Exiccat enim multa seminis emissio, itē & immodicus labor. Velocior autē siccitas, mortē accelerat. Illis tamē qui nimia sunt humiditate pleni labor cōducit moderatus, ad vitã protelandã. Efficat enim bonã siccitatē & temperaram, vt non obruatur calidum ab humido, & superflua digerat exiccando, ne fiat corruptio.

Quare per nutritionem res non possent perpetuo seruari.

CAP. XVII.

VErū ex his quæ prædicta sunt, posset quispiã dubitare, atq; ita nobis obiicere, Si calidū est vitæ principiū, & humido radicali nutritur, ac humidū illud per nutrimentū reparatur quū sit vt nō perpetuo possit in aliquo viuēte, vita per nutritionē seruari? Tãdiu enim animal in vitã permanere natū est, quãdiu calor naturalis ipsi nō deficit: adeo vt si perpetuo calor naturalis in deficiēs in corpore permaneat, simul pmaneret & anima ipsum informās. Calor autē per humidū nutritur, & humidū per alimentū reparatur. Quare ergo ad hūc modū nō potest corpus cōgruo nutrimento per virtutē nutritiuã perpetuò conseruari absq; corruptione? Huic quæstionitalis adhibenda est responsio, Humidū radicale quanquã nutriatur humido nutrimentali ex cibo & potu adueniente, nūquã tamē reparatur ad tã bonã qualitatē, vt antè fuit, sed cōtinuo minuitur à principio actionis calor in ipsum. Per cōmixtionē enim extranei (vt docet Aristoteles in libris de gene-

ratione) continuo ipsa virtus speciei minuitur, neque humidum ita bonum reparatur, ut fuit ab initio antequam deperditur. Unde fit ut continuo defectu tandem penitus humido deficiente, cogatur ipsum animal siccitate deficere, calore nimio superante nec habente pabulum. Quemadmodum videlicet cum aqua infunditur vino, quo plus infuderis aquae in vinum, eò fit vinum minus forte, & minus habens virtutem suae speciei, ad conuertendum scilicet in se extraneam substantiam. Et licet in principio per modicam admixtionem non depereat virtus vini, quoniam adhuc potens est conuertere infusum in suam substantiam, si tamen diu pergis aquam infundere, tandem ita debilitabitur virtus speciei vini, ut prorsus ab aqua superetur & extingatur omnis virtus vini ab aqua deuicta. Atque hoc pacto manifestè videmus quomodo per nutritionem non posset fieri indiuidui perpetuatio: sed necesse est hoc modo animal deficere, cum eousque res deuenierit, ut necessarium humidum radicale perdat. Quod si homini adesset per nutritionem virtus reparandi humidum aequè bonum, ut est illud quod deperditur, tunc posset homo absque corruptione seruari.

De virtute ligni vite in Paradiso. CAP. XVIII.

Atque ita sanè intelligendum est, quod in Genesi legitur de ligno vite, quod erat in paradiso, ex cuius fructu prohibebatur sumere Adam, posteaquam peccasset, ne ipsum comedens viveret in aeternum. Sic enim ait dominus, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est: sciens bonum & malum: nunc ergo ne forte mittat manum & sumat etiam de ligno vite, & comedat, & viuat in aeternum. Et post pauca subditur, Et cetera; Adam & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammam gladium atque versatilem ad custodiendam viam ligni vite. Nam (ut sacri Theologi tradunt) talis erat virtus huius arboris fructus, ut per eum possit virtus speciei reparari & conseruari absque defectu. Quomodo enim aliae arbores in cibum illis erant, ad reparationem deperditi per calorem naturalis (qui etiam in primis parentibus ante peccatum inerat, & suo modo agebat, id quod ex praebito eis Dei voce alimenterius, quam in cibum creata fuit, ut de eius fructu sumentibus virtus speciei confirmaretur, & ita praeseruetur ab omni defectu, ut per caloris actionem & humidum deperditionem,

extra

extraneiq; humidi aduentum non imminueretur bonitas ipsius humidi, neq; per consequens imminueretur calor. Fiebatq; per huius fructus virtutē, vt humidū æque bonū esset quod reparabatur, atq; id quod per actionē caloris naturalis deperit, eratq; medela aduersus hęc (ratione nutrimentī) debilitationē. Atq; hinc processisset absq; corruptione hominū vita, arboris istius beneficio, donec Deo placuisset à statu illo animalī in altiorem (qui nutritione non indigeret) transferre. Verum nos longe ab illo tam efficaci fructu elongati sumus: via ligni huius præclusa est Adā, & cunctis posteris, via incognita est natis in exilio. Paradisus voluptatis ignotus est in terra laboris habitantibus. Atq; vt etiam sit via cognita, ecce ad custodiam stat Cherubin tenens flammeum gladiū atq; versatilem, vt spes nulla sit nobis de fructu ligni huius consequendo. Neque est qui vel ramusculū nobis possit adferre ligni illius, vt ipsum plantemus in terra nostra. Atque vt fortē detur, non arbitror ego tam singularis gratiæ & eminentiæ lignum ex paradiso voluptatis allatū, in terra hac miserix atque laboris vegetari posse, aut suas radices in arenosam istam terrā (quæ spinas & tribulos inutiles melius germinare nouit) defigere. Quapropter talis iam est nostra conditio, ita se nobiscū res habet, vt, velimus nolimus, semel nobis sit moriendū, iuxta verbum domini ad Adam omnium nostrū nomine dicētis, Terra es, & in terrā Gen. 3. reuerteris. Vnde & sanctus Apostolus, Statutum est omnibus hominibus semel mori, post hoc autē, iudicium. Hebr. 9.

Quomodo vnumquodque viuens habeat determinatam periodum.

CAP. XIX.

EX prædictis facile potest monstrari, vnumquodque viuens Periodus seu terminus naturalis. habere certū limitē & definitū terminū vitæ, cūq; secū dū cōplexionis varietatē diuersum longiorēq; vel breuiorē. Cū enim nō possit humidū radicale atq; bonū reparari, necessario cōsequitur ipsum paulatim debilitari. Quidquid autē cōtinuo debilitatur & diminuitur, eadē in totū collabatur necesse est. Est enim vnicuiq; vitæ & durationi præfinit^o terminus nouissimū illud & extremū vitalis operationis, quādo nō vltrā potest calor naturalis ab humido nutriri cogiturq; viuens deficere. Quemadmodum in vno terminus quidam certus est, quādo nō vltrā infusam aquā

aquã poterit in se cõuertere, imò separetur ab aqua, & vñ esse definit virtute speciei penitus deficiẽte. Vnde illa quæ simpliciter meliorem habent complexionẽ proportionẽq; calidi & humidi vitalis, longiorẽ habet suæ durationis periodũ, & quod optimã habet hãc proportionem, durationis est lögissimã. Ecõtrario autẽ, quod malã habet hãc cõplexionẽ siue proportionẽ, breuiorẽ habet durationẽ. Hic autẽ terminus vitę naturalis dicitur, qm̄ videlicet secũdũ naturalẽ cõplexionis virtutẽ, ipsum viuẽs tãdiu persistere est potẽs, virtute cõuersiua ipsius speciei ad tãtũ vsq; tẽpus sese valẽte porrigere siue extẽdere. Vnũquodq; enim viuens tandiu naturaliter potens est viuere, quandiu calor naturalis in eo potest permanere, & quandiu humidũ radicale in ipso potest calorem nutrire. Hoc autẽ est, quãdiu per nutritionẽ potest humidũ radicale sufficiẽter reparari. Manifestũ ergo est, vnũquodq; viuẽs secũdũ suã naturalẽ cõplexionẽ præfixũ & determinatũ sibi terminũ habere suę durationis. Possumus autẽ in hac re facere cõparationem vel diuersorũ generũ, vel diuersarum specierũ, vel diuersorum indiuiduorũ eiusdẽ speciei. Vnde secũdũ comparationẽ viuentiũ diuersi generis, dicimus quasdam arbores quibusdam animalibus esse longioris vitæ, quasdam etiã minoris. Secundum cõparationem diuersarũ specierum, dicimus homines esse plerisq; brutorũ animalĩũ diuturniores, vt mulum dicimus equo diuturniorẽ, & herbas quasdam vitæ longioris præ aliis. Quasdam enim tantum annuæ sunt, & singulis quibusq; annis occidũt. Aliæ verò ad annos plures secundum indiuiduũ iam permanent. Secũdum indiuiduũ autẽ eiusdem speciei fit comparatio, cum dicimus, hunc hominem esse illo diuturniorẽ, hunc equum illo equo, & ita in cæteris. Nonnũquam etiam in eadem specie fit cõparatio in cõmuni, secũdũ distinctionẽ sexus vel conditionis, vt cum dicimus, in passeribus masculos minus viuere quàm fẽminas (iuxta Aristotelis dictum) eò quòd masculini passeris plurimam sequantur venerem. Item cũ dicimus agricolas plerosq; moderato labore sese exercitãtes longiorem vitam ducere, quàm otiosos clericos: homines quoque vitabrios & castos, plusquàm gulosos & luxuriosos.

Non semper res ad naturalem vsq; terminũ peringere. C A P. X X.

Quam

Quāuis autē secundū virtutē cōplexionis vnaqueq; res
 habeat sibi determinatū vitæ terminū, vltra quā se-
 cundū naturā cōplexionis nō possit vita protēdi, rarissi-
 mē tamē cōtingit ipsa viuētia huiusmodi terminum attin-
 gere, neq; vel millesimus quisq; hominū ad huiusmodi na-
 turalē cōplexionis terminū pertingit. Dicitur eū terminū
 vitæ, nō q̄ viuens ipsum debeat assequi, sed quia secundū
 extremā naturalis cōplexiōis virtutē ipsum viuēs eouq;
 pōt ptingere, & nō pōt terminū illū transire. Vnde in Iob
 de hominib⁹ dicitur, Posuisti terminos eius qui prateriri
 nō poterūt. Nō ergo termin⁹ iste talis est quē debeāt attin-
 gere, sed quē possint attingere, & quē nō possint trāsire.
 Fit autē mille modis vt viuēs ad determinatū sibi terminū
 nō ptingat, maxime autē in viuētibus rationalib⁹, id est, in
 hominib⁹; ē q̄bus vix millesimus quisq; propositū finē cō-
 sequitur. Nā mors & corruptio nō solū accidit modo p̄di-
 cto, per naturalē defectū humidi, sed frequēter ab extrin-
 seco accidit corrūpere, quod p̄ violētiam aufert à viuēte vi-
 tā partes discōtinuādo, aut quōcunq; noxiā & corrupti-
 uā qualitātē inducendo. Quēadmodū ante oculos quoti-
 die cernim⁹, multas arbores validissimas per multos an-
 nos adhuc potētes ī vigore perdurare, si pmitterēt in sua
 radice præscindi securi, sicq; vitā ante cōplexionis termi-
 nū finire. Ita oues & boues aliāq; omnis generis animalia
 per singulos dies maētātur plurima. Quantos autē vide-
 mus in hominibus ante tēpus vel gladio occūbere, vel fa-
 me perire, vel peste cōsumi, vel aquis suffocari? imo verō
 sola gula, quot absūmit hominū millia? adeo vt vulgata
 sententia merito iactetur, plures gula quā gladio absūmi.
 Plurimos etiā quotidie videm⁹ nouis infirmitatū generi-
 bus subito suffocari, strāgulari, aut aliās quōlibet exhala-
 re animā. Et (vt theologissimi illius philosophi Seuerini
 Boēthij verbis concludamus) homine, si corpus spectes,
 quid imbecillius reperire queas? quos sæpe muscularū vel
 morsus, vel in secreta quæq; reptantium necat introitus.

De altero termino diuina præscientie. CAP. XXI.

Propter hæc ergo necesse est aliū ponere terminū vni-
 cuiq; viuētū, qui sit nō secundū naturalis cōplexionis
 virtutē, sed secundū præscientiā & cognitionē Deitalem
 videlicet, ad quē indubie viuētia peruenient, & vltra quē
 nequa

Rarò ad na-
 ture perio-
 dum perue-
 nitur.

Iob 4.

Terminus
præscientiæ
quæ omnia
atingunt.

nequaquam transibunt: ita ut nec ultra progredientur, neque citra occubent. Qui autem talem cognouit rerum terminum, solus est omniscius Deus. Ut enim mors est omnibus hominibus certissima, ita mortis hora est incertissima: neque de die illa aut hora quisquam nouit, præter illum cui nihil est absconditum, qui æque futura atque præsentia in prospectu habet, ante quæ futurum omne & præteritum est præsens. Est autem differentia inter duplicem hunc durationis terminum: quod primum non possit uiuens secundum naturam virtutem transcendere, potest tamen citra illum deficere, ipsumque non assequi: alter autem talis est, ut frequenter possit uiuens, quantum ad virtutem suam naturam & complexionem attingit, longe ultra ipsum transire. Veluti cum robustus aliquis iuuenis subito transfoditur gladio, aut suspendio præfocatur. Semper autem uiuens hunc terminum attinget, neque ante ipsum unquam deficiet, tamen si simpliciter autem possit deficere. Qui enim hodie occiditur, aut quomocumque moritur, potuit (absolute loquendo) ante septem dies interfici & mori. Ac de hoc termino, si quis dictum accipiat illud ex Iob supra adductum, Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituti terminos eius qui præteriri non poterunt, oportebit hoc vltimum non simpliciter intelligi, quasi absolute termini isti non possint præteriri, sed conditionate, subintellecta Dei præscientia. Quod enim à Deo præscitum est contingens, absolute quidem contingens est, & absolute potest ita non fieri. (Est enim contingens, ac proinde potens fieri, & potens non fieri: quoniam necessario consequitur, ipsum ita futurum, si ita Deus præcognouit. Non enim potest falli Dei præscientia.

De mutatione ætatis humana in diuersis mundi ætatibus. c. xxxii.

Considerandum autem hoc in loco, quid causæ sit quod in diuersis mundi ætatibus tam diuersa fuerit humanæ vitæ duratio. Nam id manifestè ex sacris discimus historiis. Siquidem in principio mundi duratio humanæ vitæ ultra nonagētos extēdebat annos, versus millenarium procedendo. Post diluuium verò dñs constituit tēpus humanæ vitæ, 120. annorum. Quod tamen non est accipiendum secundum extremam durationem vitæ humanæ, sed secundum bonam valetudinem & fortitudinem bonæ complexionis. Nam multis temporibus

Genes. 6.

120. annorū.

1177

bus post diluuium adhuc ultra definitū illud tempus homines viuebant. Iacob enim terminū illū exceſſerat, antequā in Aegyptū descenderet. Erat enim annorū 130. cū ingrederetur Aegyptū. Omnes autē dies vitæ eius fuerūt 147. anni. vixerat etiā Isaac pater eius 180. annos. Et Abraham primus patriarcha 175. Hi tamē multo tēpore post diluuiū fuerunt. Siquidē ætas vna fuit intermedia à diluuiō vsque ad Abraham. Tūc ergo post diluuiū 120. annis, sani & robusti viuebāt homines. Postmodū verò in Psal. numerus multū imminutus est, cum Psalmo 89. dicitur, Dies annorū nostrorū in ipsis 70. anni. Si autē in potētibus, 80. anni, & amplius eorū labor & dolor. in quibus verbis indicatur, tēpus vitæ humanæ in bona valetudine posse protēdi vsq; ad 70. aut in melius cōplexionis vsq; ad 80. annos, mutatūq; est prius illud tēpus 119. annorū, in tēpus 79. aut 80. annorum. Nūc verò hac nostra ætate per annos vt minimū viginti facta videtur declinatio. Iā enim vix quinquaginta anni sunt vitæ hoīs, quibus fortis ac validus potest durare. Paucissimi sunt qui nō anno sexagesimo canis perfundūtur, & viribus multū imminuuntur. Quod autē vltra est, senectutis & defectus est tēpus: & quod vltra annū est sexagesimū, certe labor est & dolor. Manifestissime ergo ex scripturis sacris hæc vitæ humanæ tēpora ita monstrātur variata. Potest autem causa horū ex suprā declaratis elici per similitudinem. Sic enim de nutritione dicendū est respectu indiuidui, quomodo de generatione respectu speciei. Vt eīn nutritio ad indiuidui sustentationē, sic generatio ad speciei cōseruationē à natura est ordinata. Quemadmodū autē nutritio ipsum indiuiduū nō potest absq; corruptione cōseruare immortale, sed tandē deficere ipsum est necesse, ob hoc q; per nutritionē humidū nō ita bonū reparatur vt erat ipsum absumptū, sicq; cōtinuo deficit caloris naturalis fomentum atq; vigor, propter quod tandē necesse est rē deuenire ad interitū, calore naturali eiusq; pabulo penitus deficiente: ita generatio quantū ad speciem, nō ita bonā ac fortē ac valida reparat speciem, vt in principio fuerat: & quo amplius per generatiōes species multiplicatur viuētis, eo cōtinuō magis ac magis debilitatur virtus primariæ cōplexionis, quæ in primis erat indiuiduis: sicq; modo paulatim debilitat

Genes. 47.
Ibidem.

Genes. 55.
Genes. 25.

Psal. 89.

*Triples causa
sa humani
speciei debili-
tatis, bruto-
rum duplex,
plantarum
unica.*

litatur virtus complexionis humanæ, ac cōsequenter durationis tēpus efficitur breuius. Neq; id solū in hominibus, sed indubie, & in bestiis, & in plātis, herbis, atq; arboribus, eorumq; fructibus veritatem habet. Nihil enim dubium est, quin arbores istæ, quæ nostra sunt ætate, longe sint dissimiles secundum virtutis efficaciam, atq; etiam secundum durationē, illis arboribus quæ fuerūt in prioribus seculis. Illud tamen notandū, quòd in humana specie maior sit debilitatio, quàm in genere brutorū animalium. Et hinc rursus magis, quàm in plātis. Est enim in homine triplex causa defectus, in brutis duplex, in plantis simplex. Homo enim pro nutrimento habet cæterorum animalium carnes, & fructus terræ. Quanto autē cibus iste virtute deficit, tãto minus sufficiens est ad reparationē humani corporis. Vnde non solū ex hoc breuior est hominum nostræ ætatis duratio, quòd ipsa virtus speciei iam sit debilior, & complexio infirmior, vt nō tam diu sufficiat ad reparationem deperditi & ad fouendū in corpore naturali calorem, verum etiā ex parte alimēti, quòd magis materiale est, & minoris virtutis nostra ætate, quàm fuerit in generationibus prioribus: sicq; necesse est vt humidū radicale iam magis cōmiscetur extraneo, quàm in præteritis generationibus miscbatur. Quanto enim id quòd ex cibo sumitur minoris fuerit virtutis, tanto à calore naturali citius absumitur, neq; ita diu potest fouere calorem: ac proinde oportet magis fieri humidi extranei cōmixture cum humido radicali, vnde oritur vita breuior. Omnis ergo defectus iumentorū illorū quibus homo in cibum vitur, ad humanæ speciei recidit detrimentū. Item omnis defectus herbarū, & arborum, quibus vitur in pabulum homo, in ipsius cedit detrimentum. In animalium autem irrationalium (quæ ex herbis terræ viuūt) daturum etiā cedit herbarum defectus, præter eam quā à propria complexionis defectu in se habent debilitationē: habent ergo ipsi duplicem minoris durationis causam, homo vero triplicem, plantæ autem simplicem tantum, secundum hanc comparisonem. Vnde secundū rationē, nō videretur esse tanta distantia durationis arborum atq; plantarum secundum diuersas mundi ætates, quanta est iumentorum: neque tanta iumentorum quanta est hominum.

Quod

Quod vnaquæque species viuentium, suum habeat naturalem terminum.

CAP. XXIII.

Quomodo itaq; propter hunc continuū defectū diximus singulis indiuiduis esse determinatum & præfinitum suæ cōplexionis terminū: ita & de speciebus dicere nō irrationabiliter possumus, esse videlicet vnicuique speciei suū determinatū terminū, secundū speciei naturalē virtutē. Aeq; enim hoc de specie & de indiuiduo, cōtinuus probat defectus. Si enim per generationē repararetur species inæquali virtute vt antè fuerat, posset quidem recte sentiri generationem sufficere ad perpetuandā speciem: quomodo indiuiduū posset immortale per nutritionem seruari, si ipsa repararet indiuiduū in tam bono statu quā antè fuerat. At verò cū iam demonstratū sit, & sanctę auctoritas scripturæ, simul & ocularis experiētia hoc doceat generationē nō potuisse cōseruare speciem absq; maximo & summe notabili ipsius defectu: manifesto infertur cōsequio, quod tandē aliquando speciei virtus vsq; adeo sit debilitanda, vt non sufficiat ad vltiorem sui cōseruationem, aliorūque indiuiduorū multiplicationē: sicq; prorsus collapsa cogetur deficere ad eū modū quo indiuiduū (nō obstante nutritione) tandē cogitur penitus in seipso deficere, neq; per nutritionē potest perpetuo seruari. Itaque, etiā si naturalē sequamur rationem, ipsa nobis monstrat omnes rerū viuentiū species nō posse perpetuo stare, ac tandē necessario corrumpi debere. Errant ergo nō solū contra fidei regulā, sed & contra rationis normā, qui omnes præcipuas species vniuersi dicunt naturaliter esse incorruptibiles, & à patre posteriori æternas, licet aliquādo accepisse eas fateātur durationis principiu. Quod etiā vulgo dici solet, per generationem res naturales secundū speciem perpetuari, si veritatem habeat, intelligi debet nō de perpetuatione simpliciter, sed secundum quid: quatenus videlicet longissimū illud tempus quo species cōseruantur vsq; in consummationem seculi, perpetuitas quædam ab hominibus æstimeretur.

Quod humanam speciem mirum in modum gula atque luxuria debilitant.

CAP. XXIIII.

Praeter verò suprā adductā causam naturalē velocis humanæ defectionis, inuenimus etiā gulā & luxuriā,

humanā speciē mirum in modū infirmare, quę tamen inter causas extrinsecas veniunt cōputandę, cū non insint homini hęc vitia à natura, nisi forte quatenus aliquā habet prauā inclinationem ad eiusmodi vitia, vt est homo ab infantia sua pronus ad oē malū. Inter hęc autē duo, luxuria per se facit ad speciē debilitationē. Est enim luxuria nimius & inordinat^o coēūdo affectus coitus autē nimii frequens ad vanā delectationē, & nō iuxta naturę ordinē ad speciē cōseruationē, sobrie in vsū vocatus, facit, vt semē (per quod seruetur generatio) nō ita potētis sit vitutis ad speciē reparationem, quā esset si sobrie parciūsq; ac iuxta naturę ordinē administraretur. Procedit itē ex luxurię vitio, quòd ante debitā maturitatē & perfectionem naturalē ad validā generationē sufficientē, videmus homines ante tēpus generationi intendere. Quid enim? An nō ante oculos cernimus, puerulos adhuc atq; puellulas copulari coniugio, amplexibus vacare, intēdere generationi, quorum anni si pariter iungantur vix atatem attingent virilē? vt merito in prouerbiū sit tractū, Pueros nostra tēpestate generare pueros. Ecce enim iam de testapullos educunt, quibus adhuc testa, è qua iā prodire, adharet. Iam natulos gestant in vlnis, qui pridie emerferunt è cunabulis. Vix à lacte auulsi, lactant de se genitos: & patres matrēsq; appellantur, qui necdū ex ephębis excellerunt, quibus nomē altius quàm puerorū nō cōpetit. Scilicet in brachiis prolem gestant noui patresfamilias, quos adhuc cōueniebat p̄ceptorū patrūmq; genibus impositos, ad disciplinę institutionē ac morū informationem, virgis cædi. Qui autē possit fieri, vt hoc pacto nō plurimum debilitetur humana propago: Quemadmodū enim granū immaturū aut semen nō debita maturitate perfectū, gignere nō potest fructū cōuenientem & fortē multaq; durationis: ita & in hominibus dicendū videtur, eos, qui sic antē tēpus suę proprię perfectionis, generationi vacant, nō posse efficaciter suę speciē cōseruationē perficere. Vnicuiq; enim rei tunc cōuenit generare sibi simile, cū suam fuerit adepta perfectionem. Huiusmodi ergo qui longe adhuc absunt à suā perfectione, quomodo feliciter sibi simile generabunt? Et licet verū sit, hominem in anno XIII. (quod ad masculos attinet) in anno XL.

(quan

(quantum in foeminis) ad generationē vt plurimū suffice-
 re, manifestū est tamen, non posse illis tam perfectā inesse
 generandi virtutem, vt posteaquā in robur virile euase-
 rint. Donec enim ad ipsius indiuidui augmentationē plu-
 rimum debet esse intenta vegetatrix potentia, nō ita so-
 licita esse potest de specie, ad generationis semē perficiē-
 dum. Verū posteaquā augmentatione debitam indiuiduo
 induxit quantitātē, tū liberius ad speciei multiplicatio-
 nem potest intendere, efficitq; tunc semē (quod de alimē-
 to superfluo resoluitur) potentius ad generandū sibi simi-
 le. Cæterū, gula ipsa quanquā per se videatur magis ad
 indiuidui detrimentū pertinere (eò quòd per ipsam nimia
 fit cōmixtio extranei cū radicali humido, & calor minui-
 tur, ac velut obrutus nimia infusioe extranei debilitatur
 atq; extinguitur) vergit tamen mediate ad speciei detri-
 mentum. Nam cum per indiuidua debeat generatio fieri,
 constat ad debilitationē singulariū hominū generantium
 consequi infirmitatem generationis. Nam (cæteris pari-
 bus) eos qui fortiores sunt & melioris cōplexionis, vide-
 mus progignere proles fortiores ac durabiliores illis qui
 infirmi sunt ac debiles. Vnde non dubiū est, hominē fru-
 galiter viuentem & conuenienti mediocriq; alimento
 vtentem ad generationē bonā esse magis aptum, eo, qui
 vorator est atq; ebriosus. Quēadmodū enim cibo ac potu
 immodico impeditur bona nutritio & indiuidui diutur-
 na cōseruatio: ita etiā generatio & bona speciei multipli-
 catio. Adde & hoc quòd pleriq; nimia venere seipos ex-
 hauriūt. Facit enim nimia seminis emissio celeriorē exci-
 tationē, & humidi consumptionē. Vnde etiam in animalibus
 brutis videmus illa quæ maximē veneri incumbunt,
 celerius morte absumi. Propter quod Aristoteles dixit,
 passerum masculos minus viuere fœmellis: eò quòd ma-
 sculi (vt ipse ait) plurimā sequantur venerem. Verū illud
 ad indiuiduū videtur spectare, quantum ad ipsum venere
 vtentem. Quantū vero ad prolem generitam, etiā in specie
 vergit detrimentum. Qui enim immoderatē rei veneræ
 indulget, & sæpius quàm natura docet, ratioq; postulat,
 non potest hic nisi debilem gignere prolem, eò quòd sem-
 en non possit in eo tantæ esse virtutis, quantæ foret si
 hac in re esset moderatior. Cum enim semen multæ sit

perfectiois & magnæ nimium virtutis (vt supra ostendimus) verisimile est ipsum multo satis egere tempore, vt suæ virtutis accipiat perfectionem, & vt plenam accipiat ad suæ operationes efficaciam.

Execratio detestatioque gule, atque luxuria, genus humanum infirmantium.

CAP. XXV.

Est proinde nimiū detestāda hominū plurimorū praua peruersitas, peruersaq; prauitas, q̄ hisce vitiiis abominādis atq; execrandis ita sese fœdè cōmaculant. Similes facti iumentis insipientibus, equis & mulis, in quibus cū non sit intellectus, solā insequentes sensus cōcupiscētiā ad quālibet sensui arridentia absq; interiori retinaculo suo motu ferūtur. Imò vero longe superant iumentorū irrationabilitū conditionē homines à deo cōditi rationales. In nulla enim iumentorū specie ita videas mala prædicta (cibi dico ac potus, rei que veneræ abusus) latissime patere, vt in specie humana, quæ ob rationis priuilegium merito debuit ab illis esse alienissima. Nam iumēta mensurā sibi cōstituūt, sensus voluptatē, & cū gratum aliquid propositū fuerit, eatenus inde sumunt, quatenus oblectatur sensus: vbi autē abscesserit delectatio, caput auellunt, neq; sumunt vltrā. Propone (exēpli, gratia) equo aut asino sitienti aquā limpidissimā, propone (inquā) in abūdantia: videbis donec sitis fuerit extincta, donec appetitus ille sensus fuerit sedatus, nō habituros requiem: mox vero vbi impletū fuerit sensus desiderii, capite auerso desinunt haurire. Ita & in pascuis vberrimis videmus, posteaquā satietas facit sensum non vltrā herbis delectari, à pastu cessare animalia, & vel sopori se dare, vel obambulationi. At verò inter homines facile inuenias, imò nō quæsitos passim obuios videas, qui nulla sibi posita mensura, etiā sensibus omnibus reclamātibus atq; abhorrentibus, cibū potūmq; ingurgitant, donec crepet venter, indignū existimantes cessare à poculis, aut à conuiuuis abscedere.

Item in animalibus videmus, ea admodū sobrie rarissimeq; vti venere, & id plerunq; statutis anni temporibus. Homines verò qui per rationem etiā perpetuo se refrænare poterant, irrationabilitate superantes irrationalia pecora, nullū sciunt modū, etiā ampliora quàm possunt fœdissime attenantes. Rursus animalia irrationalia à

nat

vide hominum intemperantiam.

natura deputatū sibi modū seruant, neq; nisi quantū natura causa speciei seruandæ extimulat, re huiusmodi vtūtur. Homines vero nulla habita ratione multiplicationis speciei, nulla considerata honestate, modos indebitos, & quales natura horret cōiunctiones adinueniunt: sic in omnibus optimi creatoris, & piissimæ naturæ donis abutentes, in suā temporalem perniciē, multo verò magis in sempiternū interitū, paratū reuelari in die nouissimo, quādo veniet iustus ille scelerū vltor, summa districtione exquisiturus rationē de omnibus humano generi donis collatis, deus in æterna secula benedictus. Amen.

FINIT LIBER VIII.

PSALMVS HOMINVM GENERI
commonitorius, pro donis magni dei futuris
atque præsentibus.

Atendite genus hominum ad beneficia creatoris vestri: quantū contulerit vobis, tota mentis virtute considerate.

Ex his autem quæ iam presentitis in tempore isto, transite ad considerationem eorum quæ sunt quidem nunc abscondita ab oculis vestris, sed exhibenda in tempore suo.

Quod ad tempus hoc attinet, ecce corpus mirabile, & nobilē animā donauit nobis: calorem vitalem ad operandum in corpore mirabilia ipse in seuit corporibus nostris.

Cibus omnigenos ad abundantiam præstitit nobis, vt resciamus ex eis ad abundantiam consolationis nostræ.

Ad sustentationem corporis escam donauit ad sufficientiam: non desuerunt ab initio quæ nostrō conducerent pastui.

Per annos singulos germinat nobis terra præstantissimos fructus suos: cuncta semina è matre terra progignunt fetus suos.

De terra prodire facit benignissimus creator deus firmamentum panis, & vino quod letificet cor hominis, hortos implet vinearum.

Neque vero solū necessaria præbet sustentationis nostræ, sed etiam quæ ad voluptatis proficiūt oblectationem, abunde ministrat nobis.

Peterat quidem panis sufficere ad confirmandum corda filiorum hominum, & aqua in sitis refrigerium.

Non hæc tamen ipsi pro sua munificentia videbantur sufficientia: delicias etiam voluit adijcere, & magnificas ciborum diuitias.

Præter nāque panē cōfirmantē dedit carnes iumentorū magnorum atq; paruorū: carnes volatiliū, natatiliū, & gradientiū super terram.

Insuper & fructuum suauissimorum miram varietatem ex con-

similibus fere lignis prodire iubet: mellis quoque dulcedinem, & vini iucunditatem voluit adicere.

Non erant autem hec omnia humano partui necessaria: sufficisset utique nutrimento hominum horum minus quam dimidium.

Attamen sic ipse voluit, qui gaudet magnifice benefacere: ita illi visum fuit diuiter enutrire filios suos.

Ita illi complacuit gustum quandam praebeere superuentura aeternae dulcedinis: quam licet non sit contemplatus oculus, ipse tamen absconditam seruat se diligentibus.

O quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam preparasti diligentibus te, quam erit beatus qui manducabit panem in regno Dei!

Si nunc ita diuiter, ita magnifice, ita delicate enutris corpora nostra, mortis corruptioni necessitatis lege succubitura: o quam praestabis olim resuscitatis, mortisque solutis, in praesentia vultus tui.

Quomodo sumentur, apparente gloria tua, quomodo inebriabimur ab ubertate domus tuae potati voluptatis tuae torrentibus.

Nunc quidem donec Ade debito subiaceamus, cibo tuo instauramus corpora nostra, usque dum adueniat terminus quem constituisti unicuique ad persolutionem debiti.

Quod calor vitalis (quem in se uisti nobis) depascit, instaurat alimentum à te subministratum nobis: donec tandem virtute deficiente mors adueniat: quam super induxit nobis iniquitas nostra, & iustum decretum tuum.

Illic vero absque metu mortis, & corruptionis pauore persistemus stabiles, nihil erit consumens, nihil instaurandum in locum perditum.

Tua enim virtute longe illinc omnis profigabitur consumptio. interitus, & mors non accedent ad tabernaculum sanctum tuum.

Non patietur cibus ille tuus, quem apud te manducabimus, in perpetuum dissolui compositionem corporis nostri, in perpetua immortalitate gloriosi indissolubilesque conseruabimur.

Panis quem ibi propones conuiuiis tuis, non exhibebit laborem dentibus: molis non egebit dentium ut conteratur in eis.

Ullabatur per se dulciter ut mel gusturi nostro, & penetrabit suauitas eius usque ad intimum cordis nostri.

Implebit suauitate animas nostras: omnia ossa nostra dicent, Domine quid simile potest esse huic dulcedini?

Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in secula seculorum. Amen.

263

IN LIBRVM IX:

CONSIDERATIONIS PHY-

SICAE DE SENSIBVS EXTERIORI-

bus, eorumque organis, & sensibili-
libus, præfatio.



PRAETER potentias illas vegetatiuas, quibus omne viuens ab autore omnium Deo dotatū conspicimus, vel ad sui ipsius conseruationem siue perfectionem, vel ad suæ speciei sustentationem, experimur in animantibus esse alias quasdam vires exteriores, quibus rerum extrâ existentium mirabili modo possunt species, atque simulacra in se suscipere, absq; vlla reali susceptione corporum illorum quorum apprehendunt simulacra: sicque fit, vt cætera omnia tam animata quam inanimata, possint hisce viribus animalia variis modis apprehendere: quædam quidem longius absentia, quædam vicinius presentia, iuxta virium harum diuersitatem, secundum perfectionem maiorem atque minorem. Has autem potentias sensitiuas dicimus, & vulgata appellatione ab officio sensus appellamus. Horum quidam organum habent exterius patens, resque ipsas non nisi exterius præsentem & obiectas percipiunt, vt visus oculum habet pro organo, & non nisi præsentialiter obiectos oculo colores percipit: quos proinde sensus exteriores rectè appellamus. Ac de his nunc præsentis libri aggredimur determinationem, de illis qui interius latent absconditi, post expeditum horum qui iam propositi sunt tractatum, sermonem (Deo donante) facturi. Ita enim ordo exigit disciplina, vt de iis quæ nobis nunc sunt notiora, sensibusque nostris magis exposita, prius absolutur determinatio, quam ad ignotiora & occultiora fiat progressus.

De numero sensuum exteriorum & specialiter de visu.

CAP. I.

DE potentiis, quas exteriores sensus appellamus, dicturi, commodum quot sint, & quæ ipsorum obiecta præmittemus.

Quinq; sensus exteriores.

Quinque obiecta.

Sunt autem sensus exteriores quinque, visus, auditus, odoratus, gustus, & tactus. Obiecta quoque totidem sunt, hæc videlicet, visibile, audibile, gustabile, odorabile, & tangibile.

Omne enim sensibile, vel est visibile, vt colores, lux & lumē: vel audibile, vt soni: vel odorabile, vt odores: vel gustabile, vt saporēs: vel tangibile, vt calidum, frigidum, siccum, & humidum. Vnde color est obiectum visus, hoc est, id quod per se à sensu visus percipitur, & cuius ratione cetera colorata videntur, sub colore intelligendo lucem & lumen, quæ etiam per se sunt obiecta visus. Sonus, est obiectum auditus: sapor, obiectum gustus: odor, olfactus: qualitas tangibilis (sub qua sunt calor, frigiditas, humiditas, siccitas) obiectum est tactus: ita vt nihil percipiat auditus, nisi ratione soni: nihil gustus, nisi ratione saporis: nihil odoratus, nisi ratione odoris: nihil tactus nisi ratione tangibilis alicuius qualitatis. Ad clariorem prædictorum intellectum faciunt quædam diuisiones Aristotelis, ipsum sensibile in aliquot membra secantes. Prior est,

Sensibile, quædam per se, quædam per accidens sentiuntur.

Id est, eorum quæ sensu percipiuntur, alia ratione suæ naturæ, & nõ ob aliud inexistentes percipiuntur, alia ob aliud inexistens. Prioris exempla sunt quinque; sensuum obiecta color, sonus, &c. Posterioris sunt omnia horum obiectorum subiecta, vt homo, equus, lapis, planta, &c. Ratione coloris videntur, soni causa audiuntur, odores ab odoratu percipiuntur, & nõ ex propria natura. Altera diuisio,

Sensibile per se, alia sunt vniuscuiusque; propria sensus, alia cõmunia cunctis. Proprium sensibile est, id quod alio sensu sentiri non potest, & circa quod error fieri nequit.

Id est, quod vnico sensu exteriori per se seu speciem percipitur, & circa propriam, quod sensus non erat seu decipitur, ita vt videat non colorem, pro colore, aut audiat non sonum pro sono, odoretur non odorem pro odore: & ita in cæteris, licet ignoret quid sit habēs colorem, &c.

Sen

Sensibilia communia sunt quæ nullius sunt propria sensus, sed omnibus communia.

Cuius sententia ex definitione præcedenti facile patet. sunt huiusmodi, motus, quies, numerus, figura, & magnitudo seu quantitas continua permanens. Hæc enim à pluribus sensibus exterioribus percipiuntur, licet nõ ab omnibus, vt motus & tactu & visu est perceptibilis, secundum Aristotelem. Habent autem hi quinque sensus, suum quisque organum & medium.

Organa sunt hæc, oculus, aures, lingua, nares, nervus tactiuus.

Aqueus siue crystallinus, in quo recipitur species & eius virtute fit visio in oculo. Dicunt enim in centro huius humoris perfici visionem. Et propter hunc humorem Aristoteles dixit oculum esse aqueum: quod probat etiam ex aquæ effluxu, cum oculus fuerit cõfossus: & ex prouidentia naturæ, quæ circa pupillam circumposuit albuginem pinguem & calidam in modum adipis illis animalibus, quæ sanguinem habent, item & palpebras: hoc ingeniose factum dicens à natura, vt humor ille pupillæ per frigus nõ aliquando coagularetur vel congelaretur. Ab hoc autem humore vterius tēdunt ad cerebrum, duobus oculis duo nerui, qui in vnum conueniunt sese interfecando, qui neruus opticus, id est visuus dicitur. Notandum verò quòd tam oculus, quam anima, quam etiam potentia visuua, videre dicitur, verum id diuersis intelligitur modis. Oculus enim videt, quia visionis actum in se habet. Anima videt tanquam efficiens præcipuum actus videndi, & visuua potentia tanquam efficiens instrumentale.

De obiecto visus, colore, & luce.

CAP. II.

Sunt autem quæ videntur (vt diximus) colores, lux, & lumen, quanquam lumē non proprie terminet visum. Est enim lumen species lucis, & lux in lumine videtur, & ipsum de se spargit per mediū in organū sicut color diffundit suam speciem in organo, & per eā videtur. Species autē propriè non videtur, sed per ipsam videtur id à quo diffunditur in sensum. Vbi notandum, quod color vt in oculo suā speciē diffundat, requirit luminis illustrationem. Non enim potest color immutare mediū, neq; proinde,

mouere sensum, nisi cadente super ipsum aliunde lumine, extrinseco. Lux verò non eget alieno lumine, quandoquidem ipsa secum lumen affert, in quo videtur. Vnde si sic esset color, semper esset visibilis tam de die quam de nocte. Imò vero per contrarium superueniente extrinseco lumine lux impeditur, ne videri possit: si superueniat, inquam, lumen maius. Nam maius lumen obfuscet minus: quæadmodum manifestè patet in luna, & stellis, quæ latet, donec solis lumè abscedat, post cuius abscessum videri incipiunt, si aliud nõ interfit obstaculum. Attenden dum verò quod diximus, ut color videatur requiri ad luminis alieni illustrationem. Nam quædam reperiuntur duabus rationibus visibilia, partim ratione coloris sui, partim ratione luciditatis, vel fulgoris. Patet hoc secundum in lignis putridis, oculis cætorum, vermibus quibusdã, & piscium offibus. Hæc enim in nocte, & si quando ab eis lumè extrinsecum secludatur, videntur secundum lucem quam habent. Per diem autem cadente super ipsa extrinseco lumine secundum colorè proprium longe alia videntur. Vnde & falli nõ raro cõtingit eos, qui sulphurata in cætorum oculos impingunt, aut aduersus truncos putridos nocte consurgunt, oisãve huiusmodi pro re quapiã pretiosa decepti colligunt existimantes se aut carbones videre ignitos, aut homines armatos cõtrã stantes, aut pretiosa quæq; metalla reperi re. Hæc ergo corpora sic duabus rationibus visibilia, ratione quidem coloris (quæadmodum alia corpora) non videtur nisi in lumine, ratione autem fulgoris illius, nõ nisi in tenebris. Sunt autem quæ secundum idem, & de die videntur, & de nocte, quemadmodum videlicet flamma ignis medio die videtur in lumine etiã non proprio. De nocte verò videtur per lumè proprium, quod de se diffundit. Secundum idem tamen videtur, quamuis non in eodem lumine.

Quibus rebus conueniat color.

CAP. III.

Quibus conuenit color.

Non inuenitur autem color proprie acceptus, nisi tantum in corporibus terminatis, hoc est opacis, & quæ translucentia siue penitus diaphana non sunt. Licet autem solus color ille qui in extremitate apparet corporis opaci, super quod cadit lumen à corpore lucido, moueat visum atque ab oculo videatur, est tamem secundum veritatem color etiã in partibus interioribus ipsius corporis opaci, æque

æque atque in extrema, quemadmodum ad oculum patet in corporis diuisione, vbi manifeste color in vtraque parte se offert, qui non per diuisionem illic generatur, sed ante diuisionem præfuit, tamen non apparuit. Quòd autem non videatur nisi ille qui est in extremitate, inde est, quòd hic solus lumine illustretur. Nam ad colorem qui interior est, non potest luminis fulgor pertingere.

Atq; hoc est, quod Aristot. in libr. de sensu & sensato.

Colorem actu sensum vel sensationem facientem definit esse extremitatem perspicui in corpore terminato.

*Quid color
actu sensum
mouens.*

Solum enim ille color qui in extremitate est corporis opaci, visum mouet: quoniã lumen adueniens corpus tale in sua extremitate tantum facit esse perspicuum.

Perspicuum est, quod est quidem visibile, non autem per se, sed per alienum colorem.

Id est, corpora diaphana, id est, trãslucentia, vel trãsparètia, quæ visum nõ terminant, sed perspicua sunt (vt aër, aqua, cœlestia corpora, & quædã alia corpora, solida) non sunt colorata, neq; per se sunt visibilia, nisi quatenus luminis sunt in se susceptiua, ratione cuius sũt visibilia. Vnde cœlos non videmus vt coloratos, neq; aërem, neq; aquã, sed tantum vt luminosa, cum lumine fuerint illustrata.

Potentia perspicuum est, id in quo nunc idipsum inest, nunc tenebræ.

Id est, quòd aptum est suscipere lumen, actu tamẽ non habet: cum autem corpora huiusmodi luminis susceptiua, lumine vacant, tenebræ dicuntur.

Sunt enim tenebræ priuatio luminis in corpore susceptiuo. Est autẽ perspicuum omne aptum medium visus (cum fuerit lumine collustratum) per quod color possit videri.

*Perspicuum
versus me-
dium.*

Vnde Aristoteles definiens colorem, ait.

Color est, motiuus eius quod est perspicuũ actu, & id est ipsius natura.

Id est, color est qualitas emittens sui speciem visibilem per corpus perspicuum, lumine collustratum, idq; suapte nata

nata

natura. Non est autem actu perspicuū vel diaphanū, sine lumine. Perspicuum ergo actu mouetur & immutatur à colore, quatenus videlicet color in perspicuum imprimat suā similitudinem, ipsum verò perspicuum consequenter immutat visum. Atq; ita per mediū perspicuum color immutat visum. Sic etiā lux medium perspicuū prius immutat, lumē in ipsum diffundendo, ac per medium ita immutat visum. Admodū verò aptè hoc natura disposuit, vt corpus perspicuū, quod est visus medium, non habeat vllum in se colorē. Si enim colorem aliquem in se haberet proprium, color ille impedimento esset discernendis coloribus. Nam quicquid per tale mediū videretur, consimilis coloris iudicaretur, veluti cum per vitrū rubeū, quod intra se habet rubedinē, cernimus, quicquid cōspicimus apparet rubeū. Prouidē ergo hoc natura disposuit, vt mediū visus p̄ quod debeat color discerni, careat natiuo colore. Ob hoc verò & lumine proprio, siue propria luce carere videtur ne luci cuiuslibet percipiēda præbeat impedimētū: Lumen autē (iuxta Aristo.) est actus huiusce perspicui, ea nimirum ratione, qua perspicuū est.

Medium visus nequaquam impedit visionem. CAP. IIII.

Opinio Democriti.

EX prædictis patet, non recte sensisse Democritū, qui existimabat, si totū spatiū, quo cernimus, esset vacuū, acutius expeditiusq; singula posse videri, adeo vt formica possit per mediū vacuū in cœlo videri. Sic enim ista procedit imaginatio, quasi perspicuū intermediū impediatur visionē, quod veritatē nō habet, cū potius eam adiuuet, imò sine eo nō possit fieri. Si enim esset vacuū inter cœlum, & oculum nostrum, nihil penitus possit eorum quæ in cœlo sunt, à nobis videri. Medium enim, primū à colore vel luce immutatur, & per ipsum mediū perspicuum immutatur consequenter immutatur oculus. Illud tamen verum est, qd medium si incrassatū fuerit, impedimentū præstare possit, vt quanto magis à perspicuitate recedit, tanto ægrius per ipsum fiat visio, velut cum aër in nubiu dē sitatem ingrossatur, quæ admodū per aquā difficilior fit visio quàm per aërem, cū tamen vtrunq; sit medium visionis. Quod autem mediū actu perspicuū esse debeat, & lumine collustratū, vt fiat visio, quæri solet, an ex parte coloris hoc sit,

an ex

an ex parte oculi. Est autem probabilius, & ex parte coloris hoc procedat, quoniã videlicet color suapte natura non potest immutare mediũ, nisi actu perspicuũ, & lumine collustratũ, neq; potest nisi lumine super ipsum cadente, suã speciẽ in aërem imprimere. Nam (quãtum ad oculum attinet) experimur, hominẽ in tenebris dẽsissimis positum videre candelam lucentẽ à longe, quod argumentũ esse videtur pro oculo, quod ipse ex sua natura nõ requirat sui ipsius illuminationem, sed ex parte ipsius coloris, qui nõ potest aliter nisi in perspicuũ actu suam speciẽ imprimere. Et illa, q̃ iam supra dixim⁹, in tenebris videri ratione sui fulgoris vel luciditatis, ab oculo nõ illuminato videntur. Cum autẽ oculus per suam potentiã visuã possit nullo lumine illuminatus percipere flammã & huiusmodi fulgorẽ, videtur ipse quantũ ex se non requirere illuminationẽ alicuius luminis extrinseci, vt videat colorẽ. Propter quod dixerunt nõnulli esse in oculo quandã lucem, qua sufficiat (etiã si extrinsecò lumine non illustretur) quantũ ex sua natura, apprehẽdere visibilia. Quod tamen nõ videtur de luce proprie dicta veritatẽ habere, sed tantũ de claritate, limpiditate, ac pspicitate, qua est in pupilla ad modũ crysalli resplendentis. Lux autẽ proprie dicta nõ illic ponẽda est, eadẽ ratione qua nec color. Quomodo enim si color aliquis proprius esset in pupilla, impediret colorũ distinctionẽ, atq; ob hoc denudatũ esse oportet organum visus ab omni colore, vt omniũ possit colorũ speciẽ absq; impedimento suscipere, & de omnibus iudicare: ita & de luce proportionabiliter apparet dicẽdũ.

De auditu & eius organo.

CAP. V.

Inter sensus exteriores secundo loco ponitur auditus, cuius est sonos oēs atq; voces & eorũ differẽtias percipere. Quomodo autẽ de visu diximus, quod consistit in quodã aqueo, in humore scilicet crysallino qui est intra oculũ: ita de hoc sensu dicũt: quod sit in quodã aëreo, siue in quodam aëre connaturali circumdato membranula, & intra aurẽ diligenter abdito, prouidẽq; concluso, ad quẽ cum species soni per aërem extrinsecũ delata fuerit, susciperitq; intra se speciem soni: ita causatur auditio, fitq; ibi soni perceptio: sicut visio fit in pupilla oculi, suscepta in eam coloris speciẽ. Hunc autẽ aërem natiuũ, prouida natura,

tura, siue potius nature prouidissimus institutor egregie muniuit (ne lædi facile possit quouis aëris impulsu) mirabili curuatione, quæ in aure apparet, iter ipsum ad hoc auditus organū multis anfractibus, & tortuoso meatu redens admodū difficile; ne si rectā esset ingressus, aër vehementer cōmotus facillē vsq; ad organū violēter se ingerēs, ipsum læderet atq; destrueret. Nūc verò cū per tot curuitates atq; anfractus aër pertransit, antequā ad organū intrinsecus latens pertingat, frangitur eius violētia, ne possit nocere, quantūuis extra aurem fuerit vehemens aëris cōmotio. Quemadmodū videmus aquas in rapidis torrentibus vbi recto currūt tramite, maximo ferri impetu, vbi verò anfractus plures & incuruaturæ occurrerint, frangitur impetus, & ad partes illas quæ post has curuaturas fixæ sunt, mitiores veniunt aquæ, fracta nimirū per alueū tortuosum nimia imperuosi cursus violētia. Cuius simile & in oculi pupilla consideramus, cui ne à subito ingrediente nimio lumine, aut etiam ab aëre nimium propinquo euenire possit vlla læsio, naturæ autor præuia cōtulit munimenta, albuginē videlicet, & reticulos anteriores, quibus à læsione & offensione pupilla seruatur: vt nō immerito diligentissimā Dei erga se custodiā postulās dixerit Propheta, Custodi me domine vt pupillā oculi. Rursum quomodo in pupilla diximus nullū esse colorē, ad hoc vt omnium esse possit colorū perceptiua, sic & de hoc aëre dicendū, quòd nullum in se propriū habeat sonum, vt absq; impedimēto omnium possit sonorū differentia suscipere. Quòd autem manū admouētes auri, audire nobis videamur intra aurē sonum quandam ad modū cornu obscure sonantis, nō arguit sonū aliquem esse in organo auditus. Est enim sonus iste in aëre, qui extra pelliculam est, inter manum & organū auditus, qui intra auris anfractus conclusus, atq; coarctatus, per manus arctā compressionē aut digiti immisionē, nec exire valens, mouet membranam qua aër connaturalis clauditur, à qua mouetur organum auditus, sicq; causatur sonus. Est autem huius soni intra aurem perceptio in homine signū incoluntis auditus, ita vt si manu admota auri, aut digito immisso nō percipiatur sonus huiusmodi, signū sit læsi aut male dispositi auditus: quemadmodum argumentū est sani visus, si oculus obiectus

*Comparatio
pulchra.*

Psal. 16.

*De sono quē
audimus in
tra aurē im
misso digi-
to.*

obiectus solari radio, vel admoto propius lumine candelæ, non immotus persistat, sed ocyus sese voluat, & palpebras tremulas frequenter claudat, ne nimio lumine ipse offundatur, & sensus ipsius harmonia dissoluatur. Quibus autem hoc deest: visum habent læsum. Vnde cæcos videmus admota lucente candela oculos nihil retrahere, & surdi vel surda stri manum auri apponentes, sonum illum supradictum intra aurem non percipiunt.

De sono qui est obiectum auditus.

CAP. VI.

Est autem sonus proprium obiectum auditus, ita vt nihil nisi gratia soni audiri possit, & quicquid auditur, gratia soni audiatur.

Est autem sonus, motio eius, quod eo motu moueri potest, quo mouentur ea quæ resiliunt à corporibus leuibus, cum quispiam percutit.

Obiecto auditus sonus.

Hanc definitionem patet esse causalem, & hic redditur sensus: Sonus est qualitas quædam causata in medio ex collisione siue percussione duorum corporum adinuicem, qui cum totum oppleuerit medium vsq; ad organum auditus, efficit auditionem. Ad quemlibet enim sonum causandum tria requiruntur: scilicet percutiens, percussum, & medium. Quamquam horum aliqua secundum rem interdum contingit coincidere, utpote cum vno duorum fungitur officio, veluti cum quis virga violenter percutit aerem, idem aer quatenus violenter ictus habet rationem percussi, quatenus vero in se sonum recipiens, dicitur medium. Vnum autem corpus per se solum non potest sonum efficere. Notandum vero, quod sonus non in ipso est subiectiue quod percutit, neque quod percutitur, sed in medio circumstante (aere scilicet vel aqua) quod ipsum in se recipit. Cum enim ex ictu mallei super campanam sonus editur, non est ille subiectiue neque in campana percussa, neque in percutiente malleo, sed in aere circumstante, & per impulsum siue ictum moto circumgyrato, in quo suscipitur soni qualitas. Vnde quod campana sonare dicitur vel malleus, extrinsecè intelligitur, quatenus videlicet sonum edunt sua percussione, quemadmodum Solem dicimus calidum, qui tamen vere calorem non habet, sed caloris est tantum effectiuius. Atque ita corpora sonora dicimus, quatenus soni sunt effusiva, ubi fuerint icta. Aer vero tantum

Soni definitio.

Tria ad sonum requisita.

etiam

et si in se habeat subiectiue sonū, non tamen ab eo secundum concretum aliquod vulgo vsitatū denominatur. Nō enim dicitur aēr sonans, neq; etiam (iuxta cōmunem vocabuli acceptionem) dicitur sonorus, tamen si sono sit informatus. Quā in re manifesta inter sonum (qui est obiectum auditus) & inter obiecta aliorum sensuū differentia est, quoniā color subiectiue est in re quā per ipsum videtur, & odor in re est quā per ipsum odorem tantū percipitur, sapor item in re quā gustatur, & tangibilis qualitas in re quā tangitur. Solus autē sonus nō est in re quā auditur, sed ab ea tantum procedit, & in medio recipitur. Solus etiā sonus in ipso medio realiter existit. Ceterorū autem obiecta sensuum tantū sunt in medio intentionaliter, videlicet secundū suā speciē. Fit autē sonus non absq; locali motu. Cū enim sonus nō fiat sine collisione, & concussione, percussio verò nō absq; motu consequēs est nec sonū posse fieri absq; motu. Sic autē fieri dicunt sonum in collisione corporū, quomodo in aquā superficie fieri videmus, si iniiciatur lapillus. Videmus enim circa locū iniectiois in aqua fieri circulos, & primū quidē minores, ac deinde continuo maiores in longā distantia, iuxta quod iniectio magis fuerit violenta, aut maior fuerit aquā circa locū iniectiois cōmotio. Ipse autem locus iniectiois videtur esse centrū omniū illarum circulationum, & circum ipsum sese gyant per circuitū apparatus illi circuli. Ita dicunt, cum facta fuerit in aëre collisione duorum corporum, ipsum aërem fortiter impulsū per circuitum se gyrate (ita vt locus collisionis sit quali centrum huius circumgyrationis) idq; in circulationes continuo maiores, cū quo motu pariter & sonus dispergitur à loco collisionis, donec tandē ad aurem vsq; perueniat.

An sonus realiter debeat ad organum vsq; diffundi. CAP. VII.

Quomodo verò sonus ad aurē perueniat, an secundū se ipsum, an secundū suā speciē, dubiū est. Quidā dicunt, ipsum sonū sese realiter multiplicare vsq; ad organū auditus, atq; ibi suā speciē imprimere organo, vt percipiatur ab auditu. Probabilior tamen est contraria sententia eorum, qui dicunt, in aëre quidem proximo & circumdante locum percussiois, per circuitum ad aliquam distantia realiter sonum causari, iuxta vehemētia collisionis

sonis, quousq; videlicet per hunc ictum aër mouetur per circuitū huius percussiois: in partibus autē elongatioribus nō esse realiter sonū, sed speciē soni ab ipso sono quī est in partibus vicinioribus diffusus: quomodo calor de se speciē diffundit in mediū, per quod attingit organū visus. Neq; enim causa videtur ob quā amplius debeat sonus per suā realem praesentiam immutare organū, quā color. Vnde videtur (iuxta hanc probabiliore sententiā) sic se habere aër proximus corpori sonanti, eiq; cōtiguus, & sonū in se habēs, quomodo corpus coloratū. Ipsum verò aërem remotiore, ad modū aëris immutari specie coloris. Vnde quod supra diximus, sonū tunc efficere auditionē, cū vsq; ad aurem totū oppleuerit mediū, intelligēdū est, partim secundū se, partim secundū suā speciē. Et id quidē omnino videtur rationi magis consentaneū. Videmus enim in corporibus duris, nonnunquā ex paruuli corporis super durū aliquod collisione sonū fieri, qui locum aliquē valde magnū immutat: vt si quis in tēplo magno, lato, & alto silicem paruulū super lapideū pauimentum desuper cadere sinat, absq; aliqua singulari vehemētia, auditur statim sonus vsq; ad extremā partem templi. Nequaquā autem videtur sonus realiter per omnes angulos eius diffundi. Cū enim dicant per aëris motum sonum deferri, quo pacto id videatur rationi consonū, vt ex tam paruuli corporis ictu totus aër, qui in tam amplo loco est, dicatur localiter moueri? Item cū leui ictu in cymbalo fit tinnitus, ictus vtiq; leuissimus est: nec rationale videtur, vt tam minimo & leuissimo ictu totus dicatur aër, qui in templo est, moueri. Auditur tamen sonus cymbali vsq; ad extremos angulos. Vnde verisimile videtur, quod sonus lapilli istius aut cymbali in partibus elongatioribus non nisi intentionaliter inueniatur, realiter autem tantum in partibus proximis loco collisionis.

Non semper maiorem sonum audiri remotius. CAP. VIII.

Quod si quis interroget, quo pacto tam modicus sonus tā longē possit immutare aërem, & paruuli corporis tam modica percussio, quo tā late possit speciē soni spargere: cū corpora multo maiora collisa etiā fortius nō tam longē spargant, neq; tam late diffundant suā speciē. Vnde si magnum pondus plumbi desuper caderet super

pauimentū lapideū, vix tam longe audiretur quā sonitus parui cymbali, aut cadētis desuper lympidi lapilli super duro lapideo pauimento. Huic quaestioni nō admodū difficulter adhibetur respōsio, facta analogia ad naturam colorū. Nam vt in coloribus non semper ille longius immutat visum qui quantitate maior est, sed qui ex sese clarior & luci similior (quemadmodū color albus quantitate modicus, longius immutat visum quā color niger quantitate maior: itē color rubeus & ceruleus multo longius, quā viridis aut fuscus) sic & de sonis dicendū, quōd quidam ex sua natura sunt magis immutatiui mediū, & specie suā facilius latiusq; diffundentes, quā alij: vt soni acuti magis sunt motiui auditus, quā graues. Atq; hac ratione cōtingere potest, vt corporū sonantiū, illud longius audiatur, quod minorē edit sonū, quā ipsum quod longe efficit realiter maiorē. Et fieri potest, vt duorū corporū sonantiū id quod latius realiter diffundit sonū, non ita longe audiatur, vt illud quod nō ita longe realiter sonū fundit. Potest enim vehemens & fortis corporū duorū cōcussio late sonū spargere, quomodo & late mouet aērē per circuitū: ipse tamen sonus editus non erit de sui natura speciei late diffusiuus: alter cū sonus modicus, acutus, clarus, & limpidus, ex collisione leui generatus, late suā dispergat specie, & per distans admodū mediū possit eam ad auditum transmittere. Nouissime de sono in generali & illud aduertēdū est, quōd recipi possit nō solū in aère, verum etiā in aqua: tametsi in aqua minus percipi possit, fitq; subobscurior, eō quōd propter eius crassitiē velut hebescat & supprimatur. Potest quoq; etiā homo in aqua audire (tametsi obscuri⁹) quādiu per tortuosum & curuū iter in aurem prohibentur aque ingredi. Vbi verō locum hunc occupauerint aquæ, qui est intra aurē, & ad pelliculā qua aēr connaturalis tegitur peruenerint, indisponitur organum, ne amplius percipiat sonos.

De voce, quomodo fiat, & quibus conueniat. CAP. IX.

Est autem quædā particularis species soni conueniens solis animantibus, licet nō omnibus, quam vocē appellamus, definiturq; ab Aristotele hoc modo,
 Vox est iectus aëris respiratione attracti, qui quidē
 ab

Vocis definitio.

ab anima fit ea quæ in partibus collocatur, ad eam partem quæ gurgulio appellatur.

Quæ definitio hunc in modum est intelligenda: vox est sonus causatus ab ictu aëris ab anima respiracione attracti, & percussus ad vocalem arteriã, cū alicuius significacionis imaginatiõe. In qua definitiõne sonus pro genere ponitur. Cætera verò ad exclusionem aliorum sonorum quæ voces non sunt, adduntur. Cū enim dicitur vox est sonus aëris respirati ab anima, manifeste ostenditur. vocem non nisi rebus animatis competere: neque illis quidem omnibus, sed iis tantum quibus convenit respiratio. Aër enim respiratus dicitur, qui est per respiracionem attractus, qui postquam impetu fuerit concussus ad vocalem arteriã, siue gurgulionem, hac concussione sonum efficit. Manifestum enim est, quod aër per respiracionem attractus in quantum huiusmodi non efficiat vocem. Alio qui perpetuo homo vocem ederet, cum perpetuo respires. Sed neque per solam aëris prius attracti emissionem. Nam & silens homo emittit attractum aërem. Verum cum intus contentus aër cum impetu concutitur ad latera gutturis, ad vocalem arteriã ita demum vox efficitur. Ex quo primum evidens est ratio, quare pisces in aqua vocem non formant. Sola enim respirantia possunt vocem edere, piscibus autem non est respiratio. Itaque neque vocalem habent arteriã aut gurgulionem. Quidam tamen pisces sonitum aliquem faciunt attritu branchiarum, qui vox non est dicendus, quemadmodum neque sonus quem faciunt apes & muscæ confricatione siue impulsu alarum. Imò neque quilibet sonus ex partibus humani corporis factus vox dicitur, quemadmodum manuum concussio, aut pedum concussio non dicitur vox, eò quod non fit ex collisione aëris respirati ad vocalem arteriam. Patet etiam quod sonus ille quem faciunt dormientes dum stertunt, non mereatur vocis appellationem, tamen si fiat ex aëre per respiracionem attracto. Non enim fit hic sonus per concussionem aëris ad vocalem arteriã. Quod autem additur in definitione, cum imaginatione, id est, intentione aliquid significandi, ideo additur, quia hæc est natura vocis, & ad hoc vox ordinatur, à natura tam in hominibus quam in brutis, ut per eam aliquid significetur. In hominibus quidem, ut invicem sibi possint indicare mentis conceptum & animi co-

gitatū, inuicēmq; sibi secreta animi patefacere & cōmunicare, nō necessitatis solū sed etiam apicitia gratia. In brutis autē, vt affectus sensuales possint aperire: verbi gratia, cōcupiscentiā cibi aut potus, iram, metū gaudiū. Quē admodū cū canis latrat, irā indicat aduersus incognitum, vel cibū exposcit à domestico, quasi patefaciens cibi defectū, & sui postulans fieri memoriam. Nonnunquam verò ad gaudiū ostendandū & applausum, exclamant, latrant, & blandius, vtunturq; bruta in singulis affectibus exprimendis accommodatis vocibus iisque diuersis, iuxta quod prudens speciei vniciq; natura indidit. Vnde canes nunc latrantes, nunc gementes, nunc eiulantes, nunc velut, secundū multiplicatum sonantes, ad diuersorū affectuū demonstrationē percipimus. Pōnit quoq; Aristoteles aliam breuiorem vocis definitionē, hanc videlicet, Vox est sonus quidam animantis.

Quæ ex præcedenti supplenda & intelligenda est.

Quomodo respiratio item & lingua ad plura conducit, & de vocali arteria. C A P. X.

AD exactius verò perspiciendū naturæ ipsiusq; naturæ autoris beneficiū, attēde nō simplex esse respirationis officiu. Nam primū cōducit respiratio ad præcordiorū calorē temperandū. Nā à corde calor nimis egreditur ad præcordia, qui nisi cōtinua aëris attractione refrigeraretur, impossibile foret animal in vita perdurare, facileq; calor excessu absumeretur. Propter quod deus naturæ pulmonē circū præcordia velut follem posuit per circuitū, qui aërē sese aperiens ac dilatans cōtinuo attrahat, iterūmq; se cōprimēs eiciat, vt attrahat alium: sicq; pperuo, donec animal viuit, hāc seruat vicissitudinē, hac autē respiracione nō egent animalia exanguia, neque illa etiā quæ licet modicū sanguinē habeant, nō tamen tantū, vt præcordiorū ab eo inflamatio huiusmodi exposcat refrigerationē: cuiusmodi sunt pisces in aquis habētes māsionē, vbi nō potest fieri respiratio. Et quātū ad hūc vsū est respiratio necessitatis, propter scilicet animalis vitam conseruandā. Alterū verò ad quod ordinatur respiratio non necessitas simpliciter est, sed tantū boni gratia, & ad vtilitatē siue cōmodū animalis, hoc est ad vocē formadā,

per

per quã animi aut sensus exprimat affectus atque cogitatus. Atq; ita etiã de lingua cõsideramus, quòd ad duo à natura deseruiat: quorũ prius est, ad vitæ animalis quandã necessitatẽ, ad gustandũ videlicet & discernendũ inter sapores quòd in animali est propter nutritionem, ad cibi conuenientis acceptionẽ vel disconuenientis abiectionẽ. Alterũ verò est solũ boni & cõmoditatis gratia, videlicet loqui & verba formare: quòd simpliciter non est necessariũ humanæ vitæ: quandoquidẽ & muti absq; hoc officio vitã seruant. Propter quod etiã primũ officiũ in omnibus hominibus cernitur habere lingua, donec viuunt: secundũ verò quibusdã deficit. De vocali autẽ arteria, ad quã superius dictũ est fieri debere collisionẽ aëris ad formandã vocem, notandũ est, quòd distinguitur à via cibi. Est enim alius meatus per quem cibus transt ad stomachũ, & alius per quem aër per respirationẽ attrahitur, vòxque formatur. Nam via cibi ad stomachũ tendit, via autẽ aëris siue vocalis arteria ad pulmonẽ, cui adfert aërem pro cordis refrigerio: estq; via aëris multo arctior & angustior, quã fit via cibi. Et quia nõ longe à via cibi vocalis arteria distat, idcirco prouidissimus naturę autor operimentum ei desuper posuit, quòd dum animal cibũ sumit, viam vocis claudit, ne aliquid alimenti à suo tramite deuians, inque ipsam incidens, animali adferat vitæ periculũ, ipsum suffocando aut strangulando, quemadmodũ nonnunquam accidere videmus iis qui inter epulas profusius solent cachinnari: quòd vbi cõtigit, non cessat pulmo tussim cõticitare, & aërem versus partem superiorem fortiter pellete, vt vel impetu eiiciatur (ũ fieri potest) quòd aëris trami tem impedit, & nisi pellatur, animal strangulat.

De vocibus articulatis & inarticulatis. CAP. XI.

Quædã autẽ voces sunt quæ certis articulis possunt distingui, & secundũ particularũ apram distinctionẽ ita percipi, vt etiã respondentibus literarũ figuris describi possint, quẽadmodũ experientia monstrat, illa non certis characteribus depingere, quæ ab hominibus vocibus articulatis proferuntur. Est enim inter articulos vocis & characteres huiusmodi mirabilis quædã correspondentiã, per quã fit vt vnũ horũ alteri respondeat, possitq; alterũ alterius fungi officio. Quicquid enim per vocẽ præsen-

Vocalis artẽ
ria quid sit.

Quid arti-
culata vox.

Quid vox
inarticula-
ta.

Ita ut
si hinc

Ita ut
si hinc

Litere vocis
vicarie.

tes facimus, id per scripturam correspondētē absentes quoque agimus: suntque literæ ipsæ quædam vicariæ absentium voces. Illa autē vox quæ nullis certis distinguitur articulis, ut possit correspondētibus characteribus figurari, sed proprius indistincta est, & mēbris nō distinguitur, dicitur vox inarticulata. Cuiusmodi sunt voces brutorū animalium, ut bouis mugitus, ovis balatus, canū larratus, equorū hinnitus, itemque aviū garritus: quanquā per artem & humanā industriā harū quædam videmus pauculas aliquot articulatæ voces formare, quod ab illis famis inedia, & impertuno præcentu potissime extorquetur. Id quod de psittaco ac coruis Satyricus Persius testatur his versibus, Quis docuit psittacum suū chare? Coruos quis docuit verba nostra conari? Magister artis ingenique lagitor, venter. Voces item puerorū clamantium, & ebriorum atque furiosorū vociferantium, hisque consimiles, articulatæ non sunt, cum nullis figuris respondentibus possint depingi. Quis enim bouis mugitū, quis canis latracum aut eiulatum depingat vllis characteribus? Sic & muti vocē quidē dant, quia tamen eā nō debite articulatæque distinguunt, vocē non proferunt articulatā. Vbi attendendū est, quod longe aliud est loqui, aliud vocē formare. Neque enim quicumque vocē format, loquuntur. Loqui enim dicuntur illi tantū, qui verba formant. Non omnis autē qui vocē edit, verba format. Nō format enim verba, nisi qui articulatā profert vocē. Nā voces inarticulatæ verba nō dicuntur. Procedit autē hæc articulatæ eloquutio ex mentis cōceptione, neque inuenitur nisi in humana specie. Ex ratione enim & mēte oritur articulatæ eloquutio: quæ dum id quod ordinate cōcipit & apud se cogitat, suæ naturæ consorti, id est, cōiuentibus hominibus cupit significare, vocē talē edit secundū suos articulos & mēbra apte distinctā, quæ id quod in mēte est possit debite & ordinatē (iuxta quod in ea est) representare. Verū quia vox nō potuit nisi ad præsentē fieri, neque sonare potest ad nimium distantes, frequēter autē vsu venit, ut quis longe absentibus proditum velit animi sui conceptū, hinc & scripturam adinuenit humana ratio articulatæ, qua vocis defectū suppleant. Nam literæ apud absentes vocis vice funguntur. Est autē & scriptura quædam inarticulata, non minus quam vox: qualis videlicet est quam

pue

pueruli antequam characterum formam effingere sint edocti incerto calami tractu depingunt. Aduerte tamen non esse solum voces articulatas eas, quae in idiomate aliquo determinatam habent significationem. Nam cum interdum homines ad iocum animi gratia, linguam peregrinam aut barbaram se loqui fingunt (veluti si fingens peregrinum me idioma loqui, pleno ore dicam bufkambarbucachil, vel alia huiusmodi) voces utique sunt articulae, non tamen in ullo idiomate (quod equidem sciam) quicquam significant. At tamen potest omnis vox articulata ad significandum imponi, & vox ad placitum instituentium fieri significatiua quemadmodum voces nouas quotidie videmus recipi ad significationem, quae antehac in nullo idiomate fuerunt significantiuae. Sciendum est etiam, quod solae voces articulae ad placitum instituentium significant. Omnia enim idiomata quantuncumque barbara, vocibus utuntur articulatis ad sui animi conceptus exprimendos. Neque vllum est idioma aut esse potest, quod in articulatis utatur vocibus. Pleraque tamen voces inarticulae sunt significantiuae naturaliter, nimirum omnes illae quas ex naturae instinctu videmus animalia bruta ad aliquam sensus passionem inditae formare. Neque solum in brutis, verum etiam in hominibus, ut ploratus infantium, gemitus infirmorum suspirium dolentium. In animalibus etiam brutis, latratus canum, mugitus bouum, balatus ouium. Ad huiusmodi autem articulae vocis formationem, non sufficit pulmo & vocalis arteria, sed alia insula per instrumenta sunt necessaria, quae voci dant articulationem. Nam praeter illa duo (quae ad simplicem vocem formandam sufficient) requiruntur etiam lingua, palatum dentes ut minimam quatuor, ad quos fiat velut limatio atque colatio & duo labia, per quae fiat expressio. Et in quibus haec instrumenta deficiunt, aut fuerint impedita vocem hi efficiunt inarticulatam. Unde vetulas dentibus deficientes videmus vix articulatam vixque distinguibile sermonem posse edere, ite & eos qui linguam non habent integram, vel non liberam & ligatam. Sed haec de voce articulata & inarticulata dicta sufficiant quae ob hoc prolixius aliquanto deduximus, quod ab aliis plerumque videremus omissa, cum sint tamen valde digna consideratione physica. Vox enim huiusmodi articulata est qua homo manifesto & speciali Dei beneficio

Vox naturaliter significatiua

Requisita ad vocem articulatam.

cætera animalia præcellit propter quod solus etiam peculiaria ad eam habet instrumenta, quæ illa non habent.

De sono qui appellatur Echo.

CAP. XII.

Echo.

Quandoq; autè auditur sonus quasi rediēs illuc vnde fuit emissus, & velut sonus soni vestigiū subsequēs. Quod fieri accipiendū est per reflexionē soni repecusfi ab obiecto corpore, sicq; reuertentis ad aurē: qui sonus, cum longinquior adueniat ad aurē (vrpote reflexus & re-percussus, admodū pilæ resilientis à loco ad quem directè fuerat proiecta) merito posterior tēpore auditur. Fit autē hæc reflexio & repercussio maxime circa mōtes aut syl-uas & aquas, aut in corporibus concauis, vt in templis ha-bentibus reflectētes testudines. Et illic tardius subsequi-tur Echo primum sonum, vbi latior est reuerberatio di-statq; lōgius id vnde fit repercussio. In templis verò breui & apta testudine coaptatis, vix Echo auditur subsequi, sed simul cū primā voce se adiungēs, quasi sonū duplicat, & mirū cantātib; est subsidiū, si pauci sint: quæ admodū cō-tra onus graue, si nimij, eò quòd subsequēs fortis reflexio prioris emissi soni, grauet & velut opprimere labore sonū directū, emissum posterior. Vbi notandū, quòd (iuxta Aristotelis sententiā) semper fit soni repercussio & reflexio, quamuis nō semper percipiatur. Interdū enim ita de-bilis est reflexio, vt non valeat percipi: quemadmodū lu-men quidē semper reflectitur & reuerberatur, sed plerū-quetā infirma est verberatio, vt lumen nō iudicetur, quæ admodum in vmbra candelæ per noctē contingit, vbi in vmbra est quædā luminis reflexio, sed nō iudicatur à sen-su propter debilitatem. Nam si non esset reflexio, luminis sequeretur per diem loca omnia plena esse tenebris, ad quæ nō pertingeret directus solis radius, atq; ita loca plu-rima destituta essent lumine. Sed quia lumen solis ad-modum potens est, idcirco etiam reflexum ipsius luminis facilè cernimus. Ita ergo dicunt in omni sono fieri reflexionem, sed non semper auditu percipi. Et quanquam cō-muniter Echo non nisi in terminatione soni auditur, fit tamen priorum partium soni æque reflexio, sed non ad-uertitur, propter partem soni subsequentem, quæ fortius immutat auditum (cum sit sonus directus) quam Echo, cum sit sonus reflexus. Verba autem Aristot. sunt hæc,

Fit

Fit Echo, cum aër factus vnus ob vas vel locum
quæ terminauit ipsum atq; dissolui prohibuit,
inde refilit, veluti pila repulsus.

Quorum sensus ex præcedentibus claret.

*Quòd visus nobilior est auditu, & quomodo visus auditum
anticipat.*

CAP. XIII.

Quonia verò visus mouetur à suo obiecto, absq; mo-
tu locali, & absq; reali sui obiecti in mediū effusione
eārum speciē obiecti absq; omni corporali immutatione,
per mediū deferens suscipiendo: auditus verò nō nisi per
exteriorem motū corporalē, & realem obiecti proprii in
mediū effusione: idcirco visus spiritalior & nobilior iu-
dicatur, quā auditus, ac per consequens cæteris etiā sensi-
bus auditū minus spiritalibus. Visus enim omniū sensuū
spiritalissimus est, & per cōsequēs maxime sui obiecti fa-
cilime perceptiuus. Atq; hinc etiā est quod dici solet, *Visus antici-*
sum anticipare, siue anteuertere auditū. Prius enim ad or- *pat auditū.*
ganū visus peruenit obiectū ipsius secundū suā speciē,
quā ad auditū perueniat ipsius obiectū. Quia enim so-
nus diffunditur per motū localem, qui successiue fieri de-
bet, & tēpus postulat (cum sit motus corporalis) color au-
tē absq; motu corporali suā speciē diffundit in oculo, ad
eum modū quo lux suum diffundit lumen (id est, in mo-
mento absq; successione) idcirco nō mirum videri debet
si visus citius percipiat colorem aut lucē quā auditus so-
num. Hoc autem est, visum anticipare vel anteuertere
auditum. Quod experientia quidem nobis ad oculum in
nonnullis manifestat. Qui enim à longè spectant cæden-
tes ligna in syluis, prius vident securim ferientem trun-
cum, quā sonum ex percussione sequentem aduertant.
Imò prius in altū eleuassē eos securim ad iterum ferien-
dum cernūt, quā prioris ictus sonitus ad aurē fuerit de-
latus. Idē vidēt qui à lōgè mulierculas super aquas linteo-
rū immūdiicias eleuato ligno excutiētes spectant. Id ipsum
quoq; & in corruscatione cōtingit, dū prius fulminis splē-
dorē oculus cernit, quā ad aurē tonitruī sonus pertige-
rit, cū tamē secundū veritatē tonitruī cōcussio præcedat.

*Quomodo in homine visus & auditus ad singularem finem
ordinantur.*

CAP. XIII.

Illud autē consideratione operū Dei & naturæ valde admirabile est, quòd in humana specie nō solū plura voluit ponere organa, & nobiliora, quā sint in speciebus inferioribus brutorū animalium, verū etiā eadē illa quæ cōmuniter dedit homini & aliis animalibus, in humana specie ad vsus quosdam peculiare, & secūdū singularem aliquā excellentiam cōstituit. Visum enim & auditum communem fecit etiā aliis animalibus, eatenus videlicet, quatenus suæ cōueniret naturæ, vt scilicet à lōge possent alimētū & sibi cōuenientia videre ac profēqui, aut discōueniens & inimicū fugere, itēmq; per sonū vel incitari ad id quod cōueniēs est, vel absterri ab eo quod discōueniēs. Peculiariter etiā propter hominis vtilitatē (cui à natura cætera sunt subiecta) vt per humanæ vocis sonitū possent dirigi & gubernari, quæadmodū animalia domestica videmus ad vocē hominū vel accedere, sumēdi pabuli gratia, vel effugere, & à tētato desistere, propter vocis terrorē. aut etiam moueri & gradum sistere, secūdū directoris imperiū. In homine autem peculiariter hi sensus altioris boni (vt Aristoteles ait) id est, disciplinæ & prudentiæ gratia sunt. Ostendunt enim (vt ipse ait) plurimas rerū differentias, ex quibus consurgit contemplatio, & circa agibilia humana, que actiones discretio. Hinc senes plerunq; prudentiores sunt, vt pote plures habentes diuersarū rerū experientias, quæ ex particularibus rebus sapius visis vel auditis gignuntur in homine, per cōparationem intellectus. Est tamen differentia quædā inter visum & auditū, quòd visus ad plura per se dinoscenda secundum se melior promptiorque habetur, & quātum ad ea quæ corpori sunt necessaria, magis homini deseruit, quoniā ubiq; sese offerūt visibilia, nō item audibilia: neq; sic ad animalis bonum & vitam intertenendā est necessaria sonorū, vt colorū perceptio atq; discretio. Omnia enim corpora occurētia colorē habēt, insuper etiā sensibilia cōmunia magis visus discernit, quā auditus. Soni verò in paucis inueniuntur, & non ita passim occurrunt. Vox autē in paucioribus reperitur. Per accidens tamen auditus melior est, & quantum ad animam vere vtilior quoniam disciplinæ plurimū cōfert, propterea quòd ad disciplinā capiendā hic sensus optime subseruiat. Sermo enim quo docens vtitur nō nisi per audit

*Arist. in lib.
de sensu &
sensu. I. cap.*

ditum capitur, atq; ita rerum vtilissimarū, & dignissimarum cognitio, auditus ministerio in nobis cōparatur. Vnde fit vt qui à natiuitate cæci fuerunt, nullū habeant impedimentū quin euadant doctissimi atq; sapientissimi. Nati autē surdi non admodū possunt esse sapientes, tamen ex visis possint habere magnā in particularibus experientia ad ea. Hæc tamē vtilitas de qua loquimur, ipsi auditui per accidēs conuenit. Sermones enim illi pleni disciplina, quantū ad ipsum corporis auditū, nihil amplius efficiunt in homine, quā si aliam quālibet edas vocē: quomodo in brutis animalibus videmus q̄ nihil amplius accipiant ex sermonibus plenis prudentiæ, si in aures eorū insonēt, quā ex vocibus nihil significantibus. Sed intellectus est, qui per auditus ministeriū tantā homini confert sublimitatem. Visus ergo per se ad plura, eaq; animali secundum vitam corporis magis necessaria est melior, auditus verō per accidens ab ea quæ mentem oblectant, & intellectui conducunt vtilior habetur. Qua de re forsitan in libro de intellectu & voluntate latior fiet determinatio.

De olfactu, & eius obiecto.

CAP. XV.

Post visum atq; auditū, tertio loco ponitur olfactus, qui perceptius est, atq; discretius odorū. Est autem hæc potētia sita in duabus carūculis, quæ sunt intra nares similes capitibus mamillarū, quæ sunt organū olfactus. Estq; hoc organū secundum aliquā participationē naturæ igneæ & igneū aliquid, quæadmodum organū visus supra diximus esse de natura aquæ, & auditus de natura æris. Ad quod organū cum odor à corpore odorifero diffusus pertingit, fit odoratio. De modo autē quo odor à corpore odorifero diffusus contingit ad olfactū, notandū sicut de sono dictū est, ad eius diffusionē requiri motū locale, ita ad odoris diffusionem fumalem quandā euaporationem siue exhalationē. Corpora enim odorifera dicuntur euaporationes quasdam & (vt dicam) effumationes aliquas efficere, per tenuis vaporis ab eis resolutionē. Cuius signū est, q̄ temporis successu minui vidētur, id quod per euaporationem satis probabiliter videtur cōtingere. Vnde per diem (quādo calor viget) flores experimur magis odorē diffundere, quā per noctem. Cuius non alia videtur causa, nisi quod calor dici educit fumositates aut vapores

Olfactus instrumentū et obiectum.

Mediū olfactus est aer & aqua.

vapores à corpore odorifero: frigus autem noctis, quodammodo condensat atq; constringit odorabilia, ne tunc ita fumositates effundat. Manifestissime vero ad oculum cernimus, cū odorifera (vt thus & ligna boni odoris) cremantur per multam fumositatū exhalationem copiosissimum effundi odorem. Vnde licet hanc euaporationem oculus aperte non semper percipiat, est tamen omnino rationi in persua sibile ex his quæ cernimus, à rebus odoriferis virtute caloris cuiusdā, qui in odorifero est aliquā fieri euaporationem, per quam odor diffunditur ad organum olfactus: à quibusdam quidem grossiorem, à quibusdam vero subtiliorem iuxta naturam & dispositionē corporis odorē fundentis. Ex quibus ratio claret, ob quam corpora quædam nullum de se fundunt odorem, quia scilicet nullam de se fundant euaporationem, neq; effumabilia sunt: quæ etiam temporis successu non videntur minui. Imo nec in igne posita minuuntur, quemadmodū aurum quod dicunt esse minime odorabile, quoniam ex eo nihil resoluitur, propter quod & igne nihil deperdit. Aduertendum tamen, quòd multa corpora aliquem de se odorem fundunt, & aliquam euaporationem, quem tamen non facile homo percipit, eò quòd homo sit imperfecti odoratus, neque possit nisi excellentiores odores percipere. Vnde dicit Aristoteles, ferrum habere odorem, & magis æs, aurū autem nequaquā. Nobis tamen vulgo vt non aurū, ita nec ferrū, neq; argentum videntur odorem diffundere. Quod autē homo imperfectū habeat hunc sensum odoratus, experientia satis monstrat, quoniā quidem animalia quædā acutius exactiusq; olfaciūt, vt canes & vultures. Vnde hunc sensum præ omnibus dicunt in homine esse imperfectissimum, causam assignātes: eò quòd iuxta cerebrum eius organū sit positum. Homines autem in cerebri magnitudine & frigiditate, cætera animalia excedere, compertum est. Vnde oportet organum olfactus (quod igneæ naturæ est, calidoq; & sicco perficitur) impedimentū aliquod accipere ex vicinitate cerebri in qualitatibus cōtrariis excellentiis, vt nō ita exacte possit singula percipere, quomodo in aliis animalibus, in quibus nō est tanta cerebri frigiditas aut magnitudo, aut in quibus non est tanta vicinitas huius organi ad cerebrum.

*Quomodo odoratus in hominibus secundum aliquid perfectior est,
secundum aliquid imperfectior.*

CAP. XVI.

Videtur tamen quod hic dicitur de imperfectione odoratus in homine, secundum debitam moderationem sane intelligendum, non quidem ut simpliciter sit peior olfactus in homine, sed quantum ad aliquid. Simpliciter enim dendum potius, quod præcellat hominis odoratus. Pro cuius intelligentia advertendum est, quosdam esse odores, qui grati sunt aut ingrati olfactui, ipsique vel delectationem vel tristitiam afferunt per accidens tantum, & propter alterum, nempe propter saporis & alimentum quemadmodum odor carnis igne cocctæ & ad esum aptæ ipsi olfactui gratus est, & propter saporis & propter cibum, ut scilicet ex odore tali grato attrahatur ad appetendum & querendum huiusmodi cibum. Nam sicut saporibus cibariorum sunt delectabiles, & grati esurienti, ita & odores. Odores tamen ad saporibus ordinantur. Unde saturatis & expletis posteaquam sapor fit ingratus, non amplius gratus est odor ille, qui propter saporis expetitur, sed incipimus fastidire quod ante appetebatur. Unde etiam fit, ut odor idem qui unum animali est ingratus & execrabilis, alteri sit placens & delectabilis, propter saporis ad quem ordinatur. Quæadmodum (exempli gratia) canis est odor cadaueris gratus, eo quod & sapore oblectetur. Homini vero, quæadmodum sapor, ita & odor detestabilis. Sic alij odor, iis qui saporis & esum amant, non est ingratus: contra vero, illis est abominabilis odor, quibus sapor displicet. Hi ergo odores qui sic propter saporis appetuntur, sunt per accidens appetibiles. Alij vero sunt odores qui per se afferunt delectationem, & non propter alterum: cuiusmodi est odor florum, ita & aromatatum odoriferorum, quæ non nisi ad olfactum pertinent. Hæc enim non propter gustum expetuntur, neque gratia alimentum, sed propter ipsam odoris in se gratiam. Inter hos autem duplices odores ponit Aristoteles talis differentiam, quæ primis communiter & homines & bruta percipiunt, quoniam æque scilicet utriusque alimentum accipiunt, quod per odorem cognoscunt esse naturæ convenientes vel disconueniens. Secundos autem odores solum dicit hominem odoratu percipere. Non enim videmus canes (quamquam acuti admodum olfactus) villo modo moueri ad florum odorem: & si canis in gramine locum sibi querat cubandi, non videtur magis ad

Duplex odor.

Odores non propter saporis gratiam.

gis ad locū vbi flores sunt odoriferi, caput reclinare, quā ad locū aliū, vbi similes nō fuerint. Si tamen florum odorē perciperet, videtur q̄ magis ad locū boni odoris naturaliter olfactus organo ferretur. Cū ergo homo non solum odores illos qui propter alimentū experuntur aut fugiuntur, olfactu percipiat, verū etiam illos qui per se & nullius alterius gratia olfactū oblectant: manifestum apparet q̄ simpliciter in homine quā in aliis animalibus olfactiua potētia nobilior sit atq; sublimior. Quāto enim potentia quælibet latius se extendit, tāto videtur nobilior. Et præcipua ratio ob quā homo præter animalia cætera etiā odores per se appetibiles percipiat, videtur esse nobilitas, & præcellentia ipsius potentia in homine supra potentia similem in brutis aliis: quemadmodum in homine auditus nobilior est & sublimior, quā in aliis animalibus, eō q̄ nō solū sonos discernere, sed articulas voces distinguere possit. Quod autē superius diximus imperfectam esse hominis olfactū, propter cerebri magnitudinē, frigiditatem, & propinquitatē, ita accipiendū est, quia si fiat cōparatio olfactus humani, & olfactus canini ad vnū aliquem odorē qui vtriq; sit perceptibilis, id est ad odorē comestibilis, talis odor citius & longius mouebit canis olfactum quā hominis. Et huiusmodi odorē aliquē cōtingit canē percipere suo odoratu, quē minime percipiet hominis odoratus. Leporis nāq; qui per viam trāsit, odorē percipit suo acuto odoratu, quē nequaquā sentit hoīs olfactus. Ac iuxta hūc modū & de aliis sensibus intelligendū venit, si qd aliquādo simile dicatur, videlicet aliquē ex eis meliōrē aut p̄fectiōrē inueniri in bruto quolibet quā in hoīe.

Non oportere odorem realiter ad organum vsque diffundi.

CAP. XVII.

DE euaporatione autē illa & effumatione per quā diximus odoriferū immutare olfactū, an debeat fieri vsq; ad organū olfactus, quæstio est, similis illi quæ prius de sono & motu locali aëris facta est, an debeat vsque ad organū sonus per motū deferri. Quare proportionabiliter de hac fumali exhalatione dicendū videtur, quæ admodū illic de soni per motū locale aëris diffusionē: videlicet non esse necessariū, vsq; ad organū olfactus realiter diffundi odore per euaporationē, sed sufficere, q̄ per locum propin

propinquū odorabili realiter p̄ euaporationē diffundatur odor, qui deinde in medio suam speciem fundit, sicq; per suā speciē ad organū vsq; pertingit. Videtur autē hoc manifestare experiētia, quoniam animalia quædam ad maximam distantia dicuntur odorari, ita vt rationi consentaneum nō videretur, à corporibus ipsis odorabilibus in tam longū spatium fieri euaporationē. Quod autem in loco propinquo odorabili fiat realis euaporatio, similiter probat experiētia: quoniā si quis trāseat per agrū valde odoriferū, quādo maxime odor viget, sentiet se realiter quasi impleri per euaporationē fumositatū, quas intra se suscipit. Iuxta quē modū illi qui iuxta cibos proximi versantur coqui & culinarij, ciborū odore pleni dicuntur. Vt plerunq; etiam de delicatissimis ferculis vel nihil vel parum admodū valeant māducare: quod ideo fieri videtur, quoniam intus existens prohibet extraneum. Quo autē pleni sunt, nisi fumo sitatibus eiusmodi ciborū, quas p̄ olfactū & per respirationē intra se suscipiūt, propter crassam euaporationē, quæ fit decoquente igne, ac resoluēte abūdanter vapores, atq; exhalationes à cibo qui coquitur. Ad eūdem modū qui in penu plenum odorifero viao ingrediuntur, mox se quasi impleri sentiunt, adeo vt nonnunquam velut ebrij appareant egrediētes. Qui verò à longe tantum cibi vel potus odore percipiūt, eos nō sic impleri experimur, neq; vllū ex longo odoratu accipere fastidium, imò accenduntur magis & anhelant, vt diu odore perceptū cōmodū cibum tandē accipiant. Vnde argumentū sumitur, q̄ nullam in se substantiā odoriferā per euaporationem susceperint, sed specie tantum sunt odoris allecti.

*Culinarij
quare parū
edant.*

De diuersitate olfactus, & organi eius varia dispositione.

CAP. XVIIII.

NOtandū verò, q̄ non idem est in omnibus odorandi modus. Quædam enim sunt quæ per respirationem odorant, alia verò absq; respiratione. Homo enim & cætera animalia in quibuscunq; est respiratio, nō odorāt nisi per respirationē, videlicet per attractionem aëris. Cuius causam assignāt ex parte organi olfactus, quod in animalibus respiratione vtentibus cooperculo in modum ostij est munitū, vt nihil possit ad carūculas illas, in quibus situs est olfactus, pertingere, nisi operculū illud leuetur, quasi

*Duplex odorandi
modus.*

quasi ostium aperiatur: quod fit per attractionē aëris, non utiq; per os, sed per nares. Monstrat enim hoc experientia, si tibi flos quantūlibet odoriferus ante nares teneatur, nunquam eius odorē percipies ab organo, donec aërem cōtinens absq; respiratione, aut donec tantum per os respiras: nisi videlicet per nares aërem trahas ad apertionem operculi: sicq; simul cū aëre attracto odorē ipsum vel odoris speciē ad organū olfactus adducas. Sunt autē alia animalia quæ olfactū habent, & tamen nequaquā respirant, ut pisces, apes, muscæ, & formicæ. De his enim experientia certissima mōstrat, q̄ odoratū habeant. Nā muscæ de longe ad escā veniunt odore allectæ. Apes verò flores an ad mel exugendū conuenientes sint, an minus odoratu discernunt. Non enim videtur, quo sensu alio id faciant. Et formicas manifestissime ex hortis videmus ad apothecas rerū dulcium cōscendere in multo numero, sola allectas odoris dulcedine. Hæc tamen omnia non respirant. Necessē est ergo aliū esse modū in his animalibus olfaciendi, quā sit in respirantibus. Pro cuius notitia aduertendum est, quod sicut animalia nō omnia eundū habent modū viuendi, sic nec omnia eundem habent modū odorādi. Quædam enim animalia oculos habent molles. Et hæc palpebras habēt, quibus molles oculi obuoluuntur, & operiuntur, ut claudī possint neq; semper pateant. Si enim operculū non haberent, molles eorū oculi faciliē susceperēt læsionē. Molle enim faciliē suscipit læsionem, nisi aliquo munimento defendatur. Quædam verò animalia duros habent oculos, in modum cornu aut solidi vitri. Et his operimentū palpebrarum natura non contulit, neq; aliquid quo claudī possint, sed patentes semper esse permisit. Nā propter duritiem, nō est eis periculū læsionis. Illis autem mollibus oculis non semper præsentēs sunt neq; expositi colores, neq; percipi possunt ab eis nisi reuelato operculo, nisi palpebris disiunctis. Qui autem nullum habent operculū, nisi palpebris disiunctis. Qui autem oculos, neq; vllius egent operculi ablatione ut videant. Ita sanē & in odoratu dicendum animalia illa quæ respiratione vtuntur, olfactum habere à natura reconditū & operculo clausum: quare non nisi huius ianue apertione recipiūt odores. Fit autē hoc aëris per nares attractione.

Cæte

*Quorūdam
animalium
oculi palpe-
bris non ope-
riuntur.*

Cætera verò animalia nullū habent huiusmodi operculū, propter quod semper præsentēs sibi habēt semp̄q; expositos odores, neq; operculi reuelatione indigent. Possunt ergo absq; respiratione odorare, quod nō possunt priora animalia respirantia. Ex quo consequitur, animalia respirantia in aqua nō posse odorare, cū illic nequeat fieri respiratio. Pisces tamen in aqua id possunt, eò quòd respiratione non habeant opus.

De gustu & eius organo.

CAP. XIX.

Gustus inter exteriores sensus quartum locū obtinēs, saporēs discernit, in lingua habens suū organū. Non tamen linguā totam, sed neruū, qui in lingua latet absconditus. Cæterū, caro ipsa porosa linguæ, quæ neruū operit & abscondit, mediū est per quod fit gustatio. Habēt enim gustus & tactus hoc sibi peculiare, quòd mediū habeant cōiunctū, quoniā videlicet organū ipsum & mediū, simul sunt in vnū corpus & in vnū membrum composita. Sensus autē alij, de quibus iam antè determinauimus, mediū habent extrinsecū, aërem scilicet vel aquā, per quam species obiecti ad sensum defertur. Ad hoc ergo vt fiat gustatio nō sufficit, quòd propè afferatur obiectū, id est, sapor, vel sapidū aliquid: sed necesse est quòd tangat carnē linguæ, atq; in eam suā imprimat speciem, quæadmodū nō potest fieri visio coloris, nisi immutato aëre, & impressa in eum sua specie. Quæadmodū enim se habet aër ad colorē in ordine ad visum, ita sapor ad carnē linguæ, in ordine ad gustū. Quomodo autem color vt in mediū aërem suā imprimat speciē, requirit illuminationem, sonus verò aëris motum, & odor euaporationē: ita sapor vt linguā immutet, suāmq; speciē in eā imprimat, requirit humoris saluaris coniunctionē. Oportet enim sapidū cōiungi & cōmisceri saluari humori, qui à natura semper est circa linguā, vt immutetur gustus. Vnde quando in febricitantibus nimia siccitate humor iste deficit, ægros ipsos nullo videmus oblectari sapore. Sunt enim eis omnia quasi insipida, propter ariditatem linguæ & humoris defectū: nisi forte aqua aut fructus aliqui, qui secū humiditatē afferunt, aliqua ex parte suppleant saluaris humoris officiū. Cū vero saluā aliqua amaritudine cōtingit esse infectam, male iudicat lingua, dulce reputans amarum, propter infectio-

Gustus instrumentum & medium & obiectū.

Salua quor sum cōferas animalis.

nem saliuę. Est autem saliuā ab omni sapore denudata, vt cōmodē possēt omnem saporem discernere. Non est autē saliuaris iste humor proprie mediū gustus, quemadmodū neque lumen mediū est visus, neq; euaporatio mediū est odoratus. Sed est cōditio quedam obiecti, requisita vt cōuenienter sensum immuter, & tale quiddam, sine quo obiectum nequit immutare suum organum.

*Quomodo gustus est quidam tactus & nihilominus secundum
veritatem diuersa potentia.* CAP. XX.

*Gustus est
quidam ta-
ctus.*

HVnc autē sensum gustus, dicit Aristoteles admodum certū esse in hominibus, quōd sit quidā tactus. Tactus autē certissimus & optimus est in hominibus, quēadmodū posterius declarabitur. Verū de huius dicti intelligentia dubitare solent, an senserit Aristoteles, secundum rem vere eundem esse sensum tactus, & gustus, neq; realem esse ponendā diuersitatem, an secundū similitudinē potius id debeat intelligi. Est autem secundum hoc probabilius, vt tantū secundū a simulationem quandā dictū intelligatur, quomodo statua hominis interdū appellatur quidā homo. Vnde nō simpliciter ait, gustū esse tactū, sed quendā tactum, tali nimirum adiecta diminvente particula, quomodo statua hominis quidā homo dicitur, non simpliciter homo. Consistit autem similitudo hæc in eo quod suprā tetigimus, quōd sicut gustus habet mediū cōiunctū cum organo, sic & tactus. Item quia vtriusq; organū ponitur neruus. Secundū veritatē tamen probabilius est ponere duas distinctas potētias, quarū vna per se percipiat saporū distinctionē, altera qualitates tangibiles, caliditatē, frigiditatē, &c. Cuius est argumētū, quōd in lingua dicunt Medici posse lædi gustū absq; hoc quōd lædatur tactus. Et cū defectu saliuaris humoris lingua nō percipit saporē, tangit nihilominus, & qualitates tangibiles nihilo peius percipit. Videntur ergo secundū rem distinctæ esse potētis, quarū vna læditur vel impeditur absque altera. Sunt autē saporū multæ species, quemadmodū & colorū. Est enim sapor dulcis & amarus, qui sunt saporē cōtrarij. Sunt præterea saporē alij, pinguis, falsus, austerrus, acutus, acerbus, acidus, & alij quidā, quos Aristoteles in lib. de sensu & sensato secundū analogiā & comparationem ad colores extremos atq; medios accipit.

*Varij saporē
res.*

De

Inter omnes sensus exteriores nouissimus est tactus, vt
omniū materialissimus atq; crassissimus. De cuius or-
gano dixerunt aliqui, quòd sit iuxta cor proportionē ha-
bens qualitatum tangibiliū. Sed experiētia docet, sensum
tactus per totum corpus esse expansum, ac proinde etiā
eius organum. Vbicunq; enim & in quacunq; parte inue-
nitur operatio alicuius sensus, illic & potentiā talē adesse
consequitur: & vbi potentia adest, oportet ibidem esse &
organū eius: quemadmodū si visionem expiremur in pe-
de, oporteret & illic potentiā visuam cōstituere, simul &
oculū, aut aliud visui organum præter oculum assignare.
Quia ergo tactionem fieri experimur per omnia corporis
membra, idcirco & potentiā tactiuam & organū ipsius
consequens est per totum corpus fateri expensum. Est
autem eius organum, non caro, vt quidā existimauerunt.
Nam tangibile immediate applicatum carni immutat
tactū: quod non faceret, si tactus organum esset caro. Est
enim maxima seu propositio ab omnibus vera concessa.

Sensibile positū supra sensum nequit efficere sen-
sationem.

Vnde si caro esset organū tactus, non posset tangibile
apprehendere absque medio sibi applicatū. Nerus ergo
qui carne vestitur, ipse est tactus organum, qui per omnia
membra expansus, animali dat in omnibus partibus tangē-
di potentiā. Caro autem neruo huic pro medio est, neque
requirit aliud. Tangibile enim carnē cōtingens, per eam
qualitatis tangibilis speciē transmittit ad neruū tactiuū,
ibiq; sit tactio. Obiectū autē tactus est qualitas tangibi-
lis, hoc est caliditas, frigiditas, humiditas, siccitas, graue &
leue, asperū & lene, durum & molle, viscosum & frangi-
bile, grossum & subtile. Omnia enim hæc sensu tactus per-
cipimus, principaliter tamen quatuor primas qualitates,
sub quibus aliæ compræhenduntur.

Tactum omni animali donec viuit esse necessariū. CAP. XXII.

Inueniuntur aut in hoc sensu tactus multa singularia,
quæ nō ita sunt in aliis iam determinatis sensibus. Pri-
mū enim tactus solus omni animali inest, & semper quā-
diu viuit vt in sit necesse est, neque potest esse animal

Arist. 3. lib.
de anima.

sine tactu, neq; potest aliquid habere tactum quod nō sit animal. Vnde solus tactus ad esse animalis requiritur. Ceteri verò sensus ad bene esse, vt declarat Arist. vlt. c. 3. libri de anima. Visus enim, inquit, additus est animali, quo vitā in aëre aut aqua aut aliquo perspicuo sibi vendicet. Auditor, quo ei aliquid indicetur. Odoratus, quo odore à lōge percepto ad alimentū se cōuertat. Gustus quo iucundū sit ei alimentum, & triste refugiat. Hæc autē omnia ad esse animalis nō faciunt, sed tantū ad bene esse. Et verisimile est, quædā esse imperfecta animalia, in quibus nec gustus quidē reperiatur, vtpote terræ affixa aut in alimento suo perpetuo natantia. Nā cū speciali nullo egeant cibo, sufficiātq; eis id in quo perpetuo natant, aut cui affixa sunt nō eis gustu est opus, quo alimentū secundū saporem discernant, sed tactus eis sufficit, quo alimentū percipiant. Gustus enim illis conuenit animalibus quæ cibū habent discquirere atq; eligere per saporis diiudicationē, & aliū quidem occurrentē vt noxiū relinquere atq; respuere, alium verò vt salubrem, & conuenientē admittere atq; deglutire, aut nō occurrentē diligenter venari. Quòd si in aliquot locis Aristoteles videatur contrariū dicere, esse videlicet tactū & gustū omni animali necessarios, gustus improprie accipi debet, secundū quòd tactus ipse vt alimēti perceptiuus, gustus quidā in eiusmodi imperfectis animalibus appellatur. Ratio autē quare sensus tactus sit omni animali, quā diu est simpliciter necessarius, hæc est, quia tactus sequitur proportionē & harmoniam qualitātū primarū animali omnino necessariā: quā harmoniam statim vbi dissolui aut destrui contigerit, ipsum quoque animal mox interire necesse est, simul cū sensu tactus proportionem illā cōsequente. Et quā diu manet in homine harmonia illa quatuor primarū qualitātū sufficiens ad vitā conseruandā, tam diu neq; tactus destruitur. Pariter ergo & vita & tactus in animali ex eadem causa deficiunt. Aliorū autem sensuum nullus proportionē illam primarū qualitatum necessariā animalis subsistentiæ cōsequitur. Nam quāuis omnes sensus in quodam contemperamento, & in quadam proportionē rectē dicantur cōsistere, ita vt illa dissoluta harmonia, dissipata sit porētia illa sensitua, quæ ex ea consequebatur (quemadmodum visus destruitur

Tactus o
mni anima-
li simplici-
ter necessa-
rius.

cont
mē
litat
lutis
omn
Q
E
porti
neces
vllū n
idē es
cōseq
diffus
fitas,
exter
corpo
tatū t
cellēt
lis vit
cellēt
suū sen
lumen
quanq
nitus a
animal
ruere,
ti soni
no est,
uenien
por in
malis v
cillimē
vero, si
ellet à
sim occ
tangibi
bus illis
corrupt

contēperamēto illo quod in oculo est dissipato) potest tamē manere illa p̄cipua, & prima harmonia primarū qualitatū, quæ ad animalis vitā conseruandā requiritur, dissolutis aliis contemperamentis. Itaque sit, vt absq; cæteri omnibus sensibus possit tactus solus in animali persistere.

Quare tactum natura auctor per totum corpus voluit expandere præ omnibus alijs sensibus. CAP. XXIII.

EX hoc vero simul ostenditur, debere necessario per totū corpus expādi sensum tactus. Quomodo enim proportio illa & harmonia qualitatū primarū vitæ animalis necessaria, nulli mēbro debuit abesse ita neq; tactu potuit vllū membrū destitui. Quemadmodū si per totum corpus idē esset illud cōtēperamentū, quod est in oculo, ad quod cōsequitur visus, indubiē cōsequēs esset, p̄ singula mēbra diffusum esse sensum visus. Est autē singularis etiā necessitas, ob quā debuit tactus nō in vna aliqua parte tātū (vt cæteri sensus specialē habitationē accipere, sed per omnia corporis mēbra diffundi. Videlicet quia excellentiæ qualitātū tāgibiliū, id est, ipsæ tangibiles qualitates, vbi in excellentia fuerint, per se natae sunt corrūpere ipsam animalis vitam. Cæterorū autē sensuū obiecta quātumcūq; excellentia, nō sunt per se corruptiua animalis, quāquā ipsū suū sensum valeant corrūpere, vt (verbi gratia) excellens lumen cadēs super oculum, non potest animal interficere quanquā possit visum indisponere, imperficere, aut penitus auferre. Item sonus quātūuis vehemens nō potest animal interimere per sese, quanquā auditum possit obruere, perturbare, aut perime re. Nam quod nōnulli graui sonitu tonitruī inueniuntur subito deficere, non ex se nō est, sed ex vehementi percussione, vel ex fulminis aduenientis virtute, aut cōsimili modo. Neq; odor neq; faapor in quātacūq; sit excellentia, per sese corrumpit animalis vitam. At verō excellens caliditas aut frigiditas, facillimē animalis vitam aufert propria actione. Iam vero, si in vna tātū parte fuisset repositus sensus tactus, nō esset à natura sufficienter prouisum animalis vitæ: cū passim occurrant & in omnia membra corporis offerant sese tangibiles qualitates, quæ per suam excellentiam à partibus illis, vbi tactus nō esset, facillimē animali inducerent corruptionē. Quēadmodū (exempli gratia) si lumē excel-

Quare natura tactū per corpus totum expandit.

lens imaginemur per sese corruptiuū esse vitæ animalis, nō habere autē homo nisi oculū potentem percipere lumen: hoc posito, si oculus tantū in vna parte corporis habeat locū, cōtingit animal ipsum facili mē interire, cū videlicet à tergo vel à pedibus lumē tale excellens (non aduertente oculo) animal corripuerit: eritq; iam absumptū animal prius quā percipiat oculus corruptentis qualitatis excellentiā. Rectē ergo ad animalis vitam cōseruādam naturæ autor sensum tactus per membra omnia extendit, vt nusquā quicquam posset corruptiuū occurrere, quod nō statim deprehenderetur, deprehensumq; pro virili caueretur, aut fugeretur. Cæterorū autē sensuum nullū obiectū per se actiuū est, nisi in partē illā in qua sensus talis positus est, vt color & lumen quatenus visibile, nō agit, nisi in oculum, & sonus nō nisi in aurem, & ita in cæteris: propter quod sufficit pro totius corporis cōmoditate, vnicū esse mēbrū in quo tales sensus habeant suā sedē, & ad quod obiecta omnia diiudicāda perferātur. Qualitates autē tangibiles, in omnē partē corporis eque sunt actiuæ, neq; determinatum aliquod membrum spectant. Idēoq; prouisum oportuit animali ex omni parte, & vndique vigilem adhiberi custodiā, ne alicunde subito ab excellenti qualitate arreptū, ante tempus occideret.

Tactum non penitus esse denudatum à primis qualitatibus, sed tantum ab earum excellentijs. CAP. XXIII.

Illud quoq; in tactu peculiare est, nec vlli aliorum sensuum cōueniēs, quod ipsius solius organū à qualitatibus illis quas habet sensus, pro obiectis nō est denudatū. Cæterorū enim sensuum organa (vt suprā ostendimus) nihil eorū quæ ipsi percipiunt, actu habēt: vt oculus ab omni est colore & lumine proprio liber: aër naturalis organū auditus ab omni proprio sono: organū olfactus ab omni proprio odore: organū quoq; gustus ab omni proprio sapore. Huius autē tactus organū nō videtur esse à primis qualitatibus denudatū, quoniā (vt iam dictū est) primarū qualitatum contemperamentum & harmoniam consequitur. Oportet ergo qualitates aliquo modo in ipso organo tactus inueniri, videlicet secundū temperamentū, & mediocritatem quandā. Ab excellentiis tamē qualitatū tangibiliū, ipsum denudatū esse oportet. Ad hoc enim tactus datus

dat
tāgi
sui
fibu
su
tact
est p
secu
tant
Q

Ehomo
lius h
bona
tate &
vel p
secun
tactus
Quo
rēsim
cit ex
bus dā
mum
inepti
ditur.
les ven
lis di
quitur
human
suis op
operan
tionem
pror ca
Vnde c
potens
corpor
que bo
bonita

datum est animali, ut per eum percipiat excellentias qualitatum tangibilium: quas non posset percipere, si ab eis non haberet suum organum denudatum. Atque in hoc non omnino ab aliis sensibus diffonat. Est enim eius organum sic denudatum a suo obiecto, quomodo ipsum perceptibile est a sensu. Nam tactus qualitatum primarum secundum suas excellentias est perceptivus. Eas autem secundum hunc modum (id est secundum excellentias) organum ipsius non habet, sed tantum secundum mediocritatem & cōtemperationem.

Qui fiat ut molles carne, tactus sint melioris atque etiam melioris ingenij: e contrario autem induris. CAP. XXV.

EX hoc autem quò tactus dicitur consurgere ex portione primarum qualitatum, cōsequitur quanto in homine fuerit tactus melior, tanto meliorem debere esse illius hominis complexionem. Ac rursus quia iuxta corporis bonam complexionem, est qualitas ingenij, fit, ut ex bonitate & præcellentia tactus, rectè etiã argui possit bonitas vel præcellentia ingenij. Propter quod Aristoteles libro secundo de anima, in capitulo de odore, ex præcellentia tactus arguit hominem esse animalium prudentissimum. Quoniã enim homo (ut ipse ait, & veritas cōfirmat) certissimum habet tactum, atque in hoc uno superat atque evincit cetera animalia, cum in aliis sensibus ab animalibus quibusdam superetur: hinc fit, ut homo animalium prudentissimum cognoscatur. Si quidem ex tactu, mentis aptitudo vel ineptitudo, id est, ingenij bonitas aut prauitas deprehenditur. Duros enim carne, mente hebetes & ineptos: molles verò, bene aptos esse dicimus. Quæ quidem Aristotelis dicta ita possint intelligi: Ingenij enim aptitudo cōsequitur bonitatem complexionis & bonum cōtemperamentum humani corporis, eò quod corpus humanum sit animæ in suis operationibus instrumentum. Vnumquodque autem operans (ceteris paribus) melius agit secundum dispositionem instrumenti quo utitur: quemadmodum scriptor calamo apto melius pingit, quam inepto & pravo. Unde cum anima quantum ex sese in omnibus æque sit potens operari & apprehendere, oportet ex diuersitate corporis, ut instrumenti, provenire diuersitatem ingenij. Itaque bonam corporis dispositionem & proportionem sequitur bonitas ingenij. Eandem quoque bonitatem complexio-

*Molles carne
apti mente.*

nis in homine cōsequitur bonitas tactus. Melioris autē tactus experimur esse illos qui carne molles sunt, quā eos qui sunt duri carne. Vnde illos qui sunt molles carne experimur facilius affligi in cōtactu vel leuis excellentiæ alius cuius tãgibilis qualitatis, quā alius carne durior vix perciperet, si nō in maiori excellentia ipsius organo admoueretur. Manifestū ergo est, ex eadē radice proficisci hęc tria nēpe bonitatē tactus, bonitatē ingenij, & carnis mollitiē, ex aduerso autē prauitatē tactus, ineptitudinē ingenij, & carnis duritiē. Propter quod, rectē ex eo quod oculis, & sensui patētissimū est videlicet ex carnis mollitie, argumētari possumus quod occultū est, nēpe ingenij bonitatē: nō quidē vt ex causa effectū, sed quēadmodū duorū effectū ex eadē causa prodeuntū is qui manifestior est, arguit eū qui est occultior. Sic de carnis duritie ad prauitatē cōplexionis & ingenij. Hoc tamē aduertēdū est, quod interdū cōtingit inueniri in quibusdā carnis aliquā mollitiē ex nimia humiditate & nimia abūdātia flegmatis, quales videmus homines qui in locis frigidioribus atque humidioribus generantur, multum carneos succōq; plenos, propter quod molles carne iudicātur. Verum hęc mollities bonitatē non arguit ingenij, quoniā ex mala cōplexione & nō bona cōtēperatione, procedit, neq; proprie & vere eiusmodi carne molles dicēdi sunt, sed potius succosi, aut alia quouis appellatione nominādi. Neq; de hac mollitie volebat sua dicta intelligi Aristoteles. Cæterū ex carnis mollitie & cōplexionis bona dispositione, aut ingenij bonitate, argumētari non rectē possumus aliorū sensuū bonā dispositionē, neq; econtrario ex aliorū sensuū bona dispositione argumētabimur ingenij bonitatē, aut carnis mollitiem. Contingit enim ingeniosos esse carne molles & bonæ cōplexionis, in quibus non sit visus bonus, aut integer auditus, siue odoratus. Vicissimq; contingit optimū habentes visum, siue auditum, siue olfactum parum esse ingeniosos: nimirum quia stat in homine bonam esse complexionem secundum qualitatū proportionem animalis vitæ necessariam, vbi tamen illa quæ in organis prædictorum sensuum exigitur, non fuerit admodum bona.

Quod Christo domino pro sua cōplexionis nobilitate, passiones omnes fuerint maximē afflictae. CAP. XXVI.

*Duplex
mollities.*

Ex

EX prædictis manifestè cōsequitur, admodū rectè ac piè sanctos patres id tradidisse de amarissima Christi filij Dei passione, quod ipsius personæ fuerit summæ afflictiva, multo amplius quàm si hominū cæterorū vlli earūdē pœnalitatū fuissent inflictæ passiones. Decēs enim & rationale erat, vt homo ille qui simul erat verus Deus & homo verus, corpus haberet iuxta dignitatē dispositū in cōplexione optima, & nobilissima harmonia primarū qualitātū, videlicet vt corpus illud quod sibi mirabili & ineffabili vnione voluit vnire Diuinitas verbi, & in vnitatē assumere suppositi, cōplexionē haberet maximè nobilē: quo sic animæ nobilissimæ omnibusq; gratis, & donis summæ plenæ, corpus respōderet iuxta suū modū absolutissimū atq; perfectissimū. Quod amplius etiā fiet credibile, si ipsū corpus huius attendamus nouū opificē. Non enim cætorū more corporū virilis seminis efficacia corpus istud cōtēperauit, neq; cōposuit, sed virtus illa ex alto descendens, de qua Gabriel paranympus Virginē matrē alloquēs Mariā, ait, Spiritus sanct⁹ superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ad Ioseph in somnis angelus, Quod enim in ea natū est de spiritu sancto est. Hic ergo potētissimus, sapiētissimus, optimusq; est artifex, qui corpus illud de quo loquimur, absq; tēporis mora in momento perfecit, quiq; anima corpori ac pariter vtrūq; verbo in vnitatē suppositi mirabiliter copulauit. Quis autē absq; artificis huius iniuria possit asserere, opus illud, in quo ita singulari ac præcellenti modo sese præsentē exhibuit, imperfectū fuisse & mala proportionē distēperatū? Quomodo nō magis perfectissimū corpus iuxta suā rationē fuisse illud credimus, quod tali animæ omnium præcellētissimæ iūgi debebat, & non animæ tantū creatæ in tēpore, sed verbo genito, ante secula? Habebat ergo Christus dominus corporis dispositionē vtiq; optimā & præcellētissimā, qua lē nec vnquā habuit quisquā, nec post est habiturus. Quod si ita piū est credere, statim fit cōsequens (vt iam ostensum est) eū carne fuisse tam molli, tā tenera, tactū tā bono, tā viuaci, plus quàm vllus fuerit hominum cæterorū. Afflictiones ergo omnes quas in corpore sustinebat ab initio suæ natiuitatis, ad exitū vsq; suę fœlicis cōsummationis (præter quod plurimæ extiterūt) fuerūt illi

Passio Christi summè afflictiva.

Luce. I.

Matth. I.

singulari modo summè afflictiuæ. Quapropter nimium vanè iudicant qui passionibus his filij Dei vel omnino nihil, vel parum admodum commouentur, ea causa quod putent ex diuinitatis vnitæ cōmercio pœnalitatē & afflictionem omnē illi fuisse leuiorē. Facile (inquiunt stolidi quidam) erat illi hæc siue illa perpeti. Deus enim erat, non (vt nos) homo purus. Imo vero hac ex parte, superdignissime Diuinitatis societas secundū accidens modo quodam fecit cūcta grauiora & magis afflictiuæ reddidit quæcūq; in corpore pertulit: dum propter dignitatē verbi æterni corpus illi vniēdū in proportione nobilissima cōponi debuit, ad quam infallibili cōsequio in carne tenerrima & viuacissimo sensu maxima cōsequitur passibilitas. Ad cuius veritatis confirmationem plurimum facit, si cōsideremus filium Dei nō ad hoc nostram sibi assumpsisse naturā, vt seculi huius frueretur delitiis, ac dura euaderet. Verum ad hoc potius de loco pleni gaudij in hęc descendisse lacrymarum vallē, vt iuxta verbum Prophetæ, de torrente in via biberet, nimirum vt pro generis humani persoluendo debito, amarissimas amaritudines ad probrosissimam vsque mortē gustaret: atq; adeo ab ipsa hora sui partu semper quæ duriora fuerunt elegit, paupertatem egestatem, nuditatem, esuriē, fatigationem, & quæcūq; sunt huiusmodi. Nōne (ait idem ipse post mortē loquens discipulis) oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriā suam: Et alibi, Filius hominis (inquit) ministrari non venit, sed ministrare, & dare animā suam in redemptionē pro multis. Neq; ignorabat Propheta Esaias, quid loqueretur, cū in spiritu venturum illum præuidens, virum dolorum appellaret, & scientem infirmitates. Est ergo prædicta pia patrum assertio rationabilis omnino, & pietati cōsona, ac præter hoc ratione etiam & autoritate haud minimam corroborata. Neque nos huius rei tractatum nacti locum tam commodū silentio præterire potuimus, quin suauissimi ac planissime mellei nostri Iesu amaritudines plusquam felleas reduceremus tibi o lector Philochriste, in memoriā. Tu vero quæ paucis indicata sunt, quæso latius apud te ruminā, ac mentis pariter & affectus in ima recondē.

De conuenientia quinque sensuum adiuicē. CAP. XXVII.
Ha

Psal. 109.

*Luc. 24.
Matt. 20.*

Esa. 53.

H
bus co
Prim

m
Id e

li imm
suscep

quæ c
nullan

vnde f
rum in

perien
lus vid

in ocul
pars. sē

dium i
do est,

sa, nem
nam at

sonum
gredit

præsen
fundit

hoc au
quand

tiunt,
absque

re, & c

tes tan

enim c

est. Sed

suscipi
sa, non

situa i
sensu

E St
cel

Vt e

HAbent autem sensus isti quinque iam secundum partem *Sensus recipi*
 cularem determinationem expediti, quædam in quibus *speciem*
 conueniant: habent & quædam in quibus differant. *absque ma-*
teria.
 Primum quidē omnibus hoc est commune, for-
 mas siue species rerum absque materia suscipere.

Id est sensibilem species & similitudines, absque reali immutatione, aut vllius partis sensibilis, reali intra sese susceptione. Comparatur enim sensus hac in parte ceræ, quæ cum à sigillo impressam sibi recipiat similitudinem, nullam tamen ferri, vel auri, vel alterius vllius materie vnde facta est, partem in se accipit, sed absque materia tantum impressam formam siue effigiem. Patet autē hoc experientia in singulis sensibus. Cum enim per visum oculus videt parietē, neque ipse paries, neque parietis vlla pars in oculum recipitur, imò neque ipse color, neque coloris vlla pars, sed tantum species vel similitudo ipsius quæ per medium intra oculum diffunditur, quæ species eius similitudo est, oculo ipsum illud representans à quo est impressa, nempe parietis colorem. Sic & in aurem (cum campanam audit sonantem) neque campanæ sonantis, neque aëris sonum habentis, neque etiam ipsius soni pars aliqua ingreditur, sed tantum species soni quæ sonum ipsum representat auditui, & campanam facit audiri, à qua diffunditur sonus. Itidem & in aliis sensibus dicendum. Ex hoc autem ratio patet, quare plantæ, tametsi animam quandam habeant nempe vegetatiuam, non tamen sentiunt, quoniam videlicet nullam rem sensibilem valent absque materia suscipere. Potest enim planta in se recipere, & continuo recipit, dum nutritur & augetur, qualitates tangibiles, calidum, humidum, frigidum, & siccum. Ex his enim quomodo omnis generatio, ita & omnis nutritio est. Sed ista non recipit absque materia, sed simul cum ea suscipit: ac proinde planta vt nimis terrea & nimium crassa, non potens absque materia rerum species suscipere, sensitiua iudicatur carere potentia.

Sensum corrumpi ab excellenti sensibili. CAP. XXVIII.

Est etiam omni sensui commune, quod ab *Maxima.*
 excellentia sui sensibilis corrumpitur.

Vt excellens lumen corrumpit visum, & sonus excellēs
 audi

auditum, excellens qualitas tangibilis dissoluit tactū. Est enim sensus velut harmonia quædam atq; in mediocritate disposita compositio. Vnde quemadmodū harmoniam concentus dissoluit, qui fides vehementius pulsauerit, & cōcentus melodiam perturbat: ita excellens sensibile sensus proportionē natū est destruere atq; dissipare. Quemadmodū autem concentus saluatur melodia, donec mediocriter pulsantur fides: ita saluus cōsistit sensus, donec temperatū & mediocre contemperatur sensibile. Dicimus autem in proposito sensibile excellens, quod excedit, exuperatq; sensus proportionē: vt homini nimia lux aut lumen magis excessiuum quàm ferat hominis oculus, cuiusmodi est humano oculo lumen illud, quod directe in Solis rotam inspicienti offunditur. Et contingere potest, vt quod huic sit excellens sensibile, alteri non sit excellens: quemadmodum lumē splendentis Solis, hominum & animantium ceterorum plurimorū oculis non est excellens: noctuæ autem oculus est excellens: quapropter ipsum vt sui visus corruptiuū fugit, tenebrarum quærens latibula, donec Sol agit super terram, Luna autem procedente vel stellis, audet & ipsa procedere, agnoscens sibi temperatū lumen. Quemadmodū autem sensibile excellens sensum corrumpit, ita sensibile ex altera parte nimium deficiens, & nimis paruæ quantitatis, vel intentionis, nō est natū sensum cōuenienter immutare. Sēnsibile enī minimæ quātītatis, non bene potest à suo sensu discerni.

Insuper commune est omnibus sensibus habere suum determinatum obiectum, à quo patiantur: suum determinatum organum, in quo operentur: ac medium, per quod ipsorum organa ab obiectis immutentur.

Ita vt nunquā sensus nisi determinatū suum obiectum percipiat, neq; nisi in suo organo operetur suā sensationem, neq; nisi per medium. Quemadmodum videlicet visus non nisi colorē aut lumen apprehendit, nunquam nisi in oculo visionē efficit, & semper per mediū interueniens aëris vel aquæ. Quod autē vniuscuiusq; sit organū, quod obiectum, & quod medium, supra iam determinauimus.

Item

Item
 f
 &
 V
 nequ
 test o
 De
 P
 c
 fe
 ne
 Na
 dictu
 de col
 quaqu
 lis im
 peret
 crysta
 tunica
 nem s
 elong
 non p
 suffici
 sensat
 propo
 minat
 visui n
 portio
 dum in
 secun
 tia. Ita
 cipit,
 quit p
 vt de i
 de iis q
 tia ex
 Est et
 op

Item nullus sensus potest proprii obiecti alterius speciem, in se suscipere, neque alienum obiectum percipere.

Vt visus non potest sonum videre, neque caliditatem, neque odorem, neque saporem: neq; olfactus colorem potest odorare, & ita in cæteris.

De alijs quibusdam sensuum convenientijs. CAP. XXIX.

PRæterea & hoc sensibus commune est, quod congruam requirunt distantiam sensibilis ad sensum, vt neq; nimiū distet sensibile à sensu, neq; ex altera parte nimium sit propinquum.

Nam sensibile positū supra sensum (iuxta Aristotelis dictum) non efficit sensationem: quem admodū videmus de colore proxime oculis admoto, quem absq; medio nequaquam videre sufficimus. Et si qualitas aliqua tangibilis immediate super neruum tactus poneretur, non perciperetur à tactu. Atq; hinc est, quod visus (qui in humore crystallino situs est) neq; oculi palpebram, neq; carneam tuniculam, quæ est circa oculos, percipit: neq; tactus carnem sentit, qua vestitur ipsius neruus. Si verò plus iusto elongetur sensibile, vt iuxta proportionē sensus ad ipsum non possit in organum suam speciem imprimere, vel non sufficienter, tunc vel non fit, vel malè, & imperfectè fit sensatio. Oportet ergo esse mediocrem distantiam, iuxta proportionem sensus & sensibilis. Nam in hac re determinata mensura non potest constitui. Quod enim meo visui nimium est distans sensibile, alterius visui est proportionatum. Ita fit, vt quod ego vel non video, vel admodum imperfectè, id alius perfectissime cernat: cum tamē secundum rem in æquali consistamus ab obiecto distantia. Ita eūdem sonum, qui melioris est auditus, facile percipit, quem alius in eadem positus ab obiecto distantia nequit percipere. Et manifestum est, quosdā talis esse visus, vt de iis quæ admodū longe distāt, rectius iudicent, quàm de iis quæ minus distāt. Contrà verò, sunt qui parū distantia exactissime percipiunt, magis autē distantia minime. Est etiam omnis sensus sui obiecti & priuationis oppositæ perceptiuus.

Oculus quare non videat palpebram.

*Tenebræ
quomodo vi
dentur.*

*Inuisibile di
citur tribus
modis, vt re
liqui termi
ni priuati
ui.*

Vt visus lucē percipit & tenebras. Quomodo enim visus de luce iudicat, ita & de tenebris. Sunt enim tenebræ luminis priuatio. Verū nō sic priuatio visum mouet, vt habitus. Non enim tenebræ vidētur per aliquā speciem diffusionē (quā enim speciem de se funderet pura priuatio) sed tātū per absentiam lucis. Tenebrę enim sunt priuatio lucis in corpore perspicuo, apto nato suscipere lumen. Sic iudicatur aliquid absonū, vel insonū, id est, sine sono item inodorum & in saporū, hoc est, absq; odore & sapore, per eisdē sensus per quos odorabile & sonorū. Aduertendū quoq; est, q̄ in singulis sensibus terminus significās priuationē dicitur tribus modis. Quēadmodum (exēpli gratia) inuisibile dicitur tripliciter. Primo, quod omnino videri nō potest, vt Deus, Angelus, sonus, caliditas, & huiusmodi. Secūdo, q̄ difficulter videri potest, & lumen admodū debile, quēadmodū est lumen in vmbra per reflexionē, & color admodū paruus & obscurus. Tertio, q̄ visui nocet & aduersatur, vt excellēs lumē & improporionatum, quod nō absq; dāno cernitur. Sic inaudibile dicitur, quod vel nō potest audiri, vt color: vel difficulter, vt sonus nimīū tenuis: vel quod prauū habet sonū. Ita inodorabile, & ingustabile, quod omnino odorari vel gustari nequit, aut quod difficulter potest, aut quod prauū habet odorē, siue saporē. Sic & de intāgibili dicendū. Ceterum, ipsa sensuū differētia ex præmissis & singulorū particularibus determinatiōibus sunt manifestatæ. Et hec quidē de sensibus exterioribus & eorū sensibilibus ita declarata sufficiāt. Nunc verō ordinato progressu, exterioribus percursis, ad interiores trāseamus: vt quō mirabilē in externis vtcunq; ostēdimus naturæ autorē, sic & in internis nō min⁹ magnū, neq; minus admirabilē (quantū dabitur) cōmōstremus: vt sic tā in iis q̄ intra sunt, quā in iis quæ extrā apparēt, glorificetur sapiētia cōditoris nostri, q̄ & intima & extima nostra, eadē sapiētia cūcta formauit, q̄ in trinitate, & vnitāte viuūt semper benedictus in secula. Amē.

FINIT LIBER NONVS.

PRO CONSIDERATIONE PARVLLI
in membris oculi, ad gloriā magni artificis,
qui cum admirabilem condidit

Psalmus.

Venite

V
mon
Co
si libet
rum.
Est
preben
nis eius
Si tr
age, vin
Cal
tia: fac,
digitus,
Qui
mne com
bit quo
Ecce
tibi, ex
Qu
dūstrios
mile pot
Ergo
riam aut
nimium
O pos
duplicat
loco hone
mirabile
Imme
enim vni
maximū
Sol ve
te stelle q
Attam
neque tan
te posuit a
In spec
egredieris:
cuncta sy

Venite qui queritis miranda, & videte quod commonſtro vobis
 digito isto: pomulum istud parvulum attendite, quod me de-
 monstrante, conspicitis oculis vestris.

Consistite ex aduerso mihi, & lumen oculorum vestrorum (vtiq;
 si libet amborum) defigite in pomulum istud: ecce claudio oculum alte-
 rum, vt vnum hunc considerare valeatis attentius.

Esti ne ex vobis aliquis, qui pomuli huius sufficiat miranda com-
 prehendere: qui explicare ad plenum possit nobis rationem compositio-
 nis eius?

Si tu iactabundus asseris posse te omnem eius explicare rationem:
 age, virum te prebe, & compone nobis aliud simile.

Calidum, frigidum, humidum, siccum, ecce appono tibi in abundan-
 tia: fac, si potes, pomulo huic quod tibi demonstrat in meo vertice meus
 digitus, fac (inquam) si potes, pomum huic simile.

Quid enim? si rationem omnem pernoſti compositionis eius, & o-
 mne comprehendis artificium: prabit a tibi copiosa materia, quid obsta-
 bit quo minus condas nobis opus simile?

Ecce enim calidum, frigidum, humidum, & siccum apposita sunt
 tibi, exhibis autem est omnis membrorum compositio.

Quod si labori operis non te putas sufficere, elige tibi artifices in-
 dustrios & operarios fortes: experire in omni adiutorio, num opus si-
 mile poteris efficere?

Ergo si fateris supra omnem artis virtutem eminere opus, da glo-
 riam auctori omnium: & fatere minimum esse quod noſti, agnosce mi-
 nimum esse quicquid tibi videris de opere eius cognoscere.

O pomum parvulum. O membrum pusillum, oculus, qui consistis
 duplicatus in excauata domo tua, in specu mirabili, in medio faciei,
 loco honestissimo: quam nobilem habet in te virtutem, & quam ad-
 mirabilem seruas potentiam!

Immenso interuallo super me eleuatur Luna in orbe suo: superat
 enim vniuersam aeris regionem, & ignis globum transcendit per-
 maximum.

Sol vero longe scandit altius: ac super hunc incredibili spatio eleua-
 te stelle quae sunt in firmamento, consistunt immobiles.

Attamen super haec omnia tu conscendis altius, & superas omnia:
 neque tamen (quod est omnium mirabilissimum) locum deseris, in quo
 te posuit altissimus conditor tuus.

In specu vultus excauata, quasi in rupe tua munita manes, & no
 egredieris: transcendis tamen elementa omnia, Lunam, Solem, atque
 cuncta sidera.

Vero

Vere magnus, qui te fecit ita mirabilem: qui talem in te posuit virtutem, si non est ille magnus artifex, mirabor ubi inuenemus quem iuste appellabimus artificem.

Qui talem in te nouit compositionē efficere humidi, sicci, calidi, & frigidi, ut tali præemineres virtute: si non est in illo sapientia, clamo ego quod nusquam inueniatur sapientia.

O magne Deus, quā es magnus in omnibus operibus tuis: & in hisce minimis quā gloriose te ipsum monstras maximum!

O quam debes esse in teipso lucidissimus, qui hęc opacā creaturulam tuam tali donasti natiuo lumine: ut tanto distātia intervallo, ita ut nullo negotio possit percipere.

Potentiam, sapientiam, & omnem perfectionem lux beatissima, ego ascribo tibi absq; mensura: agnoscat hoc ipsum omnis homo, in quo posuisti donā tuā.

Non pergo ego longius, digitum impono ori meo: stupore me obtundis in præcellentiā magnitudinis tuæ.

Hoc tantum abscedens loquor ad gloriā tibi, multos ego vidi celebres hominibus artifices: hæc tamen aui ē non contigit videre tui similitudinis.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

IN LIBRVM X.

CONSIDERATIONIS PHY-

SICAE DE POTENTIIS SENSITI-

uis interioribus, Præ-
fatio.



AMETS I magnū videatur stupēdumq; miraculū in organis exteriorū sensuum, de quibus iam in præcedenti libro tractatū est, multo tamen iudicaret homo magis admirandas vires illas, quæ sub osseo capitis tegmine interius delitescunt, in abscondita substantia cerebri, si eas posset oculis contēplari, si ipsam cerebri substantiā, eiūsq; nobilissimā cōplexionem, & admirabilem virtutis dignitatē, cellularumq; pulcherrimam distinctionem, & officiorum in diuersis partibus varietatē, oculari posset cogni

cognitione deprehendere: quæ tamen vix ulli digna admiratione suspiciant, propterea quòd abscondita sint ab oculis hominum & paucissimis vel tenuiter cognita. Post exactam ergo præcedenti libro exteriorum determinationem, volumus suo hunc ordine ad omnipotētis omnium exteriorum pariter atq; interiorum conditoris gloriam, de his quoq; interioribus sentiendi viribus nonnulla dicere, quantum tenuitas nostri ingenij vel ab aliis tradita capere, vel diligenti cōsideratione examinata potuerit peruestigare. Postremo loco quædã de somno & vigilia pro loci opportunitate annexuri, cum somnũ à natura in sentiētibus omnibus ad virium sensitiuarum reparationem à deo cernamus institutum. Nihil autem est operum domini, quod non omni sit consideratione dignissimum.

De sensu communi & eius loco atque officijs. CAP. I.

Sunt autem sensus interiores sensus communis, Imaginatiua, phantasia, æstimatiua, memoria, & reminiscentia.

Inter quas potētias primo loco cōstituitur potētia quædã locũ habēs in anteriori parte cerebri, ad quã ex omnibus sensibus exterioribus species trāsmitūtur, omniũ illorũ quæcũq; per sensus externos fuerint apprehensa. Quã ob causam, notissimo nomine sensus cōmunis tã apud Philosophos quã apud Medicos appellatur: nimirũ quod omnibus exteriorib⁹ sensibus eque sit cōmunis, quòd eque liter species omniũ exteriorũ sensuũ suscipiat. Propter q̄ ab Aristotele cōparatur centro circuli, ad q̄ tēdūt omnes lineæ à superficie circuli protractatę. Sic enim omnes sensus exteriores à sensu cōmuni interiori tãquã à cētro egrediūtur, & sensorũ suorũ simulacra singuli ad eundē rediūt, per neruos qui à singulis eorũ ad ipsum proficiścūtur. Ab oculo enim neruus dirigĩt ad anteriore partē cerebri, iteq; ab aure, à lingua, ab organo olfactus & à neruo tactiuo, qui omnes in parte cerebri anteriori (vbi sic sensus situs est) quasi ad cētrũ vnũ cōueniūt. Estq; sensus cōmunis iste velut fons, à quo occulto miraculo sensus exteriores fluunt atq; procedūt, recipiētes videlicet ab eo spiritus sensitiuos, per quos suas exerceāt in suis organis operationes. Ac rursus, quasi finis est eorũdē sensuũ exter-

Sensus communis.

porum: utpote ad quem velut ad cōmune consistoriū suū quisq; sensata ineffabiliter statim deferunt atq; trāsmittunt. Ad hunc sensum spectat, primū quidem sensibilia prius diuisim exterioribus sensibus percepta, pariter velut vnitē apprehendere, sicq; diuersorum sensuū obiecta adinuicē cōparare, vel cōponendo, vel diuidendo: utpote iudicando hoc esse colorem, istud sonū, illud odorem: vel hoc esse coloratum, vel albū, vel nigrū, illud odoriferum, istud calidū, & c. Item de eadē re potest hic sensus iudicare quòd sit alba, dulcis, calida, humida, odorifera & sapida. Cum enim in lacte visus inuenerit albedinē, gustus dulcedinem, tactus caliditatem, odoratus bonum odore, sensus cōmunis acceptis singulorū sensuū particularibus iudiciis, iisq; in vno simul cōpertis & adinuicē collatis, iudicat lac istud esse albū, calidū, dulce, & odoriferum. Deinde per eundem hunc sensum iudicat homo se videre, audire, gustare, tāgere, odorare, & sic de omnibus actibus omnium sensuū exteriorū. Hæc enim sunt duo sensus huius communis officia, videlicet sensibilia exteriora sensibus exterioribus diuisim percepta, vna apprehensione cognoscere, & de actibus sensuum ipsorum iudicare.

Necessitas ponendi sensum communem distinctum à sensibus exterioribus.

CAP. II.

NEUTRUM autem predictorū officiorum per vllū sensuū exteriorū potest fieri. Impossibile nanque est, vt sensus aliquis exterior sensibilia diuersorū sensuum diiudicet cōparando adinuicē. Nō enim potest sensus aliquis diiudicare, distinguere, & cōparare aliqua ad inuicē, nisi vtrunq; cognoscat: quemadmodum non possum inter res duas discernere, nisi vtrāq; cognoscam. Cum ergo sit impossibile, sensum aliquē exteriorē diuersorū sensuū obiecta apprehendere (nam quisq; suum tantū obiectū apprehendit) cōsequitur, fieri nequaquam posse vt sensuū exteriorum aliquis inter obiecta diuersorum sensuū discernat. Et tamen id animali erat, necessariū, posse inter sensibilia diuersa discernere. Oportebat ergo ponere aliquem cōmunem sensum poni, qui sensibus exterioribus excellentior, de eorū sensatis ferret iudiciū. Alioqui quid opus fuisset diuersis sensibus ad distincte percipiendū sensibilia, si non esset qui potuisset inter ea discernere? Quod si quis

Sensus communis officia.

Sensus communis necessitas.

quis
stinct
re: an
me. C
de r
nisi ad
suam
causa
dicant
tas, ad
dex, ac
sensar
ration
& c. ne
potest
se audi
sequit
lor est
(quæ e
neq; lu
cipietu
suum c
tionab

Vnde
run
Ref
possit p
fus erg
golorū
per sen
chrū re
in anter
in loco
sensuū,
humido
Hoc est
formas
scipere.
nem, iuc

quis dicat, pluribus sensibus posse hanc fieri sensibiliū distinctionē, vno sensu vnū obiectū, altero alterū cognoscere: an nō id videbitur ad distinctionē posse sufficere? Minime. Quēadmodū enim impossibile est duos hoīes ferre de rebus diuersis iudiciū, nisi vtriq; tota sit causa cognita, nisi adinuicem cōmunicantes in cōmune cōferant vterq; suam cognitionē, neq; sufficit, quod hic illius, iste alterius causam probissime norit ad recte discernendū atq; diiudicandū: ita nequaquam sufficere potest sensuum diuersitas, ad sensibiliū diiudicationem, nisi vnus sit superior iudex, ad cuius consistoriū & cognitionē pariter omnes suas sensata adducant. Iterum, officiū illud iudicandi de operatione sensus: vt cū homo apprehendit se videre, audire, &c. nequaquā sensui exteriori potest cōpetere. Nō enim potest visus cognoscere se videre, neq; auditus cognoscit se audire. Cum enim obiectū visus sit color vel lux, consequitur nihil posse videri aut visu percipi, nisi quod color est vel coloratum, aut lux vel lucidum. At verò visio (quæ est operatio visus) neque color est, neque colorata, neq; lux est, neq; lucida. Quo pacto ergo sensu visus percipietur? quomodo fiet vt possit videri? Ita & de aliis sensuum operationibus in analogia ad suos, sensus, proportionabiliter est dicendum.

Vnde communis est regula, quod nullus exteriorum sensuum super suum actum reflectitur.

*Regula cō-
munis de
sensibus.*

Reflecteretur autē super suum proprium actū, si visus possit percipere se videre, vel auditus se audire, &c. Sensus ergo cōmunis ponendus est, qui de operationibus singulorū exteriorū sensuū possit iudicare. Percipimus enim per sensum cōmunem nos videre, dum ab oculo simularū rei visæ ad ipsum transit. Ponitur autem hæc virtus in anteriore parte cerebri, cellulam habēs satis amplam, in loco vbi cōcurrunt nerui sensitiui quinque; exteriorum sensuū, qui locus admodū medullosus & humidus est. Nā humidus perficitur, eō quod humidū facillē sit perceptiuū. Hoc est autē potentie huius officiū, omnium sensibilibus formas mox, vt exterioribus sensibus fuerit sensata, suscipere. Quamobrem iuxta huius partis bonā dispositionem, iudicamus homines esse facilis capacitatis & bonæ

*Frons cornu
ra quale si-
gnum.*

apprehensionis, boniq; iudicij. Vnde physionomi tradūt, & monstrat experientia, facilis apprehensionis esse, qui frontem habēt cornutam: quod nō dubiū est ratione bonę dispositionis cerebri in hac anteriori parte prouenire. Contrā verō qui fronte sunt obtusa & nimium rotunda, malę iudicantur apprehensionis, quōd cerebrum in hac cellula non habeant sufficienter dispositū. Denique & in vulgato prouerbio receptum est, vt homines rudes & iudicio carentes, dicamus carere sensu communi.

De virtute imaginatiua, eiusq; officio, & loco. CAP. III.

*Imagina-
tiua.
Imaginati-
ua, cellariū
sensus com-
muni.*

Post hunc sensum cōmunem proxima est alia quādā potentia, ordinata ad cōseruandas species in sensu cōmuni à sensibus exterioribus receptas. Sensus enim cōmunis in præsentiā obiecti exterius sensati, speciē illius recipit, simul vt exteriori sensu percipitur. Sed nō est eius officij, species istas abscedēte obiecto, & exteriori sensu à sua operatiōe delistēte, in sese cōseruare: sed ad alterā spectat potentiā sibi proximā, quam imaginatiuā appellamus. Est enim hæc imaginatiua velut cellarium, specierū à sensu communi præsente obiecto susceptarū contentiuū atq; cōseruatiuum: propter quod, vulgo thesaurum formarū eum appellat. Quemadmodū autē sensus cōmunis (cuius est recipere) perficitur humido ita hæc potentia perficitur siccitate quadam & duritie ad bene cōseruandum. Nam sicut humidū bene recipit, ita siccū bene cōseruat. Et vbi cū humiditate moderata fuerit siccitas, nō omnino male recipiet. neq; male seruabit. Consistit autem hæc virtus simul quidē cū sensu cōmuni, in anteriori parte cerebri, ac velut in prora capitis: estq; locus ille cerebri in quo cōsistit imaginatiua, minus medullosus, minusq; humidus, & aliquatenus magis siccus, quā sit pars illa, cuius sedes est sensus cōmunis. Nō enim talis intelligi debet hæc siccitas, quasi in parte ista cerebri, omnino debeat dominari. Est enim id cōtra rationē cerebri, quod de se frigidū & humidū est: sed hoc tantū volumus, partem illā esse minus humidā & medullosam, atq; ita aliquo modo magis siccā & magis durā quā sit altera pars anterior. Ex prædictis ergo patet differētia inter sensum cōmunem & inter hanc imaginatiuā potentiā. Sensus enim communis præsente exterius obiecto, suscipit suā speciē ab exterioribus

bus f
absen
parte
riua a
cōse
dimu
ratio
ad nu
cti in
possi
exter
tū pos
per eā
alia nō

Po
tu
seruat
alio pe
sensu e
sensum
sum cō
ibi sif
pta elio
quod e
intenti
nō fuit
etiā sen
sensus
verō ne
ea tant
custodi
tentias,
specieb
cierū na
potenti
ex speci
nem &
ad præb
sensu fu

bus sensibus ad se trāmissam: sed nō conseruat in obiecti absentia. Vnde in hoc cū exterioribus sensibus aliqua ex parte cōmunicat, quōd egeat præsentiā obiecti. Imaginatiua autē, species & simulacra rerū sensatarum retinet & cōseruat. Vnde cū in absentia rem ipsam statim apprehēdimus, nō sensus cōmunis, sed huius imaginatiuæ est operatio. Quæstio tamē moueri solet, an sensus communis ad nullā moram possit species susceptas in absentia obiecti in se retinere: quibusdā dicentibus, quōd omnino non possit nec ad tempus modicū, quemadmodū neque sensus exterior. Aliis cōtrariū sentiētibus, quōd ad tēpus aliquātū possit speciē susceptā retinere, & circa ipsam operari, per eā de re sensata etiā absente iudicādo: maxime donec alia nō adueniat, quæ ipsam expellat, sibiq; cedere cogat.

Quæstio.

De potentia estimatiua.

CAP. IIII.

Post imaginatiuā istā (de qua iā dictū est) ponitur virtus alia, cuius est officiū ex speciebus in imaginatiua seruatis elicere intētionēs nō sensatas, id est, nullo sensu alio perceptas, videlicet neq; exterioribus sensibus, neque sensu cōmuni. Quemadmodum (exempli gratia) ouis per sensum exteriorē visus apprehensa forma lupi, eaq; ad sensum cōmunē transmissa, & ad imaginatiuā deducta, non ibi sistit, sed ex specie formę lupi intra imaginatiuā suscepta elicit intencionē & existimationē inimicitia. propter quod etiā mouetur ad fugiendū à cōspectu eius. Hęc autē intentio siue existimatio inimicitia à sensu alio percepta nō fuit. Nā visus nō videt amicitia, aut inimicitia, neque etiā sensus cōmunis, cū sensus cōmunis nō nisi ea, quę per sensus exteriores sunt sensata cōprehendat. Imaginatiua verò noui nihil fabricat, neq; nouas elicit intencionēs, sed ea tantū quæ sibi à cōmuni sensu transmittuntur, seruāda custodit. Oportet ergo, præter hæctenus enūmeratas potentias, aliā esse posteriorē prædicta imaginatiua, quæ ex speciebus in ea seruatis nō sensatas intētionēs iuxta specterū naturā & conditionē) possit elicere. Per eandē hęc potentia ouis audiēs vocē nati sui miserabiliter balāntis, ex specie vocis intra imaginatiuā suscepta, elicit intencionem & existimationē defectus pabuli: atque ita mouetur ad præbendum vbera: qui quidem pabuli defectus, nullo sensu fuit ab oue perceptus. Sic pulli gallinę audiētes ma-

Aestimatiua.

Quomodo
estimatiua
intentiones
elicit nō sensatas.

tris vocem, eliciunt intentionem cōgregationis sub alas, ad quas proinde confugiunt. Ita canis videns præbentem sibi alimenta aut blande colludentem, elicit intentionē amicitiaē, & cauda applaudit. Vides autem subsannantem aut sentiens percutientem, elicit intentionē inimicitiaē, contractisq; naribus hostiliter aduersus illum latrat, aut etiā si potens est, ferociter insurgit. Ita odore percipiens cibum bonū, ex ipsa odoris specie elicit intentionem cōuenientiaē, aut disconuenientiaē: iudicans scilicet hunc cibū sibi esse cōuenientem aut disconuenientē. Harū autē intentionū aut existimationū nulla sensu est perceptibilis. Est autē hæc potentia secundū quam animalia bruta ad conuenientes sibi actiones mouentur, mouendo videlicet se secundū locum, aut alia qualibet operando, secundū suæ naturæ conditionem. Per hanc enim prosequitur quæ sibi cōuenientia sunt, & ad ea secundū locum se mouent: detestantur verò & fugiunt ea quæ sibi sunt disconuenientia: agunt quoq; ea quæ per hæc potentiam ex speciebus perceptis eliciunt agenda. Quemadmodum in exemplis supra positis, ouis lupum (quē inimicū iudicat) fugit: nato verò (quem dilectum & indigentem iudicat) vbera præbet: ad cibum (quē cōuenientē visu vel olfactu percipit) sese mouet canis, amico applaudit, verbera minantem fugit, domino suo & benefaciēti applaudit cauda, & amice sequitur: alienum verò, & quem inimicū reputat iracundo latratu hostiliter insequitur: atque ita in cæteris. Quapropter hæc virtus æstimatiua non solū apprehensiuā, sed etiam motiuā.

Duplex est modus æstimatiua potentia in operando vel mouendo.

C A P. V.

Sunt autē quædam animalium operationes, in quibus secundū istam potentiam mouentur quidē, sed aliter quàm prædicto modo. In exemplis enim suprapositis, per intentiones elicitas à rebus sensatis diximus animalia moueri ad tales vel tales operationes siue motiones. In quibusdā verò tanquā secundū naturæ instinctū, & impressionē naturalem æstimatiua inditam operatur atque mouentur: quemadmodū aues secundū naturalem impressionē certo anni tempore ad generationē à natura statuto nidos sibi construunt, formicæ congregant per æstatem, quod per

Æstimatiua in animalibus, principium motus.

Per æstimatiua aues indicant.

hyem
biles
certis
calis h
per
æstim
tali n
fatæ f
aut iu
lia sim
finct
cici a
bilta e
spectū
cōfide
sensat
matiu
modo.
natura
ex cert
anima
eodē n
vna est
tention
eodem
enim e
fit post
mouer
dicabā
tale æf
mouent
diuidū
patet m
tiuā. Ac
tio, aut
homo t
epulas,
sola im
ex sola
tionis, c

hyemem comedant, apes mellificant & structuras mirabiles extruunt, aranea texit telam, animalia perfectiora certis temporibus coeunt generationis gratia, atq; ita in aliis huiusmodi. Hæc autem non videntur ex vllis sensatis per æstimatiuam in animalibus elicita. Quod enim auis ista æstimat, siue iudicat, nunc esse edificandum nidum & ex tali materia taliq; forma & ordine, id ex nullius rei sensatae specie elicit. Neq; enim dici potest, ita hoc eam agere aut iudicare ex eo quod aliàs vidit suæ speciei aues similia similiter agere. Manifestum namq; est, quod ex naturæ instinctu id faceret auis, etiam si nūquam id ab aliis suæ speciei antè cōspexisset. Et manifestum est nō tam disciplinabile esse volatilia, vt tā artificiosam structurā ad vnū cōspectū possint addiscere, quā nec artifex industrius multa cōsideratione posset assequi. Nequaquā ergo ex rei prius sensatae specie istas eliciūt intentiones. Attamen per æstimatiuā hanc potentiā in hisce agendis mouentur, sed alio modo. Est enim in eis naturalis impressio, quæ æstimatiuā naturaliter mouet ad ea sic certo tempore, certo modo, & ex certa materia peragēda. Propter quod videmus omnia animalia eiusdē speciei cōsimiliter operari, eodē tēpore, eodē modo, & ex eadē materia. Natura enim in omnibus vna est. In iis verò in quibus mouētur secundū proprias intentiones, iuxta primū supra positū modū elicitas, nō vno eodemq; modo, neq; omni tēpore similiter agūt. Videmus enim canē, qui dum esurit ad alimētū odore tractus accurrit postquā saturatus fuerit, nihil cibi odore amplius permoueri, nec vltra accurrere: nimirū quia id quod prius iudicabat conueniens & prosequendum, iam non vltra tale æstimat. Ob hunc autē supradictū duplicem modum mouendi secundum æstimatiuā potentiā, quidam eam diuidūt in æstimatiuā, naturāle & animalē. Ex prædictis patet manifesta differētia inter æstimatiuā & imaginatiuā. Ad imaginatiuā enim solam nō sequitur prolequitio, aut fuga licet possit sequi delectatio vel tristitia: vt cū homo tantum imaginatur aliquid, videlicet magnificas epulas, amplos honores, multas diuitias, potest in eorum sola imaginatione delectari, quemadmodum e contrario sola imaginatione delectari, quemadmodum e contrario ex sola imaginatione terribilium rerum vt mortis suspensionis, combustionis, potest contristari. Nunquam autem

*Differētia
inter æsti-
matiuā &
imaginati-
uam.*

ex sola imaginatione oritur in animali prosequutio, aut fuga, nisi accedat aestimatiuæ potentia iudicium. Sic enim est imaginatio nuda, quomodo inspectio alicuius picture: quæ quidē si fuerit pulchra, & delectabilis rei representatio, poterit efficere delectationē: si autem horribilis fuerit, poterit efficere horrorem. Nemo vero ex hoc mouetur. Veluti si picta in lance poma aspiciā, non oritur prosequutio, neq; mitto manum ad ea accipienda. Et si conspiciam inferni saminū magno hiatu flammam emittentem depictum in tabula, non fugio, neq; manū retraho. Nō est enim illic aestimatio cōuenientis, neq; hic disconueniētis: propter quod prosequutio nō oritur nec fuga. Pueros verō cernimus subinde paruulas manus ad poma in lace depicta extēdere, quōd secūdam aestimationē iudicēt poma esse manducabilia, quæ admodum prosequuntur. Secundum eūdem modū, meticulosi homines cū in tenebris existētes de rebus horribilibus cogitāt, frequēter aut exclamāt, aut fugiūt, quōd quasi præsens aliquid terribile sibi existimēt, vt pote specie defuncti alicui⁹, aut cacodemonē.

Nota.

De virtute phantastica cōponente & diuidēte species. CAP. VI.

Est autē huius aestimatiuæ potentia, non solum elicere intentiones nō sensatas, verum etiam species in imaginatiua seruatas ad inuicē cōponere, diuidere: vt cū ex cōpositione specierū montis & auri aliquādo per se diuisim sensorum fingimus nobis mōtes aureos: & ex specie Indiæ vel Arabiæ, de qua aliquādo loquētes audiuius, simul cū prædictis cōposita, fingimus mōtes aureos in Indiā vel Arabia. Ita agit in sensu exteriori pictor, cū exterius in tabula quā pingit, humano capiti (iuxta illud Horatianū) ceruicē iūgit equinā. & varias rerum tētat cōiūgere formas. Ita phantasiāmur hominē sine capite, domū sine tecto, equū siue vetre, & huiusmodi. Et in prædictis quidē comparat species diuersas ad inuicē. Cōponit etiā hæc virtus res sensatas vel species earū, cū intentionibus elicitis, & nō sensatis. Vt cum ouis iudicat lupū esse inimicū. Lupi enim habet speciem quē vidit, inimicitiam autē elicit ex figura. Interdū vero intētionē cū intentionibus coniungit, vt cū iudicat inimicum hunc fugiēdū, cum iudicat hunc beneficū sibi pastorem esse assequendū, alienum verō non sequendū, sed fugiēdum. Quidam autem hoc officium diuiden

uide
æsti
hari
gis p
tia
tabu
quat
enim
satas
& sp
dat. l
nire
citra
& fu
mod
Qui
cant
& di
re fo
phan
voca
ginit
specie
voca
enim
quid
dum
ciū o
verō
detur
liger
vel in
tuan
ginat
est, vt
vires
presis
Qu
Cq

uidendi & componendi attribuūt alteri potentiaē, quā ab æstimatiua putant esse distinctam, appellantes eam peculiariter nomine phantasiā. Nobis tamen in proposito magis placet, vt phantasiā cū æstimatiua eandem potentiam reputemus, quam nihil refert æstimatiuam an phantasiā appellemus. Neq; enim ratio sufficiens videtur, ob quam necessario ponēda sit harū virtutū distinctio. Nihil enim prohibet vnā esse eandemq; potentiaē, quæ & nō sensatas intēntiones ex speciebus rerum sensatarum eliciat, & species vel intēntiones adinuicem componat atq; diuidat. Imō admodū conuenienter hæc videntur vni conuenire potentiaē. Ouis enim componendo intentionem amicitiaē cum forma lupi, sic iudicat lupum esse inimicum & fugiendū. Et sciendum quōd hæc interiores potentiaē ad modum diuersis appellationibus à diuersis nuncupantur. Quidam enim, secundam potentiam suprapositam vocant phantasiā, & hanc virtutem tertiam componentem & diuidentem appellāt imaginatiuam. Vnde vulgo dicere solent Medici, quod imaginatio faciat casum: quod de phantasia intelligunt. Alij vero malunt secundam illam vocare imaginatiuam, & meo sanē iudicio rectius ab imaginibus videlicet & simulacris quæ conseruat, hoc est, à speciebus rerum sensatarum. Hanc autem tertiam, rectius vocant æstimatiuam, ab estimando siue iudicādo. Per hanc enim iudicant animalia & estimant quid fugiendum, quid prosequendum, ad quid accedendum, à quo recedendum, quid amicum, quidve inimicum, vt per huius iudiciū omnino se regunt atq; gubernāt animalia. Aristoteles verò plerūq; imaginatiuam & phantasiā pro eodem videtur computare, & nunc quidē secundam potentiaē intellegere, interdum tertiā. Ait enim, animalia per phantasiā vel imaginationē moueri. Manifestū est autē ad æstimatiuam hoc pertinere. Alibi autem dicit, æstimatiuā ab imaginatione differre. Et quoniā rā diuersa in his appellatio est, vt facile possit cōfusionē gignere, certius possunt hæc vires à suis officiis denominari, & secundum officiorū expressionem distingui, quam secundū alias appellationes.

Phantasia.

Diverse harum potentiarum appellationes.

Quod æstimatiua est in homine aliquāto nobilior. CAP. VII.

Considerandum est autē, quod quātum ad formas atque species sensibiles, nō est differentia inter homines.

& alia animalia, cū similiter ab exterioribus sensibilibus immutētur, primū videlicet in sensum exteriorē impressa specie, ac deinde ad sensum cōmunē trāsmisā, & in imaginē natia seruata. Sed quātū ad intēctōnes p̄dictas, inter hominē & cetera animalia est differētia: quōd animalia cetera percipiāt huiusmodi intēctōnes ex quodā naturali instinctu, quēadmodū ouis ex specie lupi naturaliter fugam elicit, iudicat q̄; sibi fugiēdū tali forma app̄hēsa. Homo verō tales intēctōnes elicit per quādā collationē. Et ideo illa q̄ in aliis animalibus dicitur æstimatiua solū, in hominibus aliquāto altiori denominatione cogitatiua recte appellatur, quōd per collationē quādā huiusmodi intēctōnes adinueniat. Vnde etiā interdū ratio particularis appellatur. Est enim collatiua intēctōnū indiuidualiū, sicut ratio intellectiua vniuersaliū. Vnde homo ex app̄hēsiōne formæ lupi, non naturaliter mouetur ad fugā. Nam si videat eū ligatū catenā forti, aut alio modo cōstrictum, vt non timeat nocumētū, non solū non fugiet ab eo, sed etiā accedet ad vidēdū & contēplandū propius, tāquam dignū curiosa inspectōne spectaculum. Verum per quādā collationē, dū videt eum ad se hostiliter accurrere, & conspici fortē impetuosē accurrētem, app̄hēdit q̄; vt se fortiorē & à quo timet superari, ita fugam eligit aut resistētiam, iuxta quod (facta collatione) magis videtur eligendum. Subseruit quoq; hæc potentia rationi, cum illi fuerit coniuncta, vt in hominibus. Per eam etiam ratio & intellectus dirigit hominem in omnibus actionibus particularibus, quæ ad corpus spectant. Quomodo etiam intellectui ad intelligēdū subseruit, dicitur posterius suo loco.

De loco & dispositione huius æstimatiuæ. CAP. VIII.

Æstimatiua cur posita in medio cerebri.

Habet autē potētia ista phāstica & æstimatiua locū in medio vētriculo cerebri, sita in medio, inter memoriā à parte posteriori, & imaginatiuā ex parte anteriori tanquā indifferenter ad vtranq; sese potēs conuertere. Nā circa species quę in imaginatiua seruantur, manifestū est eam operari, dum ex eis (vt iā diximus) elicit intentiones nō sensatas, dum (species illas cōponendo & diuidēdo) format sibi quas vult imagines & intentiones. Ad memoriā verō se conuertit, quādo in ea (vt posterius dicemus) suas intentiones reponit, & quando vult, rursus eas inde

acci

accipit, vt circa eas phantafietur. Medius autē cerebri ventriculus in quo hanc potentiā fitam dicimus, locus est admodū calidus, ad quem multi spiritus cōtinuo afcēdunt: propter quod in continuo motu est, plusquam alia vires prædicta. Atq; hinc experimur mirabilē huius potētia in phantafiendo, componendo, & diiudicando celeritatem & inftabilitatem, & facilem de vna ad aliam trāfitum. Maxī me verò febricitantes id experiuntur, propter spirituum inflammatorū continuam fufsum agitationē, qui in phantafia operantur mirabiles cōpofitiones & diuifiones. De virtute autē huius potētia, miranda tradunt Medici, q̄ frequens in humanis corporibus ex ea fit realis immutatio, quemadmodū etiam quotidiana nos docet experiētia. Illi verò qui hanc potentiā (quā vt vnā tractauimus) in duas malunt diuidere, priorem vocant phantafiam, quæ componit & diuidit fpecies in imaginatiua feruatas: pofteriorem verò dicunt æftimatiuā, quæ (vt dictū est) intentiones elicit ex fpeciebus in imaginatiua feruatis.

De memoria fenfitiua.

CAP. IX.

QVomodo autē fenfum cōmunē diximus habere proximū fibi repositoriū fuarū fpecierum à fenfibus exterioribus fufceptarū: ita & hæc vis æftimatiua proximū fibi habet à pofteriori parte cellariū, atq; repositoriū fuarū intentionū à fpeciebus imaginatiue per cōpofitionem & diuifionē elicitarū. Quemadmodū enim neceffe fuit fenfum cōmunem habere tale repositoriū, eò q̄ ipfe fpecies in abfentia diu feruare nō poffet, propter cōtinuo noua occurrentia fenfabilia, atq; etiā propter cōplexionē organi fui, quod ad fufcipiendū, non ad conferuandū est à natura difpofitū: ita virtuti æftimatiuæ neceffariū fuit habere cellariū, in quo fuas intētionē reconderet, eò q̄ nō poffet in fe eas diu conferuare, propter cōtinuā aliarū aduentantiū fufceptionem atq; efformationem: propter quod adiunctū debuit habere tale cellariū, in quo iam elicitas intentiones abfconderet, ac veluti in thefaurario reponeret, ad quod opportuno tempore poffet recurrere, quoties fibi placitū effer huiusmodi intētionē refumere. Hæc autē virtus intentionū eiusmodi fic cōferuatiua appellatur memoria fiue vis memoratiua, q̄ ob caufam prædictā rectē thefaurus intētionū potest appellari, ficut imaginati

Phantafia et æftimatiuæ officium.

Memoria.

ginatiuā nuncupare solet thesaurū formarū. Quēadmōdū enim imaginariua conseruat species rerū, sic memoria cōseruat intētiōnes specierum. Licet autem vtrumq; hoc cellariū (imaginatiuæ scilicet & memoriæ) deseruiat æstimatiuæ siue phantasiæ, memoria tamen præcipuus ipsius est thesaurus. Et (vt manifesta id cōparatione ex sensibili bus declaremus) imaginatiua cōparata ad æstimatiuā velut fouea est, vnde effodit homo argentū vel aurū, & tanquā ager in quo metitur frumentū: memoria verò est tanquā arca in quā effossus infertur atq; recōditur aurū vel argētū, & tanquā horreū in quod cōgregatur frumentū ab agro. Quomodo enim ex terræ venis effoditur aurū, sic ex speciebus in imaginatiua seruatis æstimatiua elicit intētiōes. Et quomodo aurū effossus infert homo in arca, sic erutas elicitatq; intētiōnes recōdit in memoriā.

*Cōparatio
pulchra.*

*Triplicis me-
morie acce-
ptio.*

Virtutis memoratiue locus quis, & quomodo dispositus. C A P. X.
Appro ipso actu memorandi, cū videlicet ad intentionem seruata in memoria phantasia excitata, actu rei præteritæ recordatur. Secundo, pro habituali memoria, quomodo rē illam dicimur vulgo habere in memoria, cuius intentionē sic seruata apud nos habemus, vt cū volumus, possumus actualiter de ea meditari, vel phantasiari, etiā si actu nihil de illa cogitemus. Tertio (vt in præsen-
 ti loco principaliter oportet accipi) pro ipsa virtute & potentia, quæ intentiones ab æstimatiua accipit & retinet. Quæ quidē virtus locū habet in posteriori parte cerebri, & est nouissima potētiarum interiorū. Vnde ex occipite, physionomi rectē coniciunt memoriā. Qui enim occiput habent, & quali tumorē quēdā magnū in occipite, hi plerunq; bonā habent vim memoratiuā, quēadmōdū experiētia ad oculū monstrabit animū aduertenti. Et quoniā fieri est bene conseruare, oportet hāc partē cerebri magis sicca esse, & aliquantulū durā, minusq; humidam, & mollē quā sint partes aliæ cerebri priores. Neq; sufficit siccitas talis & durities, qualis est in parte imaginatiuæ, sed est subiectum memoratiuæ maioris siccitatis quā imaginatiuæ. Nā imaginatiuæ non incūbit tā diu seruire susceptas à sensu cōmuni species, quā retinere debet memoratiua suas ab æstimatione vel phantasia acceptas

cep
pha
rū,
vel
pre
abse
mā
dit a
num
depo
tus n
Dem

E
fioni
delic
illā &
cris,
gis p
gum
in ap
fert.
appro
quan
pter
nē. Po
tatem
lum e
piet c
lo im
impre
ditatē
dem n
à pha
impri
sum e
rat m
niniu
cunq;
seruat

ceptas intentiones. Imaginatiua enim maxime propter phantasia siue æstimatediua est, vt tandiu teneat species reru, donec conueniēter phantasia intentiones elicuerit, & velut negotiata operataq; fuerit circa eas. Nō autē propter sensum cōmunem, vt ipse rursus inde accipiat in rei absentia sensationē. Memoratiua verō ordinatur ad firmā retentionē intentionū susceptarū, quas in ea recondit æstimatediua, vt post longum etiā tempus (cū opportunum fuerit) possit hæc ad illā habere recursum, & velut depositū reposcere, cum iterū vti placuerit. Vnde hæc virtus memoratiua, dici debet præcipua virtus cōseruatiua.

De memoratiue virtutis diuersitate ex organi dispositiōe. CAP. XI.

EX prædictis de perfectione memoriæ in siccitate patet ratio, quare ii qui excellēter sunt bonæ apprehensionis plerūq; nō admodum valeant memoria, quoniā videlicet in eorū cerebro nimia est humiditas, à qua bonā illā & celerē habent apprehensionē. Illi verō qui mediocri, & vtcunq; tardæ sunt apprehensionis, plerunq; magis pollent memoria. Nā tarditas illa apprehensionis, argumentū est maioris siccitatis: quæ tarditatē illam efficit in apprehendendo. in cōseruādo autem apprehensā, cōfert. Illi verō qui omnino sunt non dico tardæ, sed malæ apprehensionis, vt sunt nimium hebetes, quibus vix quicquam potest imprimi, nequeūt esse bonæ memoriæ propter nimiam duritiem, quæ difficillime recipit impressionē. Possumus autē memoriæ differentias, secundū diuersitatem sigillaris impressionis distinguere, hoc modo. Sigillum enim si imprimatur in materiam valde mollem, suscipiet quidē facile impressionē, & figuram accipiet à sigillo impressam, sed nimium leuiter ab ea deperibit, neq; est impressio stabilis. Ita sunt quidā quibus ob nimiam humiditatē substantia cerebri est nimium mollis. Et hi facile quidem recipiunt impressionē, intentionemq; transmissam à phantasia cito suscipiunt (quēadmodū facile est in luto imprimere vestigium) sed non diu retinent quod impressum est, moxq; eius obliuiscuntur, & euanescit quod fuerat memoriæ commendatū. Si verō materia sigillāda sit, nimium dura (vt pote cornea) adeo vt vix possit qualemcunq; suscipere impressionē, ne sic quidem bona erit cōseruatio, eò quòd sufficienter non potuerit imprimi ima-

Celeriter apprehēdentes, mala sunt memoria.

Comparatione sigilli multiplex ostenditur memoria.

go.



go. Atq; huiusmodi sunt, quibus est cerebrū nimis durū, ut vix suscipiat à phantasia impressiōe, aut nimis tenuiter suscipiat. Quæ impressio quoniā nimium superficialis est, facile obruitur: quæ admodum in tenaci & compacta terra modice impressum vestigiū, quanquā magna violentia impressum, facile tamen oppletur puluere, nec perdurat ad vllum tēpus. Si verò in materiā satis mollē, nō tamen nimis mollem, sed vtcunq; duram, fiat impressio, apta ac bona erit sigillatio. Efficiēt enim mediocri mollities (quæ ex temperata est humiditate) vt ad suscipiendum sit materia idonea. Mediocri autē durities (quæ ex mediocri est siccitate) hoc præstabit, vt firmū permaneat quod est impressum huiusmodi sunt, quibus subiectū memoriæ bene temperatū est, vt neq; nimis durū sit, neque nimis molle. Hi enim non difficulter recipiunt impressiōem, & difficulter deleri, auferriq; permittunt quod fuerit impressum. Quorundā verò memoria, secundum aliquid bona, & secundū aliquid mala dicitur. Qui enim ita durū habent cerebrū, vt difficulter satis impressiōe accipiant, non tamen ita durā, quin forti impressiōe (id est, magno labore, & longa frequentiq; meditatione) bene possint & perfecte tandem imprimere, nō minus etiam quā alij qui videntur facile receptiui, hi secundū aliquid mala dicuntur esse memoria, quatenus nimia exitur difficultas in imprimendo. Non tamen omnino mala, sed secundū aliquid bona, quatenus videlicet id quod ita magno labore & diligentia (bene tamen & perfecte) acquisierūt, felicissime retinent, vt per omnē vitā vix possint obliuisci. Atque huiusmodi videmus nonnullos, ea quæ antē multos annos improbo valde labore memoriæ insculpserunt, potius quā impresserūt, in longam ætatem ea ipsa optime tenere: adeo vt iam senes possint grāmatorū rudimentorū canones quasi ex recēti depromere memoria. Est autē hoc signū magni laboris, quē in huiusmodi ediscendis impenderunt adolēscētes. Nam quæ paruo negotio ediscuntur, memoriæq; imprimūtur labore modico, hæc vt plurimum facile excidunt: iuxta quod vulgo dici solet, cito deperire, quod cito acquiritur: cōtrā verò, fixius harere quæ cum difficultate acquisierimus.

Senes & pueri quare non bene memorentur. C A P. XII.

Ex

Quod labore multo acquiritur, stabile est.

EX his patet ratio, ob quā senes plerūq; videmus esse obliuiosos, ac malæ memoriæ. Facit enim in eis continuus defectus humiditatis, & nimia exiccatio cerebri, pariter & frigiditas calore naturali deficiente nimum excresecens, vt cerebrū plus iusto exiccatur & induratur, nō bene possit impressiōes suscipere. Propter quod (vix tenui relicto vestigio intētionis impressæ) facile ipsum obliteratur, quæadmodum suprā diximus, de iis qui sunt suprā modū hebetes. Intelligimus autē hāc malā memoriā in multū senibus, quātū ad ea quæ in senectutis tēpore cōmendāt memoriæ. Nā ea quæ in adolescētia siue in iuuentute etateq; virili (cū adhuc valerēt vigore corporis) memoriæ impressa vsq; in senectutē seruauerūt, ea tenacissime retinet, neq; obliuiscūtur facillē. Quod enim cerebro (donec molle esset ac bene dispositū) bene perfecteq; semel fuit impressum, in senectute quanquā duret atq; exiccetur, nihil p̄ hoc impressiōi nocetur, imo magis ipsa videtur hac ratione firmari. Quæadmodū (exēpli gratia) si in cerā iam mollē imprimatur sigillū, apteq; ac plene ipsa suscipiat imaginē, impressa autē cōueniēter imagine singamus cerā illā in modū cornu indurescere, manifestum est, per hoc susceptæ figuræ nullū fieri detrimentum. Imò verò fit tāto ipsa firmior atq; solidior, quāto magis induruerit materia. Cæterū, quod ad nouas impressiōes attinet suscipiēdas, nihil dubiū est duritiē istā superueniēte magnū præstare impedimentū. Atq; ita profecto se habet senū memoria. Pueri verò, propter rationē contrariā, memoriā in principio nullā habēt, vel admodū modicā, propter nimum humiditatis excessum, quæ in eis maxime abūdat in annis prioribus. Impedit enim ista ne impressiōne possint retinere, qm̄ humidū male retinet. Imò verò cum nimia fuerit, impedit etiā susceptionē. Quæadmodū videlicet si in aquā aut lutū nimia cōmixtum aqua sigillum imprimas, nulla relinquitur impressio. Tamen enim verū fit humidū esse bene susceptiuum, id tamē intelligi debet de medio crīter humido. Oportet enim tantā esse siccitatē, vt sufficiat ad suscipiēdū. Arist. verò in lib. de memoria & reminisc. aliā assignat in senibus & infantibus causam vtriusq; communē, videlicet q̄ in continuo sint motu: illi quidē, propter decrementū: hi verò, propter augmentū.

Videbī

De memoria senū, notatu digna.

De puerorū memoria.

Videbitur tamen diligentius rei veritatē contemplanti, causa alia superi^o assignata esse potior, magisq; precipua.

Quare quedam memoria diutius inhereant, quadam citius abeant.

CAP. XIII.

Non solum autē inter homines diuersos secundū organi diuersam dispositionē consideramus memoriæ diuersitatē, verūctiam in eadē memoria quædam attendimus fixius hærentia, quædā citius euascentia. Nā id vñquēq; in sese docet experiētia, quædā eorum quæ cogitauimus, aut cognouimus hæere diutius, alia ocyus effugere. Huius autē potissima causa esse videtur bona & fortis in memoriā impressio. Quanto enim fortius aliquid in memoriā impresseris, tanto minus potest effugere. Contingit autē id dupliciter. Primū quidē vnica vehemēti impressione, cū intētio ipsa multo vehemētiq; spiritu à phantasia in memoriā defertur, illiq; à phantasia seu æstimatiua diligētissime cōmendatur, & velut in profundo collocatur, fortiterq; ex phantasiæ vehemēti ad ipsam cōuersione memoriæ infigitur. Ac tūc quidā ita se habet phantasia, tāta diligentia & vehemētia memoriæ hāc rem sic cōmendans, quomodo solent homines rē quā nequaquā perditā vellent, custodibus magna attentione & multa vehemētia fideliter commendare. Et quomodo ea quæ bene seruata volumus, & nequaquā perdi sustinemus, in profundo & in intimis penetalib^o reponimus (quæ enim in propatulo aut in ipso statim vestibuli ingressu exposita sunt, facilē auferūtur) ita ea quæ nolimus nobis excidere, & de quibus aliàs aliquādo phātasiari volumus atq; cogitare quasi in profundo reponimus memoriæ. Huiusmodi autē sunt vel ea quæ nos vehemēter offendunt, de quibus vltionē opportuno tempore intēdimus meditari, quæadmodū de Iunone apud Vergil. dicitur, Manet alta mēte repostū Iudiciū Paridis. Sic & canes eorū à quibus grauius affecti sunt plagis, agnitionē profundissima retinēt memoria. Itē beneficia singularia solēt grati in pfundo collocare memoriæ, si quādo opportunā possent referre gratiā. Cuius egregiū etiā in bruto animali exēplū describit Aulus Gel. in libr. Noctiū Atticarū, de leone quoddā, dānatū ad bestias seruū, propter veteris amicitiaē beneficiū, memori sua gratitudine à morte præseruāte. Secundo

Vergilius.

Aulus Gel.

cūdo
vnā
quo
itera
difo
Freq
cogi
stigi
pres
Nō e
app
dirati
ma ill
infoli
mine
sime i
latat
rint, v
barca
de pra
ex re
admir
facilē
quæ ad
ti med
ralibu
vnica
opus. C
sa ima
titudin
in libr
diratio
memo
I
Nue
nam
priuā. A
Primi p
pitio ha

cūdo modo infigitur aliquid memoriæ, nō quidē propter
 vnā aliquā vehemētē impressiōnē, sed per frequētē ipsius
 quod in memoria repositū volumus reuolutionē, & sēpius
 iteratā talis rei cogitationē: quomodo facere solemus in
 disciplinis, vbi aliquid didicimus quod seruātū volumus.
 Frequēter enim illius cogitationē reuoluimus, vt singulis
 cogitationibus aliquo in memoriā relicto phantasiati ve-
 stigio tandē firma solidaq; quasi p̄ habitū relinquatur im-
 pressio. Et hic modus est disciplinæ maxime accōmodus.
 Nō enim potest memoria melius felicisq; stabiliri in re
 apprehēsa sēmel & cogitata, quā per frequētē eius me-
 ditationem & imaginis crebram reuolutionē. Nam pri-
 ma illa per vehemētiā fortis impressio maxime ex rebus
 insolitis fit, accedēte aliqua perturbatione insolita in ho-
 mine: vt cū homo ex nimia sibi facta iniuria vehementis-
 sime irascitur, aut ex magno accepto beneficio plurimū
 latatur, potissimū cū præter opinionē & spem ista eueni-
 rint, vt cū ab eo quis accipit iniuriā, à quo minime crede-
 batur, aut ab eo beneficiū, à quo minime sperabat. Item cū
 de præsentī malo aliquo graui grauiter tristatur, aut cum
 ex re aliqua admodū insolita magna cōsurgit in homine
 admiratio: in huiusmodi enim abiq; frequēti meditatione
 facilē fit impressio tantū per vnā rei cognitionē. In iis autē
 quæ ad disciplina spectāt, plerūq; nō ita euenit, sed frequē-
 ti meditatione est opus. Neq; difficile fuerit ista in corpo-
 ralibus per analogia declarari. Potest enim tā fortis fieri
 vnica sigilli impressio in materiā, vt alterā adiciere nō sit
 opus. Quod si vnica impressiōne non sit perfecte expres-
 sa imago, frequēs expressio, repetita perficiet, quod for-
 titudini prioris impressiōnis deerat. Atque hoc est quod
 in libro de memoria & reminiscētia ait Aristoteles me-
 ditationes (id est, crebrās imaginum repetitiones) tueri
 memoriā atque confirmare.

*De memoria angustā, & amplā, & prouida dei dispen-
 satione.*

CAP. XIII.

I Nueniuntur autem quidā memoriā quidē habētes bo-
 nam, sed angustā & modicā, neq; nisi paucorum susce-
 ptiuā. Alij verò amplam habēt & plurimorū cōseruatiuā.
 Primi plerūq; ex hoc cognoscūtur, quod tūmorē in occi-
 pitio habeant nō magnū, sed tamen apte dispositū.

*Aristoteles,
 de memoria,
 & remini-
 scentia.*

Diligenter
attende.

Vide provi-
dā Dei di-
spensationē.

huiusmodi frequēter sunt, qui magno pollent ingenio, & frontē habent cornutā, magnūq; sinciput. Posteriores verò magnū habēt tumorē, & in altum vtcunq; ascendētē, vel à posteriori parte protensum. Et hi plerūq; nō ita magno sunt ingenio. Nō debet autē vtrūq; horū eadem esse ratio studij, neq; idē in memorię cōmendādo conatus. Nō enim omnibus omnia cōveniūt, sed vnicuiq; iuxta sui ingenij qualitātē, suāq; cōplexionis dispositionē sunt institutēda sua studia. Primis expedit, pauca, eaq; optima in memoria reponere, maximeq; necessaria; & cauendū illis est, ne in angustū hospitiolū nimis multa velint per vim intrudere, atq; simul cogitare, amplius quā possit angustia ferre memorialis horrei. Nō enim hoc illis cedet prospere, si tētauerint. Eligāt proinde optima, & scitu dignissima, maximeq; necessaria, quæ in memoria recondant, maximē autē generales veritates & vniuersaliores notitias, ex quibus alia possint plurima elicere. Qui verò altērius sunt cōditionis, his magis licitū est per multa vagari, & plura sibi in memoriā recondere. Habent enim horrea ampliora, & in quæ plura possint inferre. Id tamē prouideant, vt hæc multa secūdū cōgruū disponāt ordinē, alioqui parū ex multis possessionibus fructū relaturi, quod huiusmodi hominibus sæpenumero solet accidere. Vbi enim nō est ordo, adest mox cōfusio. Attēde, autē, quā prouidē, quā sapiēter, sua donā bonorū omniū largitor distribuit, vnicuiq; prout opus habēt ad mensurā dispensans, nulli verò Deus omnia dedit. Illi enim qui bono sunt ingenio, quibus bona est apprehensio, bona imaginatio, bona æstimatiua siue phārasia, hi plerūq; memoriā cernūtur habere angustā. Qui autē in prioribus vteūq; deficiūt, in posteriori frequēter supplemētū accipiūt. Nimirū, quia bene ingeniati (id est, bene apprehēdētes & æstimātes) nō ita multis egēt in memoria cōseruādis. Ex pauculis enim quæ in sua angusta memoria tenēt, absq; magno negotio possunt plurima per suū ingenium & inuētionē efficere. Nō est autē opus multorū iam perfectorū cōseruatione, si absq; negotio prōptē possis ea ex tēpore prout necessariū fuerit fabricare. Neq; necesse est multa secū deferat præparata antequā egeat, qui omnia quibus eget, mox vbi indiguerit, ex sese poterit adinuenire. Atque ita qui magno
sunt

sunt ingenio, & æstimatia præcellunt, cū ex seipſis pluri-
ma possint adinuenire, atque vt fuerit oportuniū de nouo
fabricare, nihil opus habent, vt multa secū iā fabricata, iā
adinuēta semper circūferāt. Illi verò qui ingenio sunt tar-
diores, qui per sese ad inueniendū vel fabricandū nō multū
sunt idonei, his opus est, vt ea quæ operata sunt, diligēter
custodiant, & quæ adinuerint (vel per seipſos, vel per
alios) diligēter cōseruēt. Quemadmodū (verbi gratia) sū
quis artē habeat, vbilibet locorū fuerit, ex terra aut lapi-
dibus passim obuuis facili labore (modici pulueris, quē ipse
nouit admixtiōe) fabricandi aurū huic quorsum opus erit,
si peregrinari velit multo se auro onerare, quod per omnē
viā secū circūferat? Nōne huic sufficiet, quod secū ferat
puluerē aut substantiā illā modicam, per quā possit vbilibet
locorū ex materia obuia facere sibi aurū, quantū in-
diguerit? Illi verò qui hanc artem nesciunt, necesse habet
pro totius itineris necessitate copiam auri secum deferre.
Ita sanè prudens omnium bonorum largitor Deus. mira-
bili sapientia cuncta distribuit, vt in omnibus ipse laude-
tur & glorificetur benedictus in secula. Amen.

Quomodo reminiscētia differat à memoria. CAP. XV.

Non est autē idē reminiscētia & memoria, neq; remi-
nisci & memorari, cū hoc etiā brutis conueniat, illud
solis hominibus. Reminiscimur enim alicuius rei, quando
ipsam prius cognitā, sed obliuioni datā, & elapsam è me-
moriam, per alterū in memoria cōseruatū, iterū reducimur
ad memoriā. Hoc est, cū rei alicuius habuimus notitiā,
quā rem nō possumus memorari cū volumus, atq; ita ex
aliquo quod adhuc in memoria nobis remanet, procedi-
mus ad illius rei oblitę cognitionē. Si enim (exempli gra-
tia) hesterno die librū aliquo in loco reposui, cuius loci
hodie nequēo memorari, & quantūcunq; de hoc cogitē,
nō mihi occurrit locus, exciditq; memoria, ita vt nō pos-
sim illius pro meo placito memorari, sū deinde (ad rē illā
obliuioni datā reuocandā in memoriā) reuoluā apud me-
ipsum loca omnia in quibus pridie fui, & eos cum quibus
habui colloquiū, & negotiorū quæ in vnoquoq; locorum
egerim, sicq; ex memoria alicuius horū deuenio in cogni-
tionem loci illius vbi librū reposui, iam dicor huius loci
reminisci, cuius tamen simpliciter non potui memorari.

*Quomodo re-
miniscimur.*

Ex quo patet, quòd ad reminiscendū plura requiruntur, quàm ad memorandū. Nā ad memorandū sufficit, quòd de re prius cognita iterū cogitemus, vt præterita est & antè cognita. Id enim adici oportet, quoniā nō dicitur simpliciter memorari, quisquis de re antè cognita iterū cogitat. Nā si quis rē aliquā antè cognitā penitus obliuiscatur, eādēq; post annos vel dies aliquot denuo addiscat, ita quasi nunquā antè cognouisset, neq; aliquādo se cognouisse in præterito attēdit, hic nō memorari rē illā dicitur, sed denuo addiscere. Qui enim memoratur, is ex specie cōseruata apud sese mouetur ad cognitionē rei antè cognite. Qui autē nō ex cōseruatione speciei apud se mouetur ad cognitionē, saltē secundū partem aliquā, is nō memorari dicitur est. Aliquādo verò hæc cōmixta sunt, vt rem aliquā partim memoremur, partim de nouo addiscamus. Veluti eū mihi alicuius hominis notitia penè exciderat memoria, nondū tamē penitus. Seruatur enim adhuc aliquo modo in memoria eius species, sed tam debilis, vt per se solā vix sufficeret ad talis recognitionē reducēdā, nisi simul ali quid extrinsecū accederet, quod secundū partē aliquā denuo docendo memoriā adiuuaret. Ad memorandū ergo requiritur & sufficit, rem antè cognitā vt talē iterū cogitare. Reminiscētia autem plura exigit. Requiritur enim præcedēs obliuio, & velut discontinuata, siue interrupta memoria. Quorū enim nō præcedit obliuio, eorū non reminiscimur, sed memoramur. Nō tamē quælibet rei obliuio resumpta cognitio, reminiscētia dicitur (alioqui iterū discere esset reminisci) sed cū fit illa notitiæ resumptio ex aliquo memorato & nō oblito, ex quo procedimus ad vltiorem notitiā eius, cuius memoria exciderat. Neq; satis est, quòd aliquantum tēpus intercesserit, quo illius rei nō habuimus actualē memoriā, sed necesse est ita fuisse rē extra memoriā, vt volētes ipsius memorari, non potuerimus per propriā speciē. Vnde quod antè diximus (iuxta Aristotelis sententiā) reminiscētiā esse memoriæ discontinuatæ & velut interruptæ, id nō est intelligendum secundū actum, sed secundū habitū. Tunc autē dicitur secundū habitum memoria discontinuata, quādo etiā volētes memorari, nō possumus. Patet insuper, posse nos reminisci eius rei, cuius species adhuc seruatur in memoria.

Fre
ta tu
ximo
aliqu
& qu
ex ca
tali e
cies n
scend
uerfi
rimu
mora
perau
cet n
nobis
quaq
sele o
emig
tingi
niām
vbi q
in spe
rio (su
mero
cundu
simē s
solic
C
Cle
inuen
mus, a
à quo
tiz, pr
nō pos
gitare
velle i
tū, per
facult

Frequēter enim id cōtingit, vt species in memoria serua-
ta tunc nō occurrat, neq; se offerat phantasię, quādo ma-
ximē quæritur. Nā id sæpe numero nobis accidit, cū rem
aliquā maximē cogitare volumus, tūc eā velut effugere,
& quātumuis requiramus nō occurrere, ita vt sapius hac
ex causa nobis ipsi grauiter in patientia cōturbemur. In
tali ergo statu positi, si propter rem illā cuius propria spe-
cies nō occurrit, & quæ vltro sese nō offert iterū cogno-
scendā, ad aliud aliquid quod actu memoriæ occurrit cō-
uersi, ex tali aliquo redeamus ad cognitionē rei quā que-
rimus, vtiq; reminiscimur rei illius, eō quōd ex altero me-
morato nō per speciē propriā, illius notitiā in nobis recu-
perauimus, mansit tamē verē in nobis species talis rei, li-
cet nō tum occurreret, cū quæreretur. Id enim frequēter
nobis vsu venit, vt quōd hac hora volenti memorari ne-
quaquā occurrit, hora sequenti etiā vltro nō requisitum
sese offerat: quōd vtiq; non fieret, si penitus species ipsa
emigrasset. Quomodo enim in ampla supellectili con-
tingit interdū, vt illud quod penē ante oculos est, nō inue-
niamus, etiā tunc cū maximē quærimus, quod postmodū
vbi quærere desinimus, vltro sese offert cōspectui, ita &
in speciebus, intentionibūsq; seruatis in memoriæ cella-
rio (sunt enim illæ supellex memoriæ) contingit sæpenu-
mero, tunc minimē occurrere ipsa etiam quæ verē se-
cundum speciem suam præsentia sunt, quādo diligentis-
simē sollicitissimeq; quærentur, quæ postmodū abeunte
solicitudine sese non requisita produnt.

*Quare bruta non possunt reminisci, & quid sit virtus re-
miniscendi.*

CAP. XVI.

Colligimus ex prædictis, verū esse quod ait Aristote-
les, memoriā quidē & in irrationalibus animantibus
inueniri, reminiscentiā nō itē. Experiētia enim certa disci-
mus, animalia memorari, quemadmodū canis vidēs eum
à quo aliquando cesus est, recordatur verberū & inimici-
tię, propter quod latrans in fugā se cōiicit. Reminisci autē
nō possunt. Qui enim reminiscitur, rē illā de qua vult co-
gitare nō offerentē seipsam cogitationi, proponit p aliud
velle inuestigare, & ad hoc faciēdū mediū quærit ordina-
tū, per quod possit in illius deuenire notitiā. Tanta autē
facultas nō est irrationalibus animantibus, vt ita ordi-

*Interdū res
dū maximē
quæritur,
minimē in-
uenitur.*

*Arist. in lib.
de mem. cō
remi.*

natè à proposito possint ab vno procedere ad aliud. Quā-
quā enim ex vno possint venire in aliud per sensus cogni-
tionē & estimationē, nō tamē nisi quantū naturaliter vnū
ex altero consequitur, quē admodū ex apprehensa forma
lupi, ouis ad inimicitie estimationē trāsit, & ex voce pro-
lis apprehensa transit ad amicitie estimationē. Verū id nō,
nisi ex naturæ est ordine, quoniā videlicet secundū natura-
lem inclinationē ex vno illorū, in eis alterius cōsequitur
æstimatio. Non possunt autē bruta id quod vltèrō nō sese
offert proponere sibi inquirendū atq; inuestigandū, atque
propter hoc mediū querere, eligereq; ad illud rememo-
randū quod queritur oportunū. Hoc autē ad reminiscētiā
requiritur. Quantū ergo ad actus reminiscēdi atq; me-
morādi, videtur manifestū quōd nō vnū memoria, & re-
miniscētiæ actus diuersi sint. Quōd si de ipsis potētis in-
terrogetur, qualis sit ipsa reminiscēdi virtus, an sit ipsa
potētia memoratiua in homine nobilior quā in aliis ani-
malibus, vnde hoc habeat vt sic possit discurrere, an alia
aliqua sit potētia distincta, verisimilior videbitur responsio
quōd non vna aliqua potentia singularis debeat poni ab
aliis prædictis distincta, vnde habeat homo vt possit remi-
nisci. Neq; tamen cū memoria videtur esse eadē potētia.
Memoria enim ad hoc nō sufficit, vt ita ordinatē propo-
nat inquirere quod nō occurrit, neq; eius est medium sibi
proponere ex quo ordinate procedat alterū. Hæc tamē ad
reminiscētiā diximus spectare. Non videtur ergo virtus
reminiscētiua eadē esse potētia cū memoratiua. Virtus autē
æstimatiua secundū eā nobilitatē quā in homine obtinet
(vti suprā diximus) sufficere videtur ad reminiscēdi actū.
Potest enim in homine discurrere in particularibus, eaq;
ad inuicē cōferendo, ex vno ad aliud ordinatē procedere,
atq; ex alio aliud peruestigare, quem admodū ratio in vni-
uersalibus. Neque solū, in seipsa potest ex vna intentione
elicere aliā, verumeritā in memoria (quod ipsius est cella-
riū) ex vna offerente se specie ducatū accipere potest per-
ueniendi ad alteram latere volentem.

*Qui bene reminiscatur, & quomodo debeat fieri bona re-
miniscētia.* CAP. XVII.

ET quoniā reminiscētia nō ad memoriā spectat, fieri
potest, vt is qui bonā habeat reminiscētiā (id est, qui
bene

*Memoriae
reminiscētiæ
actus di-
uersi.*

bene
male
runq
imag
mo
cede
tingi
mini
optin
nō oc
natē
gare.
re me
mus
gand
tudin
cōtra
gesta
ita su
fortē
qua
cedur
ad me
terius
niscin
ad al
plura
ordin
remin
quær
id que
I
P
te
ta dic
teles)
iuuen
plātās
sensur
bentia

bene faciliq; reminiscitur) mala sit memoria: is verò qui malè reminiscitur, bona sit memoria præditus. Imò plerunque ingeniosus (in quibus est bona æstimatiua & bona imaginatio) nò ita bonæ sunt memorię, attamè bene admodù reminiscuntur, quoniã bene & ordinate sciunt procedere ad eius quod querunt inuestigationē. Còtrã vero còtingit, admodù bona esse memoria eos qui malæ sunt reminiscētia: vt homines malè ingeniati memoria pollētes optime memorantur, malè tamen reminisci possunt, si quid nò occurrat, eò quòd æstimatiuę defectu nò possint ordinate procedere, & per media cògrua quod intēdūt puestigare. Sciēdū autē est, quod ad reminiscēdū oportet accipere mediū còueniēs secundū aliquē modū ad id cuius volumus reminisci. Oportet enim id quod accipitur ad inuestigandū aliud, habere cū illo aliquā habitudinē vel similitudinis vel coexistētię, vel ordinis, vel dissimilitudinis vel còtrarietatis, vel cuiuslibet còiūctiōis. Solemus enim rerū gestarū, quarū nos cœpit obliuio. ex iis, q̄ simul tēpore gesta sunt recordari. Et cū quid eorū q̄ memoriter tenemus fortè nos fugerit, vt nò ad volūtate vox succurrat, ad ea quæ antecēdūt còuertimus memoriã sicq; ex iis, quę præcedunt ea quæ secundū ordinem subsequuntur reuocamus ad memoriã. Item ex vno contrario in recordationē alterius obliuio còtingit deuenire: ex similitudine quoq; reminiscimur similiū itē ex vicinia, & ex ordine quolibet vni^o ad alterū. Et quia vna ea demq; res habitudinem habet ad plura, suntq; ex vno plura nata còsequi secundū diuersum ordinē, hinc est, quòd etiã còuenienti assumpto medio ad reminiscendum nò semper còtingit reminisci, eius, quod queritur. Sæpe enim mediū quod assumitur, ducit nos ad id quod non querimus, & impeditur quæriti recordatio.

De somno, & vigilia.

CAP. XVIII.

PRius autem quàm sensitiuarum virium claudamus de terminationē, supereſt, vt de somno & vigilia vel pauca dicamus. Sunt enim hæc, sensus passiones (vt ait Aristoteles) & circa sensum habēt fieri. Neq; enim in vlla specie inueniuntur somnus & vigilia, nisi vbi inuenitur sensus. Nã plãtãs nemo dicit vigilare aliquãdo, aut dormire, quoniã sensum non habent. Cætera autem animalia sensum habentia, interdum vigilare, interdū dormire percipimus:

Bene ingeniati bene reminiscuntur, sed nò semper bene memorantur.

Aristo. libr.
de somno,
& vigilan-
tia.

Quid som-
nus, & vi-
gilia.

Quod tamen si non de omnibus compertum sit experien-
tia, ob quorundam sensuum imperfectionem: putat tamen Ari-
stoteles rationi consentaneum, omne quod sensum habet vel
unicum (utpote solū factum) aliquando dormire, aliquando
vigilare. Sunt autem somnus & vigilia contrarię passionis,
ac proinde circa idem habent fieri, adeo ut cuiuscumque; conueniat
vigilare, eidem & dormire, atque e contrario. Contraria enim
circa idem habent fieri subiectum. Unde nullum animal vel sem-
per dormire, potest vel semper vigilare. Sed aliquando quid-
em dormire aliquando vigilare debet. Est autem vigilia, sen-
suum libertas atque solutio, cum sensus animalis liberi sunt ad
operandum suas operationes, obiecto oblato, & impedimen-
to secluso. Somnus vero, sensuum vinculum est, atque ligamen,
quo ligantur sensus, ut non possint suas exercere operatio-
nes etiam si obiectum offeratur, & impedimentum omne extrin-
secum remoueatur. Nam id manifeste in dormientibus cer-
nimus, nullo sensu eos, donec somni passione premuntur,
quicquam percipere. Neque enim videtur coram astantibus, ne-
que audiri, neque tactu aliquid percipiunt, donec expergiscantur.
Non sufficit autem vnum aliquem sensum animalis legatum
esse, ceteris solutis: sed necesse est omnes sensus quos ani-
mal ipsum habet, esse pariter ligatos. Non qualibet tamen
sensuum ligatio, somnus dicendus est. Sunt enim morbi qui
dam priuantes hominem sensu atque motu, & dicunt esse ve-
nas quasdam in collo, quas si quis apprehendat atque constrin-
gat, ipsum animal mox sensu ac motu priuatum collabitur.
Manifestum quoque id est in morbo apoplexię, quę penitus
hominem motu & sensu priuat. Non appellatur tamen huius-
modi sensuum ligatio, somnus. Somnus enim quies est
sensuum a natura illis deputata ad recuperationem vi-
rium. In morbis autem huiusmodi nulla est sensuum quies
aut reparatio, sed potius destructio atque debilitatio.

Duplex somni utilitas in animalibus.

CAP. XIX.

VT autem cognoscatur, quod non temere neque frustra
Deus naturę in animalibus somnum posuerit, aduer-
tendum est duplicem ipsius somni in animalibus esse utilita-
tem, imo necessitatem. Primum enim ad animalium virium facit
reparationem. Omnis enim virtus naturalis, quę non absque fa-
tigatione perpetuo potest exerceri, aliquando indiget quie-
tis intermissione, ut possit instaurari quiete, quę nimia
fati

fatigatione deficeret. Id manifestè videmus in motu progressiuo animalium. Quia enim in perpetua cōtinuitate ambulare non valent, necesse est subinde quiescāt, ac demū resumptis viribus progrediātur. Ita & organa sensuū, quoniam nimia vigilia fatigātur indigēt intermissione quietis, vt resumptis reparatisq; viribus, iterū ad suorū officiorū possint aptā functionē redire. Sunt autem vires istæ: tam exteriores sensus, quàm interiores, maximè tamen videtur propter interiores sensus somnus esse necessarius. Secundo est somnus utilis atq; etiā necessarius, propter virtutes vegetatiuas. In animalibus enim virtutes vegetatiuæ (nutritiua scilicet, augmētatiua, & generatiua) impediuntur per exercitium virtutū animalium. Quotò enim vires animalis, id est sensitiuæ & motiuæ, magis intēduntur, tantò naturales, id est vegetatiuæ, magis remittuntur. Propter quod in hominibus studiois, & in re qualibet multū sensu occupatis, peior fit nutritio atq; augmētatio in hominibus autē ignauis quiq; animalibus viribus minus vtūtur, melior fit nutritio atq; augmētatio maior. Et multū vigiliantes mactescere videmus atq; pallefcere, somniculosos autē vehementer impinguari. Quoniā ergo virtutes naturales per exercitiū virtutū animalium impediuntur, ideo propter salutē animalis, ipsiusq; valetudinē firmādā prouidē naturę autor tēpus somni instruit: vt animalibus viribus libè gatis, naturales virtutes (sine quarū operatione nō diu potest animal subsistere) tū possint liberi⁹ pleniusq; suis actibus vacare, atq; ea quæ ad animalis vitā intertenēdā sunt necessaria, conueniētius operari. Atq; hinc est, quod vulgo dici solēt, somnū nō minus quā cibū ad bonā valetudinē cōducere, somnūq; moderato nō minus quàm cibo hominem nutrirī: econtrariò autē, nimia vigilia non minus quàm immoderato ieiunio corpus exiccari, atq; tabesceri. Nō quidē ob hoc, quod ipse somnus sit hominis nutrimentū, sed quia efficit, vt naturales potentia suas conuenienter operationes exerceāt, & quia eius defectus impedit alimenti debitam conuersionem in substātiā rei, propter impedimētū virtutū naturalium, per immoderatū & nimis diuturnum animalium virium exercitium. Hinc aptè per Sapiētē dicitur. Vigilia honestatis, tabefaciet carnes. Et prudēter viri sancti, quibus crura est edomādē car-

Quorū sum
Deus somni
um indidit
animalibus.

Secunda
somnia vti-
litas.

Nota atten-
te.

Ecccl. 31.

I. Cor. 9.

nis eiusq; molestiis, & afflictionibus debilitanda, ne super-
 crescat spiritui, vigiliis æque atq; ieiuniis insistit, sciens
 carnis vigorẽ non minus somni quã cibi subtractione in-
 fringi atq; imminui. Hoc enim est, quod quarunt, carnẽ vi-
 delicet atterere & velut suppressere, ac iuxta Apostolũ, ca-
 stigare, & in seruitutem redigere, vt dominetur spiritus.

Quomodo somno vtiliter iuxta Dei institutionẽ vti dũ. CAP. X X.

Quoniam ergo ad duo hæc somnus ab autore naturæ Deo
 est institutus, videlicet ad sensuũ reparationẽ & vege-
 tatiuarũ viriũ adiumentũ. nequaquã sapientis hominis fue-
 rit, prorsus sibi somni velle quẽ subtrahere. Nõ enim mi-
 nus peccatũ habebit huiusmodi, quã si alimẽtũ sibi ipsi ve-
 lit in totũ subtrahere, aduersus sapiẽtissimi Dei ordinẽ &
 institutionẽ. Vnde & benedictus Dei filius cũ in mũdo no-
 biscũ cõuersaretur, somni necessitatẽ nequaquã à se repu-
 lit, sed quomodo cæteras humanæ naturæ infirmitates,
 ita etiã hæc sensuũ à somno ligationẽ in sese voluit suscipe-
 re. Nã & in naui super cervical eũ dormiuisse legimus, & à
 discipulis fuisse excitatũ. Est autẽ sapiẽtis eatenus somno
 moderatẽ vti, quatenus ratio dicitur eũdẽ esse cõducibilẽ:
 quomodo alimẽto vir bonus frugaliter vti debet pro in-
 tertenedã corporis vita, nõ pro eodẽ enutricõdo ad lasciuia.
 Et hac in re, necesse est vnusquisq; attẽdat suæ cõplexionis
 qualitatẽ. Quomodo enim in alimẽto sumẽdo nõ omni-
 bus vna est mensura ponẽda, ita nec somno. Quod enim
 huic ne satis quẽdã est, illi est nimiuũ. Quidã enim ad sensuũ
 eorũq; organorũ reparationẽ pauco indigent somno, etiã
 post multã vigiliã: moxq; vbi paululũ quieuerint, exurgũt
 alacres ad pristina animaliuũ viriũ exercitia. Alij verõ lã-
 giori egẽt somno antequã possint eorũ vires recuperari.
 Videat autẽ ista diuersitas ex varia dispositione siue cõple-
 xione cerebri, puenire. Et sollicitè quisq; sibi debet attẽde-
 re, vt discat quũ sit sibi ad viriũ reparationẽ necessariũ. Quo-
 modo enim moderatõ somnus cũcta organa viriũ anima-
 liũ apta reddit, & bene disponit ad sibi cõgruas operatio-
 nes, ita cũ nimius fuerit, reddit ea pigra, tarda atq; inha-
 bilia ad exercẽdas cõueniẽter suas functiones. Vnde homi-
 nes nimio somno deditos, videmus esse pigros, desides, o-
 scitabũdos, graues, & velut immobiles malè apprehẽsiois,
 mali iudicij, tardi motus, imò nõ ita limpide videntes ocu-
 lis,

Es, neq; etiã (si diligentius quis aduertat) lingua ita exacte gustãtes, & omnino in omnibus quæ ad vires animales spectant operationibus inueniuntur inhabiles. Cùm ecõtrariò qui moderati sunt somni, cõspiciãtur ad omnia prompti & alacres, viuacitate quoq; sensuum gaudentes.

Quomodo generatur in animalibus somnus. CAP. XXI.

Somnus quomodo fiat.

Fit autẽ somnus ex euaporatione, cũ videlicet à corde eleuãtur vapores sursum versus cerebrũ, q̄ illic in frigidati à cerebri frigiditate & condẽsati opplẽt meat⁹ spiritũ sensitiuorum, ne possint à cerebro in organa sensuũ diffundi. Cùm enim vapores isti sic incrassati meat⁹ illos occupauerint, p̄ quos cerebrũ diffundit spirit⁹ sensitiuos ad organa sensuũ, itẽq; à posteriori parte illos meat⁹ per quos spiritus motiuos diffundit ad organa motus, tũc cõtingit sensus omnes ligari, sicq; animalia cõtingit & motu & sensu priuari p̄ spiritũ sensitiuorũ & motiuorũ defectũ. Nõ em̄ potest in oculo fieri visio, nisi mediãte spiritu sensitiuo, q̄ illi à cerebro per neruos ad hoc à natura dispositos (quẽadmodũ apertẽ in anatomia est videre) diffunditur: sic & de oĩbus sensibus altis dicendũ. Hoc ergo visionis instrumento absente nequit in oculo visio fieri. Ita nõ possunt se mẽbra mouere secundũ locũ, nisi per spiritus motiuos, qui similiter à cerebro transmittuntur ad mẽbra. Oēs em̄ spiritus animales (id est, tã sensitiuũ quã motiuũ) in cerebro gignũtur, & à cerebro in cætera organa atq; mẽbra deriuãtur. Sensitiuũ tamẽ, suos meatus habent maximẽ in parte anteriori, ortũ habẽtes à sensu cõmuni, à quo nerui oriuntur, ad organa singulorũ sensuũ. Motiuũ verò suos habẽt meatus à parte posteriori, à ventriculo memoria, à quo in nucam subiacentẽ diffunditur spiritus motiuus: atq; ita per nucã cõsequenter diffunditur ad omnia corporis mẽbra. Fit autẽ somnus fortior, aut debilior, iuxta quoddã vapores isti plenius occupant meatus spiritũ sensitiuorũ. Cùm enim vapores multum fuerint grossi, & ita multi vt totos meatus sufficiẽter oppleant, grauis est somnus, neq; leuis est excitatio: quẽadmodũ in illis est, qui multo potu sunt obruti. Cùm verò vapores fuerint subtiles neq; multũ ingrossati, aut cũ nõ ita multi fuerint, vt meat⁹ ipsos sufficiãt penit⁹ opplere, somn⁹ est debilior, & est facilior excitatio: quẽadmodũ in illis

Motu cur priuentur dormientia.

Somnus fortis aut debilis, vnde.

illis qui frugaliter sunt refecti. Vnde etiam fit, vt ij qui ve-
nas habet valde amplas, non admodum fortis sint somni fa-
cilimeque excitentur: eo quod vapores non sufficiant meatus
spirituum opplere, sed propter latitudinem aliqua ex parte fa-
cile transeunt spiritus, velut cedentibus vaporibus in via
latiori. Qui autem angustiores habent spirituum meatus,
somno grauiori premuntur, & excitantur difficilius eo
quod obstitens vapor facilius impediatur transitum spirituum
quemadmodum ad oculum videmus, in via angustiori confi-
scentem facilius prohibere occurrentis cuiuspiam ingres-
sum ac transitum quam in via latiori. In lata enim via facile
est transire volentem (si celer agilisque extiterit) ad partem
aliquam sese iniicere, & ocyus transire. Ita sane, qui amplos
habent meatus, frequenter expergiscuntur etiam vltro, &
leuissimo excitantur strepitu. Frequenter enim, propter am-
plitudinem viarum, spiritus animales sua celeritate illabuntur
in organa sensitua atque motiua, & facile aliquem sibi parant
celerem transitum, sicque frequenter & facile contingit animalia
eiusmodi expergisci. Expergiscitur enim animal, mox vt
spiritus ipsius animales, transitum acquirunt ad sua organa.
Tunc enim fit sensuum solutio, in quo consistit vigilia. Fit etiam
somnia maxime post sumptum cibum, quod tunc eleuentur
copiosius vapores somnum generantes: & maxime cum talia
fuerint alimenta (cibi atque potus) quae multas de se fundant
fumo sitates, aut admodum crassas, ac pingues. Non quilibet
tamen vapores causant somnum. Quidam enim potius som-
num impediunt, vt vapores acuti & salui. Item cum fuerint
cum cholera multa commixti. Tunc enim somnus impe-
ditur, quemadmodum docet experientia, cum vinum ni-
mium acutum biberimus, aut nimium calidum, & cum
cholera in nobis moueri sentimus. Oportet enim vapores
somnia inducentes esse dulces, facile in cerebro in-
grossabiles pinguesque; & velut mulcebres. Alioquin non patiuntur
se ligari spiritus, qui sunt in cerebro, magis timentes
destructionis nocumentum, quam reparationis profectum.

*Somni pars aliqua pro nutritione, aliqua pro generatione aliqua
pro sensuum reparatione.*

CAP. XXII.

Quanquam autem supra diximus somnum naturaliter
ad duo ordinari, videlicet ad subsidium auxiliumque
vegetatiuarum potentiarum, quae in animalibus per virtutum
ant

*Post cibum
maxime fit
somnia.*

animalium vsus & exercitiū impediuntur, & ad reparationē virtutū animalīū quæ in suis exercitiis fatigantur cōtinuo labore: videtur tamē ipsa vegetatio (tanq̄ anima lis subsistētia magis necessaria) priorē locū secundū temporis ordinē obtinere, & tēpus etiā amplius quàm animalīū viriū reparatio sibi vindicare. Nā quod ad animalium viriū reparationem attinet, videtur illi modicum tempus posse sufficere: quēadmodū experiuntur interdū studiosi, cerebro utcūq; defatigato, facile illi posset subueniri, si vel sedentes in sella studij capite aliquātulū reclinato in manu paululū cessent ab exercitio, & mirā præsentiūt in tantilla requie subleuationē. Quod autē pluriū horarū tēpus ad somnū exigatur, magis videtur propter vegetatiuas esse potētias. Et planē hoc experiētia docet, in principio somni maxime nutritionē adiuuari, minimē autem sensuū fieri reparationē. Experimur enim eos qui in principio aut paulo post principiū somni excitātur ante somni mediū, animalibus virib⁹ esse multò magis deficitos, quàm si omnino nō dormiuissent: neq; id solū momentū, verū etiā per multū tempus, imò per totū nōnunquā subsequētis diei spatiū. Et vidētur qui sic post somni principiū excitātur, quasi ebrii, nullo sensu, nullo etiā motu rectē vtētēs, quasi animalibus viribus omnino perturbatis, neq; vlla sentitur reparatio. Cæterū, ipsa sensuū reparatio maxime videtur circa finem somni post medium eius fieri. Pri⁹ enim sibi natura animalis prospicit de eo quod ad esse ipsius est necessariū, quàm de eo quod ad bene esse. Nutritio enim, ad esse animalis requiritur. Sensuū autē vsus, nō ad esse ipsius, sed ad bene esse exigitur. Pueros enim & moriōēs videmus absq; sensuū bono vsu, validos corpore persistere. Si tamē plus iusto somno extēditur, rursum deinde cerebrū indisponitur. Propter quod multum ingenio conducit, summo mane è suavi strato exurgere, dulcesq; relinquere plumas, videlicet vt sensibus reparatis antequā iterū indisponātur, somnus abrūpatur. Maxime verò iis qui castitatē mentis atq; corporis seruare volūt incōtaminatā, & nec illusionibus fœdarū imaginum, nec spurcitiis pollui nocturnarū immunditiarū, prolixus ille somnus matutinus diligētē est cauēdus. In fine nāq; somni experientia monstrat, huius rei maximū esse periculum.

*Principium
somnia maxi
mē pro nu
tritione fa
cit.*

*Matutinus
somnia ca
stitati peri
culosus.*

culū. Quod ideo esse videtur, quoniā in principio somnī & per tēpus maximū ipsius, nutritiua & augmētatiua suas potissimū operationes exercent: perfecta autē sufficiēter nutritione, circa somni finē, videtur potentia generatiua secundū ordinē suo officio succedere. Quia enim secundū ordinē temporis prior esse debet nutritio & augmētatio generatione (propter quod in pueris nō prius generatiuæ potentia operationem experimur, quā nutritiua, & augmētatiua ad iustam perfectionē eos perduxerint) ideo prius nutritioni insititur, postmodum verō generationi. Quod etiā inde est, quia semē ex superfluo est alimenti, atq; ob hoc nutritione perfecta in illud quod superfluerit alimēti se conuertēs vegetatrix potētia, agit in ipsum, & efficit vt in seminis naturā cōuertatur, & circa seminis dispositionē atq; perfectionē tum maximē agit, efficiturq; ad generationē homo paratior atq; promior nutritioe perfecta. Atq; hinc fiunt in phātasia illusiones fœdarū inaginnū, generatiua potentia suū actum quæritate: & non raro fiunt coinquinationes inordinatæ corporū, quas euadere possunt qui tēpus illud præueniēdo, somnū antequam eò pertingat, abrumpūt. Et licet in aurora sit somnus carnalibus maximē suavis, iis videlicet qui Venerē amāt & corporis delicias: veris tamen Dei amatoribus, castitatib; & oīs virtutis zelatoribus somnus ille maximē est fugiēd^{us}.

Somnus aurora nō probandus.

Quomodo in homine contingant insomnia. CAP. XXI II.

Contingit autē in somno sensus interiores interdū solui, exterioribus sensibus in suo vinculo permanentibus: apparentq; tūc phātasmatæ & variæ imagines in phātasia atq; in æstimatiua: quas apparitiones, imaginationesq; & phātasiatioēs vocāt somnia, vel insomnia (vt videtur) à somno, quā videlicet in somno fiāt. Fiuntq; hæc somnia maximē post mediū somni, cum iam vapores incipiūt minui ac subtiliari, & ita primū sensus interni soluitur, incipiuntq; operari exterioribus sensibus in suo ligamēto nihilominus permanētibus: eò quòd vapores adhuc meatus occupent, quibus à cerebro ad ipsorū organa trāsmitti debēt spiritus animales. Causa autē quare somniantes omnia iudicēt ita se habere vt somniāt, videtur esse ex defectu operationis sensus cōmunis. Quòd enim dū vigilantes multa phātasiamur, cōponētes & diuidētes, non ea

Somnia quomodo fiant.

fic

sic habere putemus, quomodo nobis in phantasia occurrunt, inde videtur esse, quia sensus communis iudicat & cognoscit per sensuum exteriorum obiecta, nihil tale esse præsens. Quod enim nec à visu, nec ab auditu, nec ab aliquo aliorum sensuum ut actualiter sensatam percipit, id ipse iudicat non adesse. Atque ita quanquam vigilantes multa phantasiatur, non tamen illa ut presentia iudicamus, quoniam sensus communis nobis contrarium iudicat. In somniatibus vero quia sensus exteriores ligantur, neque sensus communis, nisi quod ab ipsis recipit, iudicat, ita tamen deest, quæ phantasia atque æstimatione falsas compositiones, & diuisiones iudiciaque; refuter, & conuincat esse falsa mendacia. Itaque fit, ut videatur verè presentia, & sic se ut appareret habere, nemine præsentem quæ eum car falsitate. Atque hæc est etiam causa, quare in tenebris phantasiates terribile aliquid homines terreantur, & exclamant ac fugiunt: presentem autem lumine, eadem imaginantes, non ita terreantur: quoniam videlicet absente lumine, non potest id quod æstimatione presentis est, argui quod non ita sit. Nam lumine absente, nequit iudicari quid coram sit. Lumine autem allato manifestè iudicat sensus communis per visum, non adesse quod habet imaginatio phantasia. Quæadmodum videlicet cum vanus atque mendax homo miranda proponit, si nemo adsit qui falsitate redarguat, creditur vera esse quæ narratur. Si vero adsit qui arguat falsa eiusmodi proponentem, manifesteque comprobet nihil talium sic esse ut dicit, nemo credet talia proponenti, neque se quisquam propter mendacis hominis confutati verba loco mouebit, quicquid tandem ille dixerit.

De somnijs supernaturalibus, & naturalibus.

CAP. XXIII.

Distinguitur autem multipliciter somnia. Quædam enim desuper à Deo legimus immitti, quæadmodum in diversis scripturarum passibus inuenitur: de somnijs videlicet Iacob & Ioseph, de somnijs Pharaonis: itaque; pincernæ & principis pistorum regis Pharaonis, de somnio Nabugodonosor, & plerisque; alijs. Hæc enim omnia à Deo benedicto videbantur ad futurorum præsignationem immissa. Vnde Ioseph cum expositurus esset somnium Pharaoni, dicebat: Quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Et iterum: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. tacite sic indicans, quod & somniorum illorum immissio foret à Deo. Id ipsum apertissime

Somniantes quare omnia sic esse putant ut somniant.

Somniorum distinctio.

Somnia supernaturalia.

Genes. 41.

&

Danie. 2. & Daniel corā rege Nabugodonosor: Est Deus (inquit) in cœlo, reuelās mysteria, qui indicauit tibi rex Nabugodonosor, quæ vêtura sunt nouissimis temporibus. At rursum: Qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ vêtura sunt. Sed & in nouo testamēto multa solet per somnia immitti sanctis hominibus Deus futura demonstrare. Vnde Ioseph legimus ab Angelo Domini in somnis admonitum, de virgine Maria accipiēda, de filio in Aegyptū adducendo, & reducendo. Quis autē Deus ita in somnis velit futura indicare, causa videtur, quia tūc sensus hominis magis sunt quieti, exterioribus omnibus ligatis, interiorib⁹ etiā circa paucissimā vel omnino circa nulla occupatis, ac proinde diuinæ impressiōis & internæ cōmonitiōis facilius susceptiui. Huiusmodi autē somnia non passim vulgaribus solent accidere, sed illis qui sunt præ eminentes, vel sanctitate, vt in quibus magnum & singulare aliquid Deus operari disponit, vel dignitate, aut autoritate, vt in iis qui sunt in administratione regnōrū. Quod enim Abraham, Iacob, Ioseph, Danielis, Iudæ Machabæo, & huiusmodi somnia fuerint à Deo immissa, propter ipsorū fuit præcellentiā. Quod autē Pharaoni & Nabugodonosor, propter ipsorū dignitatē, vel certē ad diuini nominis gloriā & amicorū Dei glorificationē fuit. Quod etiā magistris piscorū atq; pincernarū Pharaonis fuit somniū præfagiū futurorū immissum à Deo, propter Ioseph exaltationē factū fuisse creditur. Nihilominus Deo liberū est, cuiuscūq; voluerit, etiā pessimis somnia immittere. Alia verò sunt somnia, quæ appellātur animalia: illa nimirum quæ cōtingunt ex prius in vigilia sensatis, & maximè ex iis circa quæ fuimus in vigilia solliciti, siue anxie diligenterq; occupati. Hinc fit, vt auarus somniat de pecuniis, de negotiationibus, emptionibus atq; venditionibus: gulosus, de epulis & cōuiuuiis: luxuriosus, de mulierū conuictu & colloquiis, alijsq; huiusmodi. Homo autē misericors somniat de pauperū necessitatib⁹, de miserorū patrociniō. Qui zelat pro iustitia, somniat iniustitiæ punitionē, oppressorū suspensionē, atq; huiusmodi. Nauta de ventorū prosperitate, & de nauigādo somniat, & literis studens de suo studio. Et vniuersaliter, circa qualia occupatur homo in vigilia, circa talia versatur in somnio. Offerūt enim

Somnia animalia.

fese

fese
di a
sim
nor
re p
lis a
ita i
plex
vide
tante
taliā
nei, i
& la
sang
prop
in qu
quo c
ad qu
tur a
ambu
milia
domi
iusmo
bāt. N
quēte
aut de
mū qu
gravi
lequ
gravi
homo
somnia
co ali
cacatu
somnia
mario
eundē
perflu
atq; li
parere

fese species ille dormiēti quæ solēt vigilāti. Ex huiusmodi autē somniis potest utiq; cōiectare homo, quid potissimū ipsius effectui inhereat. Ut si quis frequenter de honoribus & laudibus humanis somniet, merito sibi metue re potest, ne fortē sit ipse homo ambitiosus: itē si de epulis ac lautitiis, ne fortē sit homo delicatus & gulosus, atq; ita in cæteris. Sunt alia somnia naturalia, quæ secūdu cōplexionis humanæ cōditionē causantur in phantasia, ipso videlicet quod in cōplexione hominis dominatur immutante cerebrū, atq; speciē sibi cōformē imprimēte in phantasia, aut speciē seruata in ea mouēte. Sic homines sanguinei, in quibus dominatur sanguis, de rebus rubeis, pulchris, & lætis somniāt, & frequēter existimāt se volare, eò quòd sanguis cōueniat cū aère: estq; hæc cōplexio læta & aërea, propter quod læta & amœna somniāt naturaliter. Illi autē in quibus cholera dominatur, multū somniant de igne, cū quo cōuenit cholera, itē de bellis, iurgiis, & cōtentionibus, ad quæ cholera extimulat. Flegmatici (in quibus dominatur aqua) solent de aqua somniare, utpote iuxta aquas se ambulare, aut in aquas se incidisse aut submergi, hisq; similia, quæ plurimū solēt pueris (in quibus adhuc humidū dominatur) accidere: somniant etiā de glacie, niue, & huiusmodi, ut quòd per niuē ambulāt, aut super glaciem labāt. Melancholici verò (in quibus dominatur terra) frequēter somniant se in terra defossos, aut terra oppressos, aut de sepulchris mortuorū, deq; aliis huiusmodi, potissimū quæ ad oppressionē pertinent: maxime autē de rebus grauib; & tristibus, utpote de inferno, de morte, de persequutione ab aliis illata, aliisq; similibus, quoniā maxime grauis est & tristis illa cōplexio. Naturaliter etiā somniant homo de illo quod sibi deest, & quod appetit, ut esuriens somniant de cibo, sitiēs de potu, micturiēs de pariete aut loco aliquo separato, vbi liceat secūdu honestatē mingere: cacaturiens verò de cloaca. Vnde etiā interdū huiusmodi somniis cōtingit homines decipi, ut lectū impleant pro firmario, & cōdormientiū latera humectēt pro pariete. Ad eundē modū cū natura se oneratam senserit alimenti superfluo, quod ad generationē pertinet, dum se exonerare atq; liberare cupit, per somniū in estimatiua imagines apparere facit taliū rerū ad quarū præsentiam solet fieri su-

Nota diligēter.

Quomodo naturaliter diuerse in hominibus cōplexiones diuersa faciūt somnia.

De exoneratione naturali notatu digna.

perflui talis eiectio, eò quòd nò aliter (nisi fortè ex defectu virtutis retentiæ) cõtingat eiusmodi emissio. Natura ergo de salute viuentis sollicita, id ita procurat, & æstimatiuã sic mouet: ne si nò fiat superflui illius exoneratio, variis morbis & miseris misere cõsumat, id quod frequenter solet accidere. Atq; ita cõtingit etiã castissimos viros, nocturnis illusionibus sollicitari atq; vexari, illos maxime in quibus valida est vis generatiua. Quòd si quis interroget, quonã pacto fieri id possit in imaginatiua, vt talis fiat imaginis effiectio, cù præuix nò antecesserint cogitationes, ex quibus videantur posse oriri? Dicimus, sicut in animalibus irrationabilibus æstimatiua potentia naturaliter mouetur, quantum ad ea quæ sunt naturæ opera, vt ad nidum struendũ tali materia, tali forma, tali tempore, ad cõiundũ cù animã sui generis diuersi sexus, &c. ita æstimatiuã hominis in hac parte moueri naturaliter, & impi mi in eam quandã impressiõnẽ, per quã excitetur ad tales efformandas imagines, ad quarũ in æstimatiua presentiam solet tale naturæ opus fieri. Neq; verò mirum, si dicamus naturaliter aliqua ex parte hanc æstimatiuam moueri, quandoquidẽ opus istud quod quaritur (nempe superflui corruptiui animalis expulsiõ) omnino naturale est, ad viuentis salutem conseruandam.

Quod boni & studiosi virtutum possent subinde mala perpeti somnia,

CAP. XXV.

Totum hoc caput diligenter expendite.

EX qua somniorũ distinctiõne nò modica sumi potest cõsolationis materia aduersus quorundã nimiũ pauidorũ inordinatũ & scrupulosum timorẽ, qui grauius tristantur, si quando per somniũ aliquid eis cõtingerit, quod virtuti videatur contrarium, atq; ita se affligunt, quasi talibus sint vitiis apud Deũ coinquinati: cũ tamen secũdũ ratiõnẽ viuant, & pro virili secũdũ spiritũ aduersum talia vitia vigilantes decertent, neq; ex eo quod per somniũ ita cõtingit, vllã apud Deũ habeãt culpã. Omnino enim cõtingere potest, & cõtingit nò rarò, eum qui secũdũ ratiõnẽ & volũtatẽ vere castus est, somniis rerũ venerarũ illudi, & eũ qui secũdũ ratiõnẽ vere sobrius est ac tẽperans, gulositatis somnia perpeti. Iterumq; qui secũdũ ratiõnẽ mitis, ac placidus est, atq; lãganimus somniis iracundiæ & ferocitatis

tis v
xion
virtu
cũdũ
quã
tia, m
iuxta
castita
fomni
sente
confe
quium
rus &
qui à
cundia
labore
tientiã
lit noc
cõting
scerper
cuncta
gratia
puffillat
ordina
qui in v
sequit
tur infe
cundac
terdum
oppress
dum ra
auer ser
videtur
diligen
in vigil
carne e
gula, v
quomo
in vafa
ma seip

tis vexari. Sit enim quis (exēpli gratia) à naturali cōplexione ad rem veneream vehementer inclinatus, propter virtutis generatiuę in ipso fortitudinē: hic quantūuis secūdū firmū castitatis propositū viriliter resistat, & nequaquā cōsentiāt, ita vt propositi firmitate & cōtinua resistētia, maxime autem desuper veniente Dei gratia (sine qua iuxta Sapientis sententiā, nemo castus fieri potest) habitū castitatis sit adeptus, cōtinget nihilominus hunc interdū somniis malā cōcupiscentiā illudi. Et qui vigilans præsente ratione, neq; pro vita, neque pro morte in muliere consentiret appetitum, nec vllum ferret familiarē colloquium aut commercium, dormiens subinde etiam amplexus & oscula acceptat & quaritat. Ad eundem modum qui à naturali est cōplexione vehementer pronus ad iracundiam, plenus flauente cholera, hic quantumuis multo labore & multa Dei gratia sit adeptus mansuetudinis patientiam, adeo vt vigilans, neq; in pilo, neq; in obulo velit nocere quantumuis in ipsum delinquenti, hunc tamen cōtingit per somnium pugnare, interficere, dilaniare, discerpere hostem, eius domum ac segetem succendere, & cuncta eius bona diripere. Ita melancholicum qui Dei gratia multa labore secūdū rationem atq; voluntatem passillanimitatis vitium debellauit, & timorem pepulit inordinatum, contingit per somnia graui cōcuti timore. Et qui in vigilia de Dei misericordia optime confidit se consequuturum æterna gaudia, per somnium pati sibi videtur inferni tormenta: quique per vigiliam confidit se circumdatum lætantium angelorū caterua, per somnium interdum sibi videtur in medio terribilium dæmonū iacere oppressus. Ita pure sanguineus aliquis, quāuis vere secūdum rationem & voluntatis affectū ex Dei gratia omnes auerfetur mundi voluptates, subinde tamē per somnium videtur sibi in medio deliciarum iucundari. Imò verò si diligentius aduertamus, comperiemus ista omnia etiam in vigilia ita accidere. Hinc enim tentationes sunt quæ à carne exurgunt etiā in bonis & sanctis viris, videlicet vel gula, vel luxuriæ, vel iracundiæ, & cæterorum malorum: quomodo de seipso narrat beatus Hieronymus, quod cū in vasta eremi solitudine exeso esset corpore, & artissimā seipsum stringeret inedia, Romanis tamē se putabat

Sapient. 8.

Hieronymus ad Eustochium.

Examinanda somnia unde proficiantur.

interesse delictis. Qui ergo huiusmodi se sentit somniis rerū nō bonarū tangi, aut etiā in vigilia eiusmodi vexari motibus nō statim deiciatur animo, nō se mox dei existimet inimicū, Verūtamen examinet seipsum diligēter, an nō ex prauis in vigilia volūtariis, cogitatibus, aut effectibus, ista sic exurgāt, an non exorta fuerint à causa aliqua volūtarię subministrata, vnde eiusmodi somnia per se nata sunt sequi. Et quidē si post diligens examē nullius huiusmodi mali sibi est cōsciū, nihil est quod metuat, nō est in sua carne adhuc viuere cōcupiscentiā, discat nō debere se esse securū, discat nondū perfectē deūctū esse siue subactū domesticū hostē, discat sibi adhuc standū super custodiā: & humilitatis ac prouidētiae sibi sumat occasionē, ne mox vbi aliquē virtutis habitum aut donū aliquod acceperit, omnia in tuto putet, seq; in portu nauigare securū. Agat quoq; gratias Deo, cuius gratia ita sibi aduersissimū hūc hostē subiugauit, subiectūq; fecit (carnē dico & sanguinē) vt nō nisi in somno absente ratiōe, vel in vigilia per surreptionē, velut à tergo aut à longe audeat accedere, & nō in vigilia aperte prodire in aciem. Est enim hoc signum euidēs infirmati hostis, cū iam nō palam, sed velut per surreptionē tantū ex abdito, audet aduersarium impetere. Ceterū, de somnis quatenus ex eis pronosticari aliquid liceat aut nō, itē quomodo ea obseruare & non obseruare, præsents nō est negotij. Ad moralē enim spectat doctrinā, tametsi nō minima ex parte ex pracedētū hæreant cognitione. Nos ergo de plurimis pauca quędā dixisse cōtenti (quoniā profecto etiā si velimus multa, nō valemus, ob ignorantia rerū intus latentū) fessum nūc calamū abditarū rerū curiosa inspectiōe atq; perscrutatiōe, ad quietē reponimus, quo deinde ad id, quod toti cōsiderationis nostrę erit supremū, reparatis viribus alacriores redeamus: si tamen prius (iuxta hætenus in libris omnibus seruata cōsuetudinē) magni Dei gloriā cantico celebrauerimus, cuius sunt omnia hæc mirabilia, hisque infinito maiora, quæ nostri sterilitas calami minime vallet explicare, qui in trinitate & vnitate perpetuo beatus viuuit, regnat, & gloriatur in secula seculorum. Amen.

PSALMVS MAGNO ARTIFICI
qui est fabricator humani cerebri.

Videbam ego nuper anatomiam, incisionemq; humani corporis: viderat qui secabat chirurgus aderat, qui demonstrabat omnia medicus.

Ille quidē diuidebat subtilissime, & vsq; ad venulas mirimas tenuissimosque neruulos incidebat omnia: hic verò digitis sollicitissime cuncta monstrabat, verbisque declarabat quantum poterat.

Super membris singulis quantumuis paruulis, faciebat sermones prolixissimos, & post finita verba omnia adyiciebat, nondum se membri naturam explicuisse vel vsque ad dimidium.

Tantū (inquit) quæ magis sunt cognita vtilia, quæ magis exposita proferimus: & tamen protraherebat dies multos prolixis sermonibus.

Admiratus sum vehementer in pluribus sagacis nature operibus dum ita mirandum conspicerem in cunctis ordinem, ita stupendam in singulis virtutem, & vsum necessarium.

Nihil erat superfluum, inordinatum nihil, nihil indecorum, nullum erat membrum, à cuius contemplatione post inspecta auditaque omnia cum supore non abscederem.

At vero posteaquam ad verticem peruentum est, ad anatomiam cerebri, ibi videlicet quæ prius videram, iudicabam nihil esse omnia.

Secabat ille summa sollicitudine, incisionibus subtilissimis: iste de rebus minimis nescio quæ declarabat maxima.

Pape, quàm stupenda, quàm admiranda, quàm spectatu dignissima illic erant demonstranda! vix tota oculorum intenta acie sufficiebam intueri, de quibus iste tractabat mirabilia.

Ibi cranium & pericranium, ibi pia mater & dura mater, miringam maiorē & miringam minorē: ibi nescio quæ nimium mirandæ cōnexiones & immixturae, quibus ista necebantur adhererantque inuicem.

Ibi ventriculorum distinctiones variæ, & cellule distincte distinctione visibili: ibi rete mirabile, verè mirabile, de cuius inuolutionibus narrabat ille miranda, cum vix præ tenuitate ipsum posset conspiceret acies oculorum meorum.

Ibi neruorum à cerebro exeuntium spectatu dignissima colligatio: ab anteriori parte molliorum, duriorum à posterioribus.

Natura providentiam miris efferebat præconijs, singulorum adinuenientem providam dispositionem ostendens, ad salutem & commoditatem animalium.

Pergebat ille his commonstratis plura ostendere, ego verò lægus non valebam progredi, neque præeuntem valebam insequi, quoniã me

stupidior inuaserat.

Et nunc, artifex magne, nulli arte secundus, præcellentior omnibus,
quid dicam ego quid loquar de operibus artis tuæ?

O utinam contingerent tibi spectatores, artifices periti operis: ab
his enim posset tibi dari gloria.

Qui inter homines, magne artis fabricauerint opus, nihil æque o-
perant ac peritos artis ad spectandum illud.

Si magna artis opus in possessionem venerit hominibus rudibus qui
artis sunt ignari: perdit artifex gloriam artis suæ quantumuis sit præ-
cellens artificium.

Ita profecto nobiscum res habet, quantum ad præstantissima opera
tua: fabalibus stipulis grossiores sumus, quantumlibet nobis videamur
subtilissimi.

Sapientia & artificium operis tui nequaquam contemplari suffi-
cimus, neque millesimam partem artis quam ostendisti in capite no-
stro, vel doctissimus pernouit medicus.

Attamen etiam si nemo miretur, si nemo laudet, semper manet in
opere ipso gloria artificis: ita & tibi magne Deus semper tua manet
gloria in cunctis operibus tuis.

Sis benedictus in æterna maiestate tua: sis benedictus, sis laudatus
& gloriosus in secula, pro inestimabili sapientia, & bonitate tua.
Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculo. Amē.

FINIT PSALMVS.

IN LIBRVM XI.
CONSIDERATIONIS PHY-
SICAE DE INTELLECTV ET
EIVS OFFICIIS
PRÆFATIO.



VAE hæcenus à nobis libris præcedētib'
determinata sunt, nō homini sunt pecu-
liaria, sed vel reb^o naturalibus oībus ge-
neraliter cōueniūt, cuiusmodi sunt, quæ
in primo libro de principiis diximus, &
in secundo de causis, in tertio de motu,
in quarto de loco & tempore, in quinto de generatione
atq;

atq; corruptione: vel homini sunt cum cæteris viuētibus (vtpote plantis & animalibus brutis) communia, nempe ea quæ in prioribus tribus libris de potētis vegetantibus, & sensibus tam exterioribus, quàm interioribus diximus. Neq; hæcenus vllō librorum præcedentiū de iis quæ homini peculiariter competunt, quicquam egimus. At verò hominis egregia præcellentia, qua cæteris omnibus præstat naturalibus rebus, & admirabiles illæ virtutes quas in nobis peculiariter aduertimus, merito specialem exigunt tractatū. Si enim cælestia corpora, propter suā quam in hæc habent inferiora potentem actionē, specialem meruerunt determinationē, si deniq; etiam meteorologica impressiones (quæ & mixta imperfecta dicimus) propter suam tantum incertam & subitam generationem singularem nobis extorserunt tractatū: humanæ naturæ præcellentia, an nō multo iustius id ipsum exposcit ac exigit? Videlicet vt illas speciali opere discutiamus, declaremusque nobilissimas virtutes & operationes, quæ homini sic proprie peculiariterq; cōueniūt, vt in nullis rebus naturalibus possint eadē vel similes reperiri: Quæ enim hæc foret inordinatio disciplina, post exactā de rebus naturalibus omnibus determinationem, ipsum quod est, omnium præcipuū negligere, & ad quod cætera omnia tāquam ad finem ordinantur, intactū pertransire. Iustum est ergo semel nobis in manum susceptus calamus tātis per nobis inferuiat, donec pro nostra virili secundū bonum Dei auxiliū, & hæc vere maxima vel balbutiētes explicauerimus.

De hominis præcellentia & quomodo intellectus per sensum cognoscitur.

CAP. I.

Hominis super alias res naturales præcellentia in intellectu atq; volūtate cōsistit, potentiis duabus vtique nobilissimis, quibus Dei in nobis imaginē & similitudinē gerimus & secundū quas Deiformes Deiq; capaces soli homines sumus, secundū quas immortales sumus incorruptibiles, & impassibiles (passione quacūq; violenta vel ad corruptionem deducente) ab vlla rerum naturalium quantum potentissimæ fuerit actionis: secundū quas item soli homini cōuenit in suis actionibus libertas, meritum vel demeritum, præmiū atq; pœna, saluatio atq; dānatio æterna, fœlicitas æterna, vel æterna miseria. Nulla enim

Intellectus, & volūtatis quanta homini præstant.

irrationalis creatura intellectu & volūtate carens immortalis esse potest, nulla Dei imaginem in se gerit, nulla Dei formis vel Dei capax dicitur, nulla meretur vel demeretur, nulla præmio æterno remunerabitur, vel æterna pœna punietur. Hæc enim omnia solius sunt hominis, quæ ad modū in posterioribus latius declarabimus. Quoniā vero secundū rectum ordinē prius est, rē intellectu percipere, posterius autē velle vel nolle: intellectus enim est præ sentale voluntatis acceptare vel refutare: iccirco prius de intellectu quā de voluntate est dicēdum. Est autē in discipulis ordo valde conueniens, incognita per nota, & minus nota per notiora (quantū fieri potest) declarare. quæ admodū ex principiis per se cognitis venitur ad scientiā cōclusionis, & ex corporalibus exēplis manu ducimur ad intelligēda spiritualia. Erit ergo modus cōueniētissimus naturā intellectus declarandi per cōparationem ad sensum (qui iā ex suprā determinatis præsupponitur cognitibus) partim quidē secundū similitudinē, partim vero secundū dissimilitudinē. In quibusdam enim cōueniunt, & in quibusdam differunt. Primum itaque omnium aduertendum est, quod sicut sensus est potentia quædam apprehensiva rerum foris existentium absq; reali susceptione ipsarum per solam receptionem specierum: ita & intellectus talis quædā est potentia, per quam homo ea etiam quæ extra ipsum sunt intus apprehendit, non rem ipsam, vel eius partem, vel vllam corporalem eius qualitatem, sed tantum rei quam apprehendit speciem intrā suscipiēdo. Non enim in anima (vt Aristoteles ait) lapis, sed lapidis est species. Est tamen manifesta eius in hoc differentia à sensibus exterioribus, quod singuli solum sui proprii sensibiles suscipiunt speciem, vt visus solam speciem coloris. Intellectus autem indifferenter omnium simul est susceptiuus, & omnium apprehensiuus. Transcendit etiam potētiā primam interiorem, quam suprā nominauimus sensum communem: quoniam ille licet communiter species suscipiat ab omnibus exterioribus sensibus, non tamē potest nisi illas suscipere quæ ei ab exterioribus transmittuntur. Nulla enim species est in sensu communi, præter eas quæ à sensibus exterioribus ad ipsum transmittuntur. Amplius vero etiam à vi æstimatiua siue phāstica differt

*Arist. 3. lib.
de anim.*

intel

Intellectus (tamen si quibusdā antiquorū ita visum nō fuit) quoniā intellectus, est potētia vltior, & multo superior ipsa aestimatiua, sicut aestimatiua superior est in sensu communi aut imaginatiua. Cuius rei habita declaratione, magna ex parte quid intellectus sit, & quomodo homo ceteris præstet hac in parte animantibus, erit manifestum.

Quomodo intellectus sit potentia superior, quam aestimatiua.

CAP. II.

PRO cuius intellectu notandū est, quod illa potētia merito superior dicitur, cui altera subseruit & subministrat, & quā illa trāscēdit ac superat virtute actionis, quē admodū videlicet sensus communis singulis exterioribus sensibus est superior, eō quod singuli subministrēt illi, transmittentes ad ipsum suorum sensibilibium species. Hic autem operationis nobilitate excedit exteriores sensus, quoniam diuersorum sensuū sensibilia simul cōferre potest, atq; inter ea diiudicare, itē & actus sensuū exteriorum percipere, quē duo nullus potest sensuū exteriorum, Rursum aestimatiua iccirco superior reputatur, & est sensu cōmuni, quoniā hic illi subministrat, species susceptas ab exterioribus mox ad imaginatiuā trāsmittēs, & ibi recōdens: nō utiq; pro semetipso (quoniā ipse illis speciebus in absentia sensibilibium nō vtitur) sed pro aestimatiua, siue phantastica, nimirum vt ex speciebus huiusmodi ipsa eliciat intentiones non sensatas, componatq; & diuidat, & excitata his speciebus suum exerceat officiū. Ipsa autem aestimatiua operationes habet excellentiores, quā sensus communis, vel imaginatio, eō quod species illas possit adiuicem componere & diuidere, atq; ita cogitationem tali compositioni, vel diuisioni specierum respondentem in se ipsa efficere, ac talis intētions speciem nunquam à sensu communi habitam in memoria reponere. Item potest non sensatas intētiones elicere eāsque similiter reponere, quā neq; sensus, cōmunis neq; imaginatiua possunt. Iccirco iure superior dicitur. Eadē quoq; ratione aestimatiua etiā memoria superior est, quoniā ipse vtitur seruitio, quomodo arca & horreū deseruit possessori, & habet aestimatiua multo nobiliores operationes. Ad eundē sane modū cōperimus intellectū in homine ipsa aestimatiua, siue phantastica multo superiorē, videlicet qui aestimatiua

Quomodo potētia vna est altera superior.

Intellectus aestimatiua nobilior.

intellectui deseruit, phantasmata (id est intētionēs in phā-
tasia opertas) presentādo, ipsi intellectui ad fabricādū ex
eis species rerū solo intellectu perceptibiliū, & omnē sen-
sum trāscēdētīū, quē nullus sensus, neq; interior neq; exte-
rior potest cōprāhēdere. Atq; hęc est operatio, illa, qua in
rellectus superat estimatiuā. Sic enim se habet intellectus
ad phātasmatā (id est, ad species vel intētionēs quę sunt
in phātasia siue estimatiua) quomodo se habet estimatiua
ipsa ad species à sensu cōmuni transmissas, & in imagina-
tiua seruatas. Quomodo enim per estimatiuā apprehēdit
& percipit animal brutum, quod per sensum communem
non potest, videlicet amicitīā, vel inimicitīā, voluptatem,
& dolorem conueniēs & disconueniens secundū sensum:
ita per intellectū homo plurima intelligit, quę per estima-
tiuā solā impossibile foret percipere. Tamen si enim aesti-
matiua possit elicere intētiōēs nō sensatas à speciebus ser-
uatis in imaginatiua. sunt tamē illę perpaucę, & huiusmo-
di, quę conducūt ad animalis vitę cōseruationē atq; dire-
ctionem, secundū quod animal est, vtpote amicitīę vel ini-
micitīę conuenientis vel disconueniētis secundū sensum:
quam aestimatiuę operationē in pueris videmus nondū ra-
tione vtētibus, itē & in amētibus atq; morionibus grādio-
ris ætatis. in quibus perparū cernitur differētīę ab irratio-
nalibus, nisi quod propter excellētīā estimatiuę in homini-
bus videātur in quibusdā eminere. At vero intellectus cō-
uertendo sese ad eas quę in phātasia siue aestimatiua sunt
intētionēs, plurimarū rerū elicit cognitionē, quas sensiti-
ua potētia nulla siue exterior, si ue interior, potest perci-
pere. intellectus enim virtute mirabili intelligit formas se-
paratas, naturas vniuersales, angelicas mētes, imō & ipsum
Deū: quę nequaquā ab estimatiua possunt cognosci. Itē &
alias habet intellectus operationes mirabiles, afirmando
& negando, tam in vniuersalibus quām in particularibus,
tam in abstracto quām in concreto, & multipliciter ratio-
cinando: de quibus omnibus suo loco dicetur posterius.
Nunc vero (priusquam extra propositum abducamur) il-
lud tota virtute qua possumus declaremus, quomodo in-
tellectui in sua operatione aestimatiua subministrat, id
est, quomodo ex phantasmatibus intellectus rerum co-
gnitionem in se possit acquirere, quę non in aestimatiua

præ

præfuerunt. Sic enim & mirabilis ordo potentiarum ad-
inuicem ita in homine ab oprimo Deo pulchre disposita-
rum clarescet, & nihilominus (quod quærimus) ipfius intel-
lectus natura fiet manifesta.

*De Platonis opinione existimantis omniū intelligibilium species
esse intellectui concreatas.*

CAP. III.

AD prædictorum autem determinationē, ante omnia
hic pertractāda videtur Platonis quondam celebris
opinio: qui existimauit rerū omniū intelligibilium species
fuisse intellectui à principio cōcreatas, & animā rationale
à principio suæ cōditionis omniū rerum habuisse cogni-
tionē per species proprias sibi cōcreatas: quā cognitionē
dicebat per immersionē in hoc corpus animā perdere, spe-
cies tamē manere: quomodo homo multo obrutus potu
aut somno pressus nihil eorum actu intelligit, quæ tamē
secundum habitū & species tenet. Atq; ita (iuxta positio-
nis huius consequentiam) asserēbat, hominis scire vel ad
discere, non aliud esse quā reminisci. Dicebat, enim, cum
quis de nouo quippiam videretur ad discere, speciē in ani-
ma existentem (vt pote ipsi cōcretam) solum excitari, sic-
que tantum recordationem fieri quasi oblitæ rei per cras-
si corporis immersionem, non autem speciem vllam de
nouo in intellectu fieri. Atq; ita nihil dicebat hominem
iam addiscere, quod non prius aliquando cognouerit. Lux
ta quā positionē dicendum foret, intellectum nō posse vt
ministerio æstimatiuæ ad aliquam speciem de nouo in se
acquirendam, sed tantū ad exercitationem specierum: ita
videlicet vt per phāsmata excitaretur species, quæ in in-
tellectu præ existunt, ad efficiendā in intellectu rei cuius
sunt species cognitionē. Verū hæc positio primū quidē
Christianæ fidei non consonat, quæ tenet animas hominū
non simul fuisse creatas, neq; etiā præfuisse ante corporis
informationē, sed vna cū infusione corporis sigillatim sin-
gulas à Deo creari & eo ipso momēto quo in corpus in-
fundūtur simul & creari. Deinde etiā philosophis meliora
sentientibus, eadē positio displicet. Reprobat enim eā Ari-
stoteles tertio libro quē de anima scripsit, pulchre docēs,
intellectū nullā habere sibi cōaturalē & cognatā speciē,
sed esse velut tabulam nudam, in qua nihil actu sit descri-
ptū: esse tamen intellectū ex sua natura ad species omniū
rerum

*Platonis opi-
nio.*

*Aristoteles à
Platone
dissentit.*

rerū in seipſo ſuſcipiendas idoneū, quomodo tabula nuda, in qua nihil eſt deſcriptū, ſuſceptiua eſt cuiuſlibet ſcripturæ. Cuius ſententiã (vt magis veram, magiſq; fidei, rationi, & experientię conſentaneã) in ſequentibus latius volumus declarare, illa altera minus probabili omiſſa.

De diſtinctione intellectus agentis, & patientis. CAP. IIII.

*Intellectus
agens, & pa-
tiens.*

AD cognoscendū ergo quomodo intellectus in ſua operatione phãtaſiã vtitur miniſterio, nota, & (iuxta Ariſtotelis, cæterorumq; eius in hac parte ſequaciū traditionē) intellectus diuiditur in agentē & patientem. Intellectus agens dicitur, cuius eſt ſpecies rerū intelligibilium efformare, atq; efficere, quibus mediantibus fieri poſſint rerū intellectiones. Intellectus autē patiens vel paſſibilis dicitur, cuius eſt ſpecies virtute intellectus agentis efformatas in ſe ſuſcipere. Quomodo enim in rebus naturalibus cõpoſitionē ponimus ex forma ſubſtãtiali omnium accidentiū atq; diſpoſitionū effectiua, & materia omniū ſuſceptiua: ita intellectus totã ſubſtantiã ex duabus hiſce potentiis velut partibus duabus dicūt cõſtare: quarū altera ſe habet ſecundū rationē materię, videlicet intellectus paſſibilis, nullo modo actiuus, ſed tantū paſſiuus atq; ſuſceptiuus ſpecierū: altera vero habet rationē formæ, ſolū actiuus, & nullo modo paſſiuus. Intellectus agens (vt inquit Ariſtoteles) eſt, in omnia facere, hoc eſt, omniū intelligibiliū ſpecies poteſt in intellectu paſſibili efformare, cõparaturq; lumini in ordine ad colores: quoniã ſicut lumen cadens ſuper colorē facit ipſum ſuã ſpeciem organo viſu imprimere, ſicq; ipſum cuius eſt color, à ſenſu facit cognosci: ita per hūc agentē intellectū ſuã virtutē cõuertentē ſuper phantaſmata efformatur in intellectu ſpecies intelligibilis, per quam ſit in intellectu eius rei cuius eſt ſpecies intellectio, ſiue intellectiua cognitio. Neq; vllum eſt ens quantumlibet à ſenſu remotū, quantumlibet vniuerſale, quantumlibet abſtractū, cuius nõ poſſit intellectus agens ex aliquo ſibi oblato phãtaſmate (id eſt, ex aliqua intētionē phantaſtica) in intellectu paſſibili ſpeciē efformare. Quid enim magis à ſenſu elõgarū quã Deus? At tamen intellectus agens in homine tantæ eſt virtutis, vt aliquam ſpeciem poſſit in intellectu efformare mediãte, qua Deū vtcunq; cognoscat, quamuis nõdum ſecundum eſſen

essentiã sicuti est. Est ergo intellectus agentis (iuxta Aristotelis sententiã) in omnia agere, id est, specierũ omnium intelligibilium rerum effectiuũ. *Arist. 5. lib. de anima.* Qui enim potest in id, quod remotissimũ est, multo facilius poterit in illud quoque, quod est minus elongatũ. Intellectus autem passius est in omnia fieri, id est, omnium rerũ potest in se suscipere speciem, potestq; rerũ omnium similitudine formari. Vnde fit, vt nõnunquã etiã possibilis à potẽtia suscipiendi nominetur. Quod quidẽ manifeste ex præcedẽti cõsequitur. Si enim intellectus agẽs potens est omnium speciem efformare, & in seipso non possit quicquã recipere, sed quæcunq; ipse operatur suscipit intellectus passibilis, manifesto ergo conseqũo infertur, qd passibilis intellectus sit omnium specierũ intelligibilium rerum susceptiuus. Quemadmodum si forma substãtialis lapidis esse omnium operationum effectiua, materia lapidis vtiq; omnium esset susceptiua. Est enim intellectus agens (vt suprã diximus) tanquã forma, patiens vero vt materia. Atq; hoc modo intellectus passibilis quodãmodo dicitur esse omnia, id est, omniformis: quatenus omnium similitudine potest formari, indui & ornari, quemadmodum pulchre beatus Hieronymus in epistola ad Paulam de omnibus sacra scripturã libris de cera ait, his verbis: Mollis cera, & ad formandum, facilis, etiam si artificis & plastæ cessent manus, tamen virtute totum est, quicquid esse potest. *optime volens*

Hieronym.

Per qualitã luminis, declaratur virtus intellectus agẽtis. CAP. V.

Quemadmodũ autẽ in corporalibus nullus est color qui nõ per lumen possit illustrari, vt suam spectẽ organu infundat, sicq; visionẽ in ipso efficiat: ita nulla res est, cuius nõ possit (per huius intellectus agẽtis ad se conuersionẽ) intelligibilis species imprimi in intellectu possibile, & cuius nõ possit in eo noticia efformari per virtutẽ agẽtis intellectus. Quemadmodũ enim color est obiectũ visus, & ideo quicquid sub colore comprehenditur, luminis illustratione æque potest in visum imprimere suã speciem: ita ens siue verum (quæ ad inuicẽ cõuertũtur) obiectũ est adæquatũ intellectus: atq; ob hoc, per lumen intellectus agẽtis potest in intellectu possibile imprimi species omni eius, quæ sub ente continetur. Rursum quemadmodũ nullus color quantũuis lucidus, quantumuis nobilis,

*Ens seu ve-
rum intelle-
ctus obie-
ctum.*

*Intellectus
agens verū
est lumen.
Psalm. 4.*

Ioan. 1.

Sapient. 1.

bilis, potest à visu percipi, si defuerit lumen, quod super ipsum cadat, ipsumq; illustrer: ita nullum ens est intelligibile, nisi ratione huius intellectus agētis, videlicet nisi hic suo fulgore ad rem illam sese conuertat. Et quemadmodum iuxta virtutē luminis fit color melius visu perceptibilis, ita vt lumine splendidus super colorē cadente, ipse fit melius visu distinguibilis, quàm si lumine tenui & obscuro illustraretur, eò q̄ in organū species perfectius imprimatur: sic etiam iuxta huius agentis intellectus virtutē res eadē ab vno melius perfectiusq; intelligitur, quàm ab altero, iuxta quod intellectus agens perfectius, vel imperfectius rei supra quam cadit, & ad quam se conuertit speciē intellectui imprimi potest. Patet ergo, quemadmodū huius intellectus agentis natura, mirū in modū ex luminis naturalis cognitione ostenditur. Est enim & ipse verū lumen spirituale, & vtiq; verius illo quod à Sole diffunditur in aërem. Hoc enim lumē est de quo Psalmista loquitur, dicens: Signatum est super nos lumē vultus tui domine, dedisti lætitiā in corde meo. Sicq; enim plerique sanctorū patrū locū istū interpretātur de naturali lumine intellectus, quod in nobis Deus ab initio velut signauit, dū nobis in apice supremoq; vertice animæ speciali prerogatiua dignitatis impressit. Et est plane intellectus hic agēs in homine quoddā diuinitatis vestigiū, ac participiū aliquod infinitæ immēseq; lucis, quæ est ipse Deus. Quomodo enim ab igne permaximo scintillæ multæ exeūt, aliquid claritatis illius & luciditatis ignis primarij referētes, ita ab illa immensa ineffabiliq; diuina luce (de qua scriptū est: Erat lux vera quæ illuminat omnē hominē venientē in hunc mundū) in animas singulorū hominū velut scintillula quædā deriuatur, eisq; insidet inextinguibilis: si tamē iustū est, modicū istud in nobis lumen respectu diuinæ lucis cōparare scintillulæ, respectu ignis magni: quandoquidē aliās in scriptura sancta legimus ipsos quoq; in gloria plenissime refulgētes beatos, nō nisi scintillis fulgētibus cōparari. Sic em̄ quodā loco legimus. Fulgebunt iusti, & tanquā scintillæ in arūdineto discurrant. Nos tamē scintillulæ cōparare cogimur hoc diuinæ lucis in nobis participiū: quandoquidē minus aliquid igneum, aut lucidū in humana appellatione nequimus inuenire.

Es

Ex differentia intellectus & sensus, ostenditur necessario ponendum intellectum agentem.

CAP. VI.

Est autē notanda differētia inter sensum & eius obiectū ex parte vna, & inter intellectū, & eius obiectū ex parte altera. Nā sensibile obiectū (si adsit requisita conditio) sua actione imprimi suam speciē in organum sensus, vt color præsente lumine agit in organū visus, agendoq; imprimi in ipsum suam speciē. Lumen enim non est causa effectiua speciē, neq; in oculum agit per hoc quod colorē illustrat, sed est tantum quardā conditio requisita ad hoc vt color possit agere in visum. Quantum verò ad intellectū, cōtrario modo se res habet. Cum enim rem aliquam quæ est extra nos intelligimus, ipsa res non agit in intellectum per se imprimendo suā speciē. Nulla enim res corporalis potest agere in intellectum, cum sit potentia spiritalis, & nullum habens organū corporeū. Neq; imaginandū est, sic ab æstimatiua transmitti ad intellectū species corporales, quomodo ab exterioribus sensibus transmittūtur ad sensum cōmunem. Cū enim intellectus nullum habeat corporeū organū in quo inhabitet, nullus potest esse transitus per quē species talis sensibilis possit transmitti ad intellectū. Sed neq; intellectus ipse (propter suam nobilitatem) capax foret vllius speciē sensibilis.

Atq; hinc patet ratio, quare magis oporteat duplicem ponere intellectū, quā duplicem sensum. Non enim sollet sensus diuidi in agentē & patientē: sed sensum dicant simpliciter esse potentiā passiua, quantū ad speciē, eò qd speciē in sese non debeat neq; possit efformare vllus sensus, sed ipsius obiecti actione in ipsum imprimatur, & in speciē acquirendo se habeat pure passiue, tamen in ordine ad actum suum proprium, quodammodo sit potētia actiua vel proprie operatiua. Operationem enim suam, sensus in se ipso efficit: speciē autem (mediante qua vt in instrumento suam operatur sensationem) nequaquā. Atque hac ratione, quantum ex parte obiecti tota substantia sensus passiua dicitur: neq; in agentē & patientem secundum suas partes secatur. Contra verò quia obiectū intellectus per se nō sufficit sua actione imprimere suā speciē, omnino tamē eget speciē, si debeat intelligere: necesse est intellectū ponere non merè passiū, respectu suæ speciē, sed

Intellectus in sensu differentia.

Quare duplex intellectus ponitur & non duplex sensus.

sed partim effectiuū. Alioqui impossibile esset speciem in intellectu formari, & per cōsequens neq; vlla posset fieri intellectio, cū sine specie ipsa nequeat fieri visio in oculo, si nec potentia ipsa visiuā haberet virtutem efformādi in speciem coloris, nec etiā ipsi colori talis cōpeteret actio. Vnde enim acciperet visus speciē coloris, si neq; à se ipso, neq; ab obiecto acciperet? Hæc ergo necessitas est ponēdi intellectū agentem, ad cuius positionē necessario consequitur intellectus passibilis positio. nisi enim species intelligibilis in intellectu susciperetur, nō posset intellectus intelligere. Cæterū, an intellectus hi duo, ponendæ sint potentia realiter distinctæ, an solū secundum rationem diuersam distinguantur (videlicet vt idem numero intellectus dicatur agens, quatenus hoc illi competit officium, efformare & efficere speciem intelligibilē, idemq; patiens quatenus non in alio aliquo, sed in seipso hanc speciem per se effectam recipit) nolumus impræsentiarū curiosius peruestigare. Perparum enim refert, an re, an ratione sola dicatur distinguī: si hoc modo rectē intelligatur, duplex hoc officium intellectui competere.

Quomodo omnis cognitio intellectiua oriatur ex sensu.

C A P. V I I.

AD cognoscendum autem modum, quo intellectus agens efficit species in intellectu, notandum est, quod pro statu isto mortalis vitæ talis est colligatio animæ in corpore isto crasso & misero, vt nullius rei cognitio possit venire in intellectum, quæ non primordialiter ex aliquo sensuum exteriorum sumpsit initium: neque vlla possit species intelligibilis ab intellectu agente formari in intellectu passibili, quam non originaliter ex aliqua specie sensibili quinque exteriorum sensuum emendicauerit. Propter quod dixit Aristoteles,

Arist. 1. lib. Poster.

Omnem nostram cognitionem debere à sensu habere exordium.

Quod tamen nō ita est intelligendū, quasi intellectus agens immediate à sensibilibus exteriorū sensuū accipiat suas species intelligibiles: sed mediate, ratione videlicet phantasmātū, id est, intentionū in phantasia siue æstima-tiua existentū, quæ omnia à sensuū exteriorū cognitione

prim

prim
lectus
sus ex
sensu
se ad
sensib
ligibil
ad aliq
sentat
qualita
potent
modo
materi
ditiōe
ipso sp
bene pr
sefe sup
vt à ph
nobilis
terialen
intellec
admod
colorē
ipso nō
dicta sic
lectus c
tatiæ ac
mat ali
missaru
intellec
Atq; in
sensu. M
est, quor
gnuntū
nihil ha
cum vel
cis pote
De modo
M
p

primordialiter oriuntur. Est enim talis habitudo intellectus agentis ad phantasmata in phantasia, qualis est sensus exterioris ad obiectū existens in re sensibili. Nā sicut sensus non potest accipere suā speciem nisi conuertendo se ad sensibile, vel nisi ipsū presentetur offeraturq; presens sensibile, ita intellectus agens ad comparandū sibi intelligibiles species, cōuertere se debet ad phantasmata, id est, ad aliquas imagines vel intentiones in æstimatediua sibi presentatas. Et quæadmodū sensibile ipsum cū sit corporea qualitas, acquiritur tamen & formatur in sensu, quæ est potentia vtcunq; spiritualis secundū suam similitudinē, modo quodam spirituali: ita phantasma quantum res sit materialis & imago crassior, quàm vt secundū talem conditionem possit recipi in intellectu, abstrahitur tamē ab ipso species intelligibilis multo spiritalior & intellectui bene proportionata: idq; per virtutē agentis intellectus: sese super phantasma cōuertentis, cuius est tanta virtus, vt à phantasmatibus impuris & materialibus possit sua nobilissima inexplicabiliq; virtutis efficacia speciē imaterialem educere atq; abstrahere, ac velut efformare, quæ intellectui cōueniat pro sua operatione exercenda: quæadmodū corporalis luminis est tanta excellētia, vt super colorē ipso cadente in visu gignatur species, quæ absque ipso nō potuisset in oculo produci. Non sunt tamē prædicta sic intelligenda, quasi asserere velimus, omnē intellectus cognitionē debere immediate ex sensu etiā phantasiæ accipi. Nā intellectus vna habita notitia ex ea format aliā, atq; ita cōsequēter, quæadmodū ex notitia præmissarum efficit in se notitiam conclusionis, & ex notitia intellectuali singularium efficit cognitionē vniuersaliū. Atq; in his nō immediate sumitur cognitio intellectus à sensu. Mediate tamen omnis intellectiua notitia à sensu est, quoniam prima intellectiua cognitio (ex qua aliæ gignuntur) à sensu debet accipi. Cum enim intellectus de se nihil habeat, omnia de foris acquirat necesse est. Attamē cum vel modicum aliquid habuerit, plurima ex illis paucis potest mirabili suæ fecunditatis virtute progignere.

De modo quo intellectus agēs cōuertit se sup phantasmata. CA. VIII.

Modus autē quo intellectus agens se cōuertit super phantasmata ad formandū sibi species intelligibi-

*Intellectus
immaterialis
intelligit
ex sensibili-
bus.*

les, est ipsa phantasmata illustrando, eaq; à conditionibus materialibus depurando. Phantasmata enim in phantasia rem nō nisi crasso modo & sensibiliter (vt videlicet sensu perceptibilis est) repræsentat, sub cōditionibus materialibus & indiuiduantibus, videlicet sub loco determinato & tēpore determinato, & cæteris cōditionibus indiuidua libus determinatis, quomodo à sensu exteriori cognoscitur. Intellectus autē sua nobilitate omnes has materiales & singulares cōditiones separat, & speciem talē in intellectu passibili format, quæ rē absq; eiusmodi imperfectio nibus repræsentet. Vnde hoc modo intellectus hominis ex phantasmatis materialibus, & cognitione rei materialis, quā intellectui exhibet phantasia, pertingere potest ad cognitionē rerum immaterialiū & prorsus absq; materia separatarū. Verbi gratia, ex his q̄ sensibus exterioribus percipimus, rebus istis visibilibus & materialibus, quæ vt habētia actum cū potentia (id est formam cum materia) in phantasia cognoscimus, intellectus agens super phantasmata huiusmodi se conuertens, separat, & abstrahit id quod materiale est & imperfectum, formatq; sibi speciē quæ solum actum nudamq; formam absq; potentia materiae per se subsistentem repræsentat, per quam angelicas substantias apprehendit, quæ sunt formæ separatae absq; materia. Sic ex cogitatione creaturæ, quam phantasia apprehendit, sub determinatis conditionibus (vt pote substantia, qualitate, sub tali materia, sub talibus dispositionibus accidentalibus, sub tali colore, in tali tempore, in tali loco, &c.) intellectus agens ab omnibus his conditionibus materialibus abstrahens, format sibi speciem quandam atq; similitudinem in intellectu passibili repræsentantem ens immateriale, absque magnitudine, absque omni accidente, absq; omni mutatione & motu, absq; omni generatione, corruptiōe, & passibilitate, absq; initio & fine durationis, absq; omni tēpore & loco, absq; omni cōpositione & permixtione, absq; vllō ente simpliciter priori, & ita in cæteris, sic abstrahendo ab omnibus imperfectio nibus quæ inuoluuntur in phantasmatis: sicq; in nobis Dei speciem formamus ex vilissimis creaturis, quas in phantasia cognoscimus, & quarum cognitionem primam hausimus ex sensibus.

Quo
FAC
eor
dem,
cū vid
nes qu
abneg
mate e
quicqu
quicqu
ginant
præhei
secund
vlla cō
minum
teris or
gnante
omnia
corpor
fection
telligib
imperf
esse am
ens: & c
negatio
niam se
sunt sen
quæ acc
imperf
hoc stat
modū p
cile pri
nis non
Deum o
ex re qu
bilem æ
per hui
efforma
summe

Quomodo Dei cognitionem duobus modis potest intellectus agēs
in nobis efformare.

CAP. IX.

FACIT autē intellectus agēs duobus modis in nobis Dei,
eorūmq; quæ ad Deū spectant cognitionē. Primo qui
dem, per abnegationem, ad eū modū quo suprā dictū est:
cū videlicet omnes materiales cōditiones & imperfectio-
nes quas cernimus in creaturis (circa quas phantasiatur)
abnegamus atq; abiicimus. ita vt ex ipso quod in phāta-
mate est solū entis conceptum seruantes, reliquum omne
quicquid adiunctū est imperfectionis, quicquid crassum,
quicquid imperfectū per abnegationem abiiciamus, ima-
ginantes videlicet nō generabile, nō corruptibile, nō cō-
præhensum loco, non accidentibus varium, non mobile
secundū locum, nō vlla ratione mutabile, non cōpositum
vlla cōpositione, non habens initium durationis neq; ter-
minum, nō visibile, non vllō sensu sensibile, atq; ita in cę-
teris omne quod imperfectū est abnegando. Dicimus si-
gnanter abnegando omne quod imperfectū est. Nō enim
omnia debent à Deo abnegari, quæcūq; possunt in rebus
corporalibus inueniri, sed ea quæ aliquā includūt imper-
fectionē. Non enim dicimus Deum non ens, neq; non in-
telligibilem, neq; non amabilem, cum hæc nullā includāt
imperfectionē. Perfectionis namq; est, esse intelligibile &
esse amabile: quoniam quod non est intelligibile, non est
ens: & quod non est amabile, non est bonum. Sed per ab-
negationē Deo attribuimus, quòd sit non sensibilis: quo-
niam sensibile esse includit imperfectionem. Non enim
sunt sensibilia per se nisi accidentia, neq; per accidens nisi
quæ accidentia in se suscipiūt. Atq; hic modus, per omnis
imperfectionis abnegationem sic Deum cognoscēdi, pro
hoc statu nobis est facilimus & familiarissimus: quemad-
modū pulchre id declarat diuinus ille Theologorum fa-
cilè princeps Dionysius Areopagita, in iis quæ super Diui-
nis nominationibus descripsit. Alius est modus, quo
Deum cognoscimus secundum superexcellētiā, vt cū
ex re quam conspiciamus oculis, & vt pulchram atq; ama-
bilem æstimamus per virtutem intellectus agentis, se su-
per huiusmodi phantasma & æstimationem cōuertentis,
efformamus in nobis speciem talis cuiusdam rei quæ sit
summe pulchra, summe iucūda, summe amabilis, summe

Deus cogno-
scitur per
abnegatio-
nem.

Dionysius
Areopagita.

Cognitio
Dei per ex-
cellentiam.

desiderabilis, ita vt nō possit res cogitari pulchrior, neq;
iucundior, &c. Ita cum videntes ignem fortiter agere, &
Solem potenter in his inferioribus & mirabiliter operari
ex phantasmate huiusmodi per virtutē agētis intellectus
efformamus in nobis speciem alicuius rei maximē actiue,
ita quōd nulla res possit esse æque actiua, & ipsa sit omni-
bus magis actiua. Sic ex re modicæ durationis intelligi-
mus ens maximæ & longissimæ durationis, ex re modicæ
perfectionis rem maximē perfectionis, cui nulla dari pos-
sit res æque perfecta, & quæ omnibus aliis est perfectior:
sicq; in omnibus aliis conditionibus, quas in creaturis co-
gnoscamus aliquid perfectionis habentibus. Et horū ferē
modorum altero cōparatur in nobis omnis quæ de Deo
naturaliter contingere potest cognitio.

*Quomodo Deus cum secundū se maximē sit intelligibilis, à no-
bis tamen difficilime cognoscatur.* CAP. X.

NOtandū tamē quōd huiusmodi cognitiones nō sunt
intellectui humano secundū suam excellentiā sim-
pliciter naturales, sed tantū propter colligationē cū hoc
corpore, pro statu isto, in quo nihil potest intelligere nisi
ex sensibilibus & phantasmatibus. Alioqui ipse Deus per
semetipsum est maxime ab intellectu perceptibilis, &
post Deū Angelicæ creaturæ magis sunt quàm corporeæ
intellectu perceptibiles. Cū enim ens siue verū (quæ ad-
uicē cōuertuntur) obiectū sit intellectus, quēadmodū col-
lor visus cōsequitur, quo vnū quodq; habet perfectiorem
entis naturā & perfectiorē entitatē, eo magis esse ipsum
perceptibile intellectu, quēadmodū id quod maxime ha-
bet coloris naturā (id est, perfectissimus color) per se est
maxime visu perceptibile: itē & maxima perfectissimaq;
lux, quantū est ex parte sui, maxime est visibilis. Verū si-
cut in his sensibilibus nō semper id quod ex se maxime vi-
sibile est, potest maxime à sensu videri, propter imperfe-
ctionē organi, vel debilitatē sensuū, vt maxima & fulgi-
dissima lux Solis minime potest ab homine videri, nō qui-
dē ex parte ipsius huius lucis, qua nihil est magis per se vi-
sibile, sed ex imperfectione visus nostri, qui tam excellēs
sensibile non potest ferre. Ita profecto nobiscū quantū ad
intellectū res habet, donec sumus in corpore mortis hu-
ius. Corpus enim hoc quod corrūpitur (iuxta Sapiētis ver-
bum

Deus per se
maxime co-
gnosibilis
est ab intel-
lectu.

bū) ag-
sum mu-
xime si-
se mini-
intelli-
minime
spertili-
noctis:
humani
in aqua
tam lucē
ita lucē
speculo
do reprē-
est, quo
Apostol-
manifest-
autem
cogniti-
mundi,
piterna
quaquā
quibus
exercita
materia
vt nō es-
lumini
aliud sp-
lis effici-
non solu-
te incip-
enim sa-
propter
oculū al-
magnæ
nisi in ir-
iam pos-
perno a-
ctu pass-
uerlionē

bū) aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē. Tametsi enim Deus ipse per se maxime sit intelligibilis à nobis corporea autē creaturæ per se minime: nos tamen e contrario, quod maxime per se est intelligibile, egerime, difficilimeq; intelligim^o, quæ verò minime, multo facilius. Similes enim sumus noctuis & ve spertiliōibus, quæ lumē præclarū diei ægerime cōspiciūt, noctis autē tenuissimo lumine gaudēt. Et quemadmodū humanus visus melius faciliūsq; Solis imaginē contuetur in aquā relucētē, quā Solē ipsum in sua substātia, eò quòd tam lucidos radios directē in se reflexos nō ferat oculus: ita lucē illā beatissimā primo ex se intelligibilē, melius in speculo & in sua imagine (id est, in creaturis) aliquo modo repræsentatā quàm in se ipsa cognoscimus. Hoc enim est, quod de sapientibus quibusdā Romanis scribens ait

Apostolus: *Quod notum est* (inquiens) *Dei, id est, de Deo manifestū est in illis. Deus enim illis manifestauit. Volens autem explicare quomodo illis Deus sui manifestasset cognitionem, subiungit. Inuisibilia enim Dei, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur: sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Hæc enim sensu nequaquā perceptibilia, per creaturas & in creaturis velut in quibusdā speculis, intellectus eorū perspicax & admodū exercitatus in depurandis phātasmatibus & abstrahendis materialibus cōditionibus, quantū opus erat cognouerat vt nō esset eis relictus excusationis locus. Cū verò huic lumini naturali intellectus agentis, additum fuerit lumē aliud spiritualis gratiæ, missum de super, tum verè mirabilis efficitur intellectus ipsius agētis perspicacitas, ita vt iā non solū in speculo creaturarū, verū etiam aliqua ex parte incipiat in semetipso Deus ab homine cognosci. Est enim sancti spiritus gratia intellectui agētis in adiutoriū, propter nimiam ipsius solius debilitatē, quemadmodū si in oculū aliquem infirmū aquam infundas rofaceam, vel aliā magnæ virtutis, quæ oculū prius Solis lumen nō ferentē nisi in imagine (vt in aqua vel speculo) ita cōfortet, vt eū iam possit in sua rota contueri. Cū autem tali lumine superno a diutius fuerit intellectus agens, poterit in intellectu passibili efformare Dei similitudinem, absque conuersione ad phantasmatā: conuertendo scilicet sese ad*

Roma. i.

*Quantū in
intellectui pro
ficiat adue-
niēs gratia
spiritus san-
cti.*

ipsum Deum: quod alioquit ali non adiutus lumine, minime valeret: quemadmodum oculus sic aliquo auxilio confortatus, non per conuersionem ad Solis imaginem vltra acciperet speciē eius. sed per conuersionem ad ipsummet solem in sua substantia & fulgore. Et in futuro, quando olim perficietur in nobis lumen istud supernaturale, quod nunc per spiritum diffunditur in electorum cordibus, fidei ænigmatica obscuritate conuersa in claritatem aperta visionis, perfectissime tunc deum absq; mentis reuerberatione contuebimur, facie ad faciem sicuti est: tanquam si vsque adeò hominis confirmetur oculus, vt directissime possit aciem visus in rotam Solis, in tota sua virtute per meridiei tempus relucētis intendere absque vlla reuerberatione. Et commutabitur tunc quidem in nobis ordo intellectus modo mirabili, vt quomodo nunc primum intelligibile. Solem æternum & incorporeum, in corporeis imaginibus tenuiter cognoscimus, ita tunc e contrario corporea omnia in illa corporea luce contueamur. Omnia nanque in eo vt in speculo perfectissimo videbimus, & multo perfectius videbimus, quàm ea in semetipsis valeamus cognoscere, quemadmodum etiam omnia in deo perfectius existunt, quàm in semetipsis. Sed nos iam ab hac profundissima Theologia pedem retrahentes, ad reliqua intellectus agentis describenda officia stylum reducamus,

Quomodo intellectus aliquando singulariter, aliquando vniuersaliter intelligit. CAP. XI.

Habet autem intellectus varias in sese operationes. Intelligit enim singulariter aliquando, aliquando vniuersaliter, aliquando concretè, aliquando abstractè. Et secundum hæc,

Diuiditur cognitio intellectiua in singularem & vniuersalem, cōcretam & abstractam. Et si mēbra ista adinuicem voluerimus cōmiscere, quædam est cognitio abstracta singularis, quædam abstracta vniuersalis, quædam concreta singularis, quædam concreta vniuersalis.

Cognoscit intellectus singulariter, quando notitiã for
mat

mat in
señtat
gulari
riter i
mo, i
lari no
tur au
nem in
tantū
lectum
cognit
gnitio
intelle
intelli
lare m.
est, qu
verò n
verum
est, qu
intelle
turam
Intelle
tat sen
potent
magis
& per
prie di
qua sen
commu
te intel
non co
secund
singula
non se
intellig
est, & c
larem f
tudinē
autē int
notitia

mat in seipso, vnius alicuius rei singularis tantum repræ-
sentatiuam, & nō alicuius rei cōmunis nēq; plurium sin-
gularium simul: vt est notitia qua hunc hominē singula-
riter intelligo quæ in voce respōdet huic dictioni, hic ho-
mo, vel Ioannes. Vno enim conceptu, vnāq; notitia singu-
lari non potest nisi vna res singularis repræsentari. Viden-
tur autē dicere nōnulli, quod intellectus talem operatio-
nem in se nō habeat singularē, existimātes hoc ad sensum
tantū pertinere, cognōscere singularia singulariter, intel-
lectum autē nō cognōscere singularia singulariter, id est,
cognitione singulari, sed vniuersaliter tantū, id est, in co-
gnitione vniuersali. Probabilius tamen est & verisimilius
intellectū etiam singulariter (vt diximus) posse singularia
intelligere, & primā intellectus cognitionem esse singu-
larem. Differentia autē inter sensum & intellectum hæc
est, quod sensus solū singulariter apprehēdit. Intellectus
verō non dico non singularitet, sed non solū singulariter
verum etiā vniuersaliter cognōscit. Tamen hoc notandū
est, quod licet notitia singularis pro statu huius vitæ sit in
intellectu prior tempore, secundum tamen intellectus na-
turam, infima est. Multo enim digniori fungitur officio
Intellectus, quando efficit in seipso operationem qua supe-
rat sensum, quam tunc cum efficit eā in qua cū inferiori
potentia sensitua cōmunicat. Vnicuiq; enim re illa actio
magis secundū suam naturā cōpetit, quæ ei est peculiaris,
& per quam distinguitur ab aliis. Quapropter magis pro-
prie dicitur operatio intellectus cognitio vniuersalis, in
qua sensum excedit, quam singularis, in qua cum eodem
communicat. Et secundū hunc modum recte salua veritate
intelligi possit prædicta positio, dicentium intellectum
non cognōscere singulariter, intelligendo intellectum
secundum suam naturam & propriam conditionem non
singulariter cognōscere. Veluti si dicamus hominem
non sentire, aut sentire non esse humanā operationem,
intelligendo de operatione hominis secundū quōd homo
est, & cætera animalia superat. Hanc autē notitiam singu-
larem facillime intellectus in se efformat, propter simili-
tudinē maximā phantasmatis & talis notitiæ. Cognōscit
autē intellectus vniuersaliter, quando in se ipse efformat
notitiam nō vnius alicuius indiuidui, sed pluriū simul re-

Cognitio in
tellectua
singularis

Discrimē in-
ter sensum
& intelle-
ctum.

Cognitio in-
tellectua
vniuersalis.

præsentatiuam, vel vnius alicuius rei communis, in qua plura singularia conueniunt. Talem autem cognitionem intellectus agens format in intellectu passibili, per abstractionem à conditionibus materialibus, depurando videlicet speciem, quæ sit notitia singularis, à conditionibus huiusmodi indiuiduantibus: quæ species sic depurata & abstracta repræsentat intellectui non rem vnã singulariorem, sed rem aliquam communem, in qua multa conueniunt singularia, & simul omnia singularia quæ in communi illo conueniunt. Quod vt fiat clarius, subiiciemus manifestum exemplum. Cum enim huic hominem (vt pro te Ioannem) singulariter intelligo, non simpliciter in eo naturam humanam considero, sed tale indiuiduum sub conditionibus singularibus indiuiduantibus, quod hic est, & nunc, & talis coloris, ac tali dispositione dispositum, intelligo: & in quocunque hæc eadem conditiones indiuiduantes non reperiuntur, id non simul eadem notitia intelligo. Et cum conditiones indiuiduantes non nisi in isto singulari inueniantur, ideo hoc solum indiuiduum tali notitia singulari intelligo. At vt rō cū intellectus agēs super hæc notitiã eiusq; speciẽ se conuertens, incipit speciem illam atque notitiã depurare ab eiusmodi conditionibus particularibus, adiiciens quicquid est singulare, & solum ipsam spectans quæ est in indiuiduo, naturam humanam, ita efformat speciem intelligibilem cognitionis vniuersalis effectiuam, quæ ipsam humanam naturam repræsentat, & generaliter omnia quæ in hac natura conueniunt. Experimur autem hoc manifeste in nobis, frequenter ex singulari notitia formari cogitatum vniuersalem, singulari omiſsa: quemadmodum si ambulantes nobis per plateam contingat videre in fenestra sedentem simium, primum quidem indubie notitiã singularem huius simiã quam videmus accipimus: mox verò abstractentes à conditionibus indiuiduantibus, de simia generaliter cogitare & loqui incipimus, mirabile animal esse simiam, & simiam esse imitatricem humanorum operum, simiam vultum habere vultui humano persimilem, & in multis gestibus admodum videri rationi propinquã, atq; alia huiusmodi cogitamus ac dicimus, nihil tamen ultra in particulari huius conspectæ simiã mentionẽ facientes.

De
I
N
tit
su
tu
Ve
nem,
natur
cū na
explic
nem,
dulce
beos n
cretiu
sensus
hendi
bum i
lorem
nisi ra
se & si
singul
niã ani
Nequ
minu
si qua
sione p
videre
stantia
tiliore
iecto a
rei vid
cedit, n
singula
no, que
Cogn
fcp
ria,
aut

De notitia concretiva & abstractiva. CAP. XII.

Interdum vero intellectus in seipso format no-
titiā concretivā, cum videlicet simul &
subiectum & formam vel indiuiduum, & na-
turam, vna notitia apprehendit.

Notitia cō-
cretiva.

Vt cum intelligimus hoc album, hoc dulce, hūc homi-
nem, hanc simiam, &c. In his enim non aliqua forma, vel
natura sola, sed pariter subiectū cum forma, & indiuiduū
cū natura, vna notitia apprehenditur. Nam hoc album si
explicetur, tantum valet, quantum hæc res habēs albedi-
nem, vel hanc albedinem: & hoc dulce, hæc res habens
dulcedinem, vel hanc dulcedinem: hic homo, hæc res ha-
bens naturam humanam: atq; huiusmodi sunt notitiæ cō-
cretivæ singulares. Talis autem est, omnis apprehensio
sensus. Non enim visus hunc colorem separatim apprehē-
ndit, absq; subiecto in quo est: sed ipsum subiectū vt al-
bum intelligit, id est, hoc albū. Visus enim rē habentem co-
lorem apprehendit, non separatim colorem: tamen si non
nisi ratione coloris ipsum videat: sicq; color id quod per
se & sui ipsius gratia percipitur. Quod autem sensus ita
singulariter cōcretivè cognoscat, argumentum est, quo-
niā animalia de coloratis rebus iudicant: nō de coloribus.
Neque de sono, sed de rebus sonantibus. Vnde pleriq; ho-
minū nesciūt omnino, an sit color, vel sonus, vel odor. Et
si quæras ab homine solo sensu vteute, quid videat, respō-
sione prōptissima mox respōdebit, se hanc rem, aut illam
videre, vt pote arborē, aut domum, aut similit̄ aliquā sub-
stantiam, nō autē ipsum assignabit colorē. Nisi forte sub-
tiliores aliqui, nō ex sensu, sed ex intellectu colorē à sub-
iecto abstrahentes, respondeant se colorē huius aut illius
rei videre. Verū hæc respōsio manifeste ex intellectu pro-
cedit, non ex sensus iudicio. Ex quo patet, quòd cognitio
singularis concretiva, omnium infima est intellectus opera-
tio, quoniā in ea (vt suprā diximus) cum sensu cōmunicat.
Cognitio autem abstractiva est, qua intellectus
separatim ipsam formā intelligit absq; mate-
ria, vel sine subiecto in quo secundū rē existit,
aut naturam absque indiuiduo in quo est.

Sensus noti-
tia est con-
cretiva.

*Cognitio ab
abstractiua.*

Habet enim hæc vim intellectus agēs, vt ex cognitione concretiuæ representāte subiectum simul & formā possit formare speciē solius formæ representatiuam, per quā distincte ac separatim formā possit intelligere absq; subiecto. Talis est cognitio quā cognosco hanc albedinē, hunc sonū, hūc odorē. Et in hac notitia exceditur sensus ab intellectu, quoniā sensus nequit à materia abstrahere, sed solius est intellectus hoc officiū. Et licet superius dictū sit phāsticæ virtuti cōuenire compositionē & diuisionem, nō tamē diximus illi omnē diuisionē cōuenire. Potest enim (vt diximus) species in imaginatiua seruatas rerū in exterioribus sensibus perceptarū simul cōponere adinuicem & diuidere, vt humano capiti ceruicē equinā iūgere, & varias coniungere formas, item hominē sine collo, & sine ventre effingere. Non potest tamē formā à materia, aut accidēs à suo subiecto diuidere, quoniā vna eademq; specie subiectum & accidens, simul vna sensatione percipiūtur. Sicut autem exemplis iam declarauimus cognitiones intellectiuas singulares, quasdam esse concretiuas, quasdam abstractas: ita & de vniuersalibus est intellectiōibus dicendū.

*Cognitio cō-
creta vni-
uersalis.*

Interdum enim vniuersaliter & cōcrete intelligimus, quando videlicet nō ipsam communem naturam seorsum & diuisim, sed pariter cum illis in quibus inexistit, intelligimus.

Vt cum intellectus in se ipso generalem hominis facit notitiam, cogitando non de aliquo particulari homine singulariter, neq; etiā de ipsa in se humana natura, sed generaliter de eo quod in se habet humanam naturam. Homo enim si resoluator, valet habēs humanā naturam, vel indiuiduum humanæ naturæ. Item cum generaliter albi formamus notitiam, non huius albi particulariter, neque albedinis ipsius abstractæ, sed generaliter albi huiusmodi notitiæ vniuersales sunt & concretiuæ.

*Cognitio
vniuersalis
abstracta.*

Vniuersaliter verò & abstracte intelligimus, cum ipsum illud cōmune, in quo multa particularia cōueniūt cognoscimus, absq; cointellectione eorum in quibus cōmunis talis natura existit.

Vt

Vt
homin
homin
nes co
gnitio
nem in
abstra
quoniā
ter dici
ctā, vid
ptus ge
concre
est, ad
particu
citur na
albedin
quam a
habet h
ticulare
nis est c
ra illa i
& notit
tum ad
tem qu
muni a

Qu

Q
admod
illa qua
auellit
mul rep
present
commu
nendo: c
formam
Cum at
ab i

Vt cum absolute humanā naturā cogitamus, de nullo homine cogitantes, sed tantū ipsam naturā illam omnibus hominibus communē (in qua omnes particulares homines conueniunt) in semetipsa cōsideramus, huiusmodi cognitio utiq; abstracta est. Similiter cū in generali albedinem intelligo, non facta cōparatione ad aliquid cui insit, abstracta quodāmodo cognitio est, quātum ad subiectū: quoniā videlicet nullum subiectū cointelligitur. Signanter dicimus talem cognitionē esse quodammodo abstractā, videlicet quantū ad subiectū. Nam albedinis conceptus generalis non penitus abstractus est, sed est partim concretus, cōparatione videlicet ad sua indiuidua, id est, ad particulares albedines. Quomodo enim omnes particulares homines in vna natura conueniunt, quæ dicitur natura hominis vel humana, sic omnes particulares albedines conueniunt in vna communi natura specifica, quam appellamus naturā albedinis. Quapropter, sicut se habet homo ad sua indiuidua, ita se habet albedo ad particulares albedines. Sicut ergo vniuersalis notitia hominis est cōcreta, eò q̄ simul naturam & ea in quibus natura illa inuenitur particularia indiuidua repræsentet: ita & notitia cōmunis albedinis simpliciter cōcreta est quantum ad indiuidua, id est, hanc & illam albedinem, non autem quantū ad subiectū. Illas enim simul cū natura cōmuni albedinis repræsentat, à subiecto autem abstrahit.

Quare dicantur abstracta concreta, & de duplicibus abstractis.

CAP. XIII.

Quare autem huiusmodi notitiæ dicuntur abstractæ seu concretæ, aut abstractiue, vel concretiue, nō admodum obscura ratio est: quoniam videlicet notitia illa quæ abstracta dicitur vel abstractiua, abstrahitur, & auellitur à subiecto, ita vt formam repræsentans non simul repræsentet subiectum: vel naturam communem repræsentans, non simul repræsentet singularia, quæ in ea communicant. Concreta autem notitia dicitur, à concernendo: quòd simul respiciat siue concernat subiectum & formam, vel indiuiduum & naturam.

Cum autē fit omnimoda abstractio, tam scilicet ab indiuiduis quàm à subiecto, talem notitiā.

*Abstractio
vltima ab-
stractione.*

appel

appellant abstractam vltima abstractione.

Quid nō vltima. Cuiusmodi est notitia humanitatis, quæ magis nō potest abstrahi, & post quam notitiam non potest fieri vltior abstractio. Aliam dicunt notitiam abstractā abstractione non vltima, cuiusmodi est notitia communis albedinis, quæ licet à subiecto sit abstracta, nondum tamen à singularibus: & ideo potest fieri vltior abstractio, dicendo, natura albedinis: quā proprio nomine effecto non male appellant (ad rei significationē commodius exprimendā) albedineitatem. Hæc autem abstractio est vltima, post quam nequit fieri vltior. Secundū prædictā verò considerationē etiam dialectici abstracta aut cōcreta appellāt sua vocabula, iuxta quod abstractiuam vel concretiuā habent significationē: vt nomen albus concretū appellant, albedinē verò abstractū, sed abstractione non vltima: humanitatē autem vel albedineitatē, abstractione vltima. Quo verò modo & qua ratione id fieri possit, vt intellectus agens circa idem phantasma operans, & ad idem penitus phantasma se cōuertens, possit in se formare ita diuersas notitias (videlicet modo abstractiuam, modo concretiuā, modo vniuersalem, modo particularem) tametsi difficile captu videatur, per exemplum tamē sensibile luminis super colorem cadētis, vtcunq; poterit fieri manifestum. Quemadmodum enim in splendidis columbæ pennis, diuersas contingit apparere colorum differentias, iuxta quod lumen super ipsas diuersimode cadit, & iuxta quod oculi ad ipsum respectus siue cōuersio variatur: ita existente in phantasia eodem phantasmate, intellectus potest vario modo se ad ipsum conuertere, & velut modis variis ipsum illustrare, iuxta quod intelligere vult, vniuersaliter vel particulariter, abstracte vel cōcrete: atque ita secundū variā hanc conuersionē, varias producit species in intellectu passibili, variasq; notitias efformat.

De memoria intellectiua.

CAP. XIII.

Quemadmodū autē in rebus naturalibus videmus, id quod à forma in materia efficitur, à materia & in ea cōseruari: itemq; in sensibus iam suprā ostendimus, species sensibiliū exterioribus sensibus perceptorū, in imaginatiua seruari, & intentiones phantasticæ virtutis in memoria

mori
non
sucep
vt po
tellect
volue
specie
per no
ad eur
vel in
rafiari
produ
conue
mine p
quod
qua su
gano
alia m
phāta
liū ab
seruat
stimat
enim f
intelle
foret
uari in
simā
res sur
seruar
ctui se
do, ide
pellari
uit, &
sensiti
ferent
possit
memo
admo
corpor
ua aut

moria sensitiva: ita de intellectu passibili dicendum est, quod non solum specierum sit ab intellectu agente productarum susceptivus, verum etiam susceptarum conservativus: ita ut possit species intelligibiles (etiam cum actu non fit intellectio) in se referuare, ad quas cum intellectus agens se voluerit convertere, fit intellectus in actu, per eiusmodi species non de novo formatas, sed in ipso servatas, tantum per novam conversionem intellectus agentis super ipsas, ad eum modum quo phantasia cum se convertit super species vel intentiones servatas in memoria, efficitur in ipsa phantasia atque aestimatio, absque nova speciei vel intentionis productione, tantum per veteris resumptionem & novam sui conversionem. Et haec est intellectiva memoria, quae in homine ponitur. Omnino enim necessitas cogit fieri nos, quod sit in homine praeter memoriam illam sensitivam (de qua supradictum est priori libro quae suam sedem habet in organo corporeo, videlicet in posteriori ventriculo cerebri) alia memoria, tanto superior quanto intellectus superior est phantasia, pro conservatione videlicet specierum intelligibilium ab agente in intellectu efformatarum, sicut illa est conservativa intentionum phantasticarum, & sensibilem ab aestimativa siue phantastica virtute elicitarum. Impossibile enim foret, species intelligibiles (quibus mediatis sunt intellectus operationes) servari in organo corporeo, sicut foret impossibile, species sensibiles siue intentiones conservari in intellectu. Sunt enim haec crassiores, quam ut altissimam intellectus potentiam possint ingredi: & illae nobiliores sunt, quam ut in corporea crassa & materiali possint servari. Et quoniam haec memoria secunda nobilior intellectui servit, intelligibiles species & intentiones conservando, idcirco ad differentiam alterius memorativae virtutis appellari solet memoria intellectiva, ut illa a sensu (cui servit, & cui species intentionesque retinet) dicitur memoria sensitiva, vel corporea. Estque inter has duas memorias differentia tanta, ut possit altera a corpore separari, altera non possit. Quae enim corporeum habet organum, & sensitiva memoria dicitur, deficiente corpore, & ipsa deficit, quemadmodum caeterae illae omnes potentiae quae organa habent corporea, simul cum corpore creduntur interire. Intellectiva autem memoria corpore moriente, in anima permanet, &

*Memoria in
intellectiva.*

ea quæ seruat nõ perdit, sed retinet: eò quòd im materialis sit potentia, & nulli corporeo organo alligata. Neutra autem harũ duarũ memoratiuarum viriũ sola homini sufficeret, pro statu huius vitæ, propter duplicẽ in homine cognoscitiuam virtutẽ, sensitiuam scilicet & intellectiua. Propter quod, duplici etiã memoratiua opus erat. Neq; enim memoria sensitiua posset intelligibiles species cõseruare, neq; intellectiua species intẽtiõesq; sensibiles.

*Dubitatio
de memoria
intellectiua.*

An memoria intellectiua distinguatur ab intellectu. CAP. XV.
Ceterũ, an hæc potẽtia, de qua nũc loquimur: intellectiua videlicet memoria, verè realiter, distinguatur ab intellectu passibili, id profecto difficultate non caret. Sũt enim in vtrãq; partẽ probabiles rationes. Pro distinctione enim reali facere videtur, qd cõseruare & suscipere in sensibus nusquã videtur ad eandẽ potentiã pertinere. Sensus enim exteriores recipiunt primo, & ab illis sensus cõmunis. nõ autẽ cõseruãt: sed habet imaginatiuã cõseruantem. Itẽ æstimatiua (quæ recipit in se ipsa intẽtionẽ, quas elicit ex speciebus imaginatiuæ) adiunctã habet cõseruatiuã memoriã. Et certũ est in sensitiuis potẽtiis, memoriã cõseruantẽ realiter distingui ab æstimatiua. Videtur ergo (nisi ratio possit dissimilitudinis debita assignari) etiã ita de intellectu & intellectiua memoriã dicendũ. Præterea, si species intelligibiles cõseruarentur in ipsomet intellectu, non indistincta potentia: quæ esset causa, quur nõ semper intellectus intelligeret actu omnia quorũ haberet species? Tunc enim fit sensus in actu, quando habet in se speciẽ sensibilem. Itẽ, quomodo nõ impediretur intellectus à recipiẽdis nouis speciebus & cõparandis notitiis nouis rerũ nõ antè cognitarũ, cũ plenus esset speciebus apud se cõtentis? Nã intus existẽs prohibet extraneũ. Item, quomodo saluabitur in homine ratio imaginis, quæ secũdũ tres istas potẽtias, memoriã, & intellectũ, & voluntatẽ, solet in homine ab orthodoxis patribus assignari, si eadẽ est memoria cũ intellectu? Hęc fere sunt quæ pro diuersitate solèt adduci. In cõtrariã autẽ partẽ, pro idẽtitate reali multũ cõsideratiõẽ nostrã mouet nobilitas intellectus humani, qui p se videtur sufficiens ex sua natura ad fungẽdũ officio illo, cuius gratia alij volũt nouã ponere potẽtiam. Et quia nõ est absq; necessitate vel

Opinio cõtraria.

utilit

utilitate euidēti constituēda pluralitas, si omnia cōmode saluari possint absq; reali distinctiōe, videbitur id magis ad nobilitatē humani intellectus pertinere, q̄ talis interi-
matur distinctio. Suprà enim ostendimus quāto pauciori-
bus potentiis, & formis res qualibet artingit maiorē per-
fectionē, tanto eam esse nobiliorē. Vnde si eadē omnino
& tota perfectio dicatur homini conuenire per duas has
tantū potentias, quā alij per tres illas realiter distinctas di-
cūt cōuenire, aliquo gradu eleuatur dignitas animæ ra-
tionalis. Illa verò quæ pro reali diuersitate obiecta sunt,
facile vidētur congruis respōsionibus dissolubilia. Facile
enim qui pro idēitate loqui voluerit, respōdebit intelle-
ctum ob suā perfectionē id habere peculiare (quomodo
multa alia habet etiā maiora) vt simul & suscipere in sese
& cōseruare in semetipso possit, tãctsi id in sensitiuis viri-
bus minime inueniatur. Itēq; p̄fectioni adscribi poterit
intellectus, q̄ species priores cōseruare possit absq; pro-
hibitione aduenientiū. Nā intus existēs cōseruare prohibere extra-
neū, manifestū est de corporeis intelligi. In spiritalibus
nanq; mille angeli in loco aliquo existētes, nō impediunt
quin & alij mille adueniāt in eodē penitus loco. Itē quod
obiiciūt, intellectū semp fore in actu p̄ illas species quod
semp eas haberet præsentes, respōdebūt alij, malo inferri
cōsequio. Nō enim sufficit speciei inexistentia, nisi fiat in-
tellectus ad ipsam speciē conuersio. Imò & in sensu exte-
riori contingere potest, vt speciei in oculo recepta, nō fiat
actu visio. Ratio quoq; imaginis per distinctiōne ratio-
nis satis potest saluari, vt illa rationis diuersitas q̄ est inter
memoriā & intellectum absq; differētia reali, similitudo
quædā sit diuersitatis personalis, quæ est inter patrē & fi-
liū absq; distinctiōe essentiali. Vel assignabitur trinitatis
imago in memoria, intelligētia (id est, actu intellect^o qui
ex memoria gignitur) & amore ad intelligētiā ex memo-
ria consequente. Nos verò impræsentiariū nihil super hac
re firma asseueratione definire volumus, cōtēti, dubiū &
dubij causas proposuisse: tãctsi ex præcedenti capite nos
idēitati magis fauere indicauerimus. Hoc tantū certum
relinquimus, intellectuam memoriā esse ponendam.

*De multis, in quibus, ratione intellectus, homo cetera excellit
animalia.*

CAP. XVI.

Quan

*Solutio obie-
ctionū prio-
ris opiniois.*

Quanquā ex prædictis liqueant quædā præcellentia, quibus superat homo ratione intellectus cætera animalia, utpote quod intellectus in seipso possit efficere species omnium rerum intelligibiliū, cum nō possit sensu efficere in se species rerum sensibiliū, item quod possit vniuersales & abstractiuas notitias in seipso formare, quod nō potest sensus, & alia quædā huiusmodi: ad pleniorē tamē intellectus naturalis naturæ cognitionē, volumus & alias quædā hominis excellētias super animalia cætera distinctius aperire, quæ illi ratione intellectus cōueniūt. Inter quas vna nō minima est, quod homo nō solū voces audire potest, sed vocū etiam significationē percipere, resquē significatas per ipsas voces apprehēdere. Id enim nulli aliorū animalium præter quā homini datū est. Bruta namque animalia voces quidem audire possunt, ut sunt quidā soni (nimirum quomodo alios sonos rerum audiunt inanimatarū) significationes autē vocū nō percipiunt, vocū dico ad placitū significantiū. Et licet vocū quarundā videantur significationē percipere, ut gallinæ, cū certa acclamatione ad pastū vocātur, equi, cū in curru certis aurigæ vocibus, vel procedūt, vel sistūt gradū, item canes, cū suis nominibus, quibus appellari solent, à suis domesticis vocati accurrūt, nō est quod significationē intellectu percipiant, sed quia per consuetudinē hoc ita est illorū phantasia impressum, ut cū talia audiant nomina, debeāt vel accurrere, vel fugere, vel procedere, vel figere pedē. Quod autē nō percipiāt hæc animalia significationē vocū huiusmodi, manifesto probatur indicio in canibus illis quos sic edoctos videmus, ut nihil accipiant cibi, nisi quod nomine certæ personæ, aut certarū personarū eis porrigitur: quæadmodū sub nomine Cæsaris, aut Regis, aut alterius alicuius, cuius nomē fuerit ipsoꝝ impressum phāta sit. Cū enim cibū oblatū (audito nomine Cæsaris, vel Regis illius in cuius nomine institutus est) acceperat, ac māducat caniculus, nō hoc inde est quod intelligat quid nomine Cæsaris aut Regis significetur. Neque enim quid Cæsar sit, neque quid Rex, nouit, neque minus sub trunci aut vespertilionis nomine faceret, si sic esset institutus. Sed propter consuetudinē multis verberibus & multa ieiunij maceratione acquisitā in æstimatiua ita naturaliter mouetur ad certas actiones ad quas fuerit edoctus.

Solus homo, vocū significatōnes percipit.

Nota de canibus edoctis.

edoct
 vocis
 factio
 pronu
 intell
 positi
 cum a
 edoce
 homin
 sit vo
 catio
 ra inte
 ficant
 laxare
 eisdem
 omnia
 ficant
 prædit
 rum v
 sunt sig
 est nat

EX
 so
 lumqu
 doceri.
 qua ad
 cens pr
 pit à do
 propor
 notitia
 ctor &
 bile est
 mone I
 Latine
 De m
 vnus al
 specie i
 ni pro

edoctus, siue verius assuefactus: non autem, quod vllam vocis significationem percipiat. Et quomodo per assuefactionem fieri potest, vt irrationalia quædã certas voces pronunciare discant, nequaquã autem vt quod proferunt intelligant, aut significationẽ vocis percipiant: ita in proposito licet per assuefactionẽ instituantur ad certarũ vocum auditum hoc vel illud agere, non tamen possunt ita edoceri, vt significationẽ vocis intelligant. Hęc ergo est hominis præcellentia (ratione intellectus) vt solus possit vocum ad placitum significantium percipere significationẽ. Quod autem de voce dicitur, idẽ & de scriptura intelligitur. Imò & de nutibus certis ad placitum significantibus, quibus homines mutos, vel linguã ad verbera laxare nolentes videmus sui animi conceptũ exprimere, eisdem loco vocum aut scripturarum vtentes. Hęc enim omnia, scilicet voces, scripturæ, nutus, ad placitum significantes, nõ nisi illis cõueniunt in vsu quæ intellectu sunt prædita. Quæ autem sensum tantum habent, non nisi illarum vocum significationes percipiunt, quæ naturaliter sunt significantiæ, aut quæ ex consuetudine (quæ altera est natura) aliquo modo eis significant.

Quod solus homo docere vel doceri possit, deque duplici magisterio.

CAP. XVII.

EX quo deinde alia cõsequitur hominis præcellentia, solũ videlicet hominem esse capacem disciplinæ, solũque hominem inter omnia animalia posse docere, vel doceri. Omnis enim instructio fieri debet per signa aliqua ad placitum significantia, quæ dum ex parte vna docens proponit discipulo, & ex parte altera discipulus accipit à docente, percipitq; significationes signorũ quæ ille proponit, ita in intellectu cõparat sibi rei quam docetur notitiam. Vnde nisi signa aliqua communia habeant doctor & discipulus, quæ ab utroq; intelligantur, impossibile est fieri doctrinationem. Veluti si doctor vtatur sermone Indico, aut Arabica scriptura, cum docẽdus nõ nisi Latine nouerit, impossibile erit sic doceri discipulum.

De modo tamen docendi notandũ est, quòd cum homo vnus alterum docet, ipse docens non format in discipulo speciẽ intelligibilẽ rei quã ipsum docet. Est enim id homini pro hoc statu impossibile, vt per suã actionẽ imprimat

*Quomodo
homo homi-
nem doceat.*

speciem, vel cognitionē in intellectu alterius. Sed docens tantum ministrat. discipulo, vnde sibi former speciem rei quam ipsum docet, & vnde intellectus ipse agens in passibili efformet notitiā eius rei quā docet doctor. Volumus autem hęc intelligi de instructione illa, qua homo hominem docet, nimirum quod homo docens non possit in intellectu discipuli speciem imprimere, neq; notitiā efficere, signisq; egeat quibusdā, vt per illorum ministeriū docere possit (velut mediate) discipulum. Deus enim benedictus cū intellectu nostro infederit, per fidē (iuxta Apostoli vocem) in corde nostro inhabitans, verē efficere potest in nobis cognitionē omnium eorum quę ipse nos docere voluerit, absq; vllis signis vocum aut scripturarum. Quia in re patentissima est homini in se formā pro docentis diuersitas, ab eo qui menti insidens hominē docet interius. Ille enim tantū vt minister laborat, intellectui subministrādo vnde sua virtute possit in se formare rerū cognitionē. Hic verō non vt minister, sed vt principalis effector, operatur in nobis rerū cognitionē. Vnde de eo scriptū est, *Qui docet hominē scientiam.* Et iterū, *Vnctio eius docebit vos de omnibus.* Ac rursus ex ore veritatis, *Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis, docebit vos omnem veritatem, docebitq; vos omnia quęcumq; dixero vobis.* Nam (iuxta beati Gregorij sententiā) mox vt tetigerit mentē spiritus, docet: solumq; tetigisse, docuisse est. Neq; vllis eget doctor iste signis, quibus hominē doceat: cū homo hominē docens egeat vocibus, vel scripturis, vel vt minimū nutibus. Cuius quidem diuersitatis causa oritur ex prædictis. *Quia enim Deus interius docens, per semetipsum efficit cognitionē veritatis, idcirco signis non eget ministerialibus.* Homo verō qui per se nō potest agere in intellectu alterius, signis eiusmodi indiget, quibus velut ministerialiter in altero cognitionē alicuius veritatis inducat. Propter quod, verius dixerimus discipulum seipsum docere, quā doceri ab alio, veriūsq; seipsum efficere scientem quā ab alio scientem fieri, cū ipsemet intellectus principalis sit effector talis cognitionis quę in ipso acquiritur, doctor autē exterior tantū ministerialiter cooperetur. Cuius etiā est evidens indicium, quod illos qui boni sunt ingenij & viuacis intellectus, ex

Deus quomodo docet.

Ephē. 3.

Psal. 93.

2. Ioan. 2.

Ioan. 16.

14.

Gregorius.

pa
cogn
minu
ri. Et
omni
pulo
scrip
hinc
rius d
fiat d
cile e
nē do
quā
cellen
aperti
prōpt
lem g
mittit
se sciē
ceptor
per se
efficit
esse im
Per ac
homin
tur De
illud S
neq; h
huius i
dū est d
& prece
gisteriū
lāt, ad
atq; die
institun
latentis
puli aut
doceant
bus vel

paucissima magistri instructione videamus multo maiorem cognitionem rei de qua erudiuntur acquirere, quam alios minus ingenio pollentes ex instructione multo copiosiori. Et in quibusdam frustra omnis impenditur labor, periturus; omnis præceptorum opera, cum videlicet tam est hebes discipulorum intellectus, ut non possint ex vllis vel vocibus, vel scripturis ad scientiam in sese gignendam pertingere. Atque hinc rursus inter docentem extrinsecus hominem, & interius docentem Deum, alia differentia est, quod illi docenti obstat discipuli hebetudo: huic autem non obstat. Tam enim facile est sancto Spiritui, rudissimum maximeque; hebetem hominem docere scientiam suam unctio, suoque; interno magisterio, quam hominem ex naturali dono felicissimo ingenio præcellentem: id quod in piscatoribus & teloneariis Apostolis apertissime ille omnium artifex demonstravit. Videlicet in promptu diuersitatis ratio est, quia docens homo principalem gignendæ scientiæ operationem, intellectui discipuli committit. propter quod si ille impotens fuerit ad formandum in se scientiam ex oblati per instructionem, nihil ultra valet præceptor, impediturque; fructus instructionis eius. Deus autem per se intellectui hominis cognitionem imprimit, & in eo efficit per seipsum, cui nihil est difficile, & cui nulla res potest esse impedimento in sua actione, cum sit eius infinita virtus. Per accidens tamen peccata dicuntur impedire hanc interiorum hominis à Deo instructionem, quatenus videlicet non dignatur Deus in illis operari qui sunt peccatis subiecti, iuxta illud Sapientie. In maleuolam animam non introibit sapientia, *Sapientia.* neque habitabit in corpore subdito peccatis. Quapropter huius internum magisterium super omnia nobis semper optandum est desiderandum, & votis omnibus incessanter postulandum. Et multo melius sibi consulunt, qui per vitam Deo dignam & precem assiduam internum istud sibi student comparare magisterium, quam illi qui maria enauigant & terras perambulant, ad audiendos doctissimos præceptores, vel qui noctes atque dies legentes libris quantumuis eruditissimorum hominum insistant. Tamen si enim (Hieronymo teste) aliquid habeat latentis energiae viva vox, & de præceptoris ore in discipuli aures transfusa fortius sonet, quamuis etiam plurima doceant attentum lectorem scripta doctorum hominum (quibus velut mutis quibusdam præceptoribus in subsidium vel

defectum viuentiū doctorum vtimur)atramen tam illis
 viuis quantumuis eloquentissimis,quā his mutis quan-
 tumuis doctissimis longe fortius, longe efficacius, longe
 celerius, longe facilius, lōge planius ille doctor internus
 operatur in intellectu hominis, cui infuderit cognitionē
 omnis veritatis: id quod in pluribus tā veteris quā noui
 Testamēti patribus euidentissime monstratum est, atque
 etiā nūc quotidie ante oculos cernimus, dum homines nō
 paucos idiotas & simplices, humanæ literaturæ nihil ha-
 bētes, multo limpidiorē, multo solidiorem, multoq; per-
 fectiorē experimur habere veritatis cognitionem, ex in-
 ternæ vnctionis magisterio, quā habeāt ij, qui inter homi-
 nes doctrina habentur celeberrimi. Merito proinde cū
 paruulo illo ouicularū pastore cantantes dicamus, Boni-
 tatē, & disciplinā & scientiā doce me, quia mandatis tuis
 credidi. Et iterū, Reuela oculos meos, & cōsiderabo mira-
 bilia de lege tua. Dirige me in veritate tua, & doce me.
 Vias tuas dñe demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

Psal. 118.

Psal. 24.

*Quod solus homo componat & diuidat, secundum affirmationē
 & negationem.*

CAP. XVIII.

Est præterea homini ex intellectu hæc præcellentia su-
 per animalia cætera, quòd solus ipse componat ac di-
 uidat secundū affirmationem atq; negationē, vnā videli-
 cet notitiā alteri vniendo per verbalem copulam, cogno-
 scendo hoc aut illud esse tale vel tale, vt hominē esse ani-
 mal, animal esse substantiā, Deum esse diligēdum, homi-
 nem non esse equum. Neq; hoc tantum, verum etiam hu-
 iusmodi affirmationes plures aut negationes potestatem
 habet pariter cōiungendi per signa aliqua ad coniungen-
 dum apta, variis modis, iuxta quod ille plures affirmatio-
 nes, aut negationes natæ sunt adinuicem cōnecti atq; cō-
 iūgi, & iuxta quod certā cōnexionē ille voluerit significa-
 re. Cognosco enim per intellectū, quòd homo sit animal,
 & nō sit lapis: cognosco Deum esse summe bonū & sum-
 me honorandū atq; diligendū. Item cognosco quòd ho-
 mo sit mortalis, vel quòd nō sit mortalis, cognosco quòd
 si homo sit animal, sit etiā substantia: & quòd si nō sit sub-
 stantia, nō sit animal. Itē cogitādo plures huiusmodi affir-
 mationes vel negationes, eam quæ consequitur infero ex
 illis ad quas consequitur, formoq; talem apud me cogita-
 tio

tionem. Omnis homo disciplinae capax est: hic homo certe homo est: ergo est & disciplinae capax. Et haec omnia *Nota.* quaecumque homo sic cogitat, potest similiter per intellectum apte exprimere, vocibus ad ea significanda apte effectis, item & scriptura correspondente. Neque ullus potest esse in intellectu cogitandi modus, qualiscumque connexionis, vel copulationis, quem non valeat voce ad hoc aptata aut respondente scriptura exprimere. Si enim cogitet indicatio, habet verba modi indicatiui, quibus exprimat quod intendit verum aut falsum manifestare: si imperatio cogitet: velitque fieri aliquid ab altero, habet modum imperandi: si optatio cogitet, habet modum optandi. Si de tempore praesentis aliquid facere aut fieri cogitet, habet praesentis temporis verba, quibus cogitatum exprimat. Si tempus praeteritum cogitet, habet verba temporis praeteriti: si de futuro, futuri. Si de pluribus cogitet, exprimet per numerum pluralem: si de unico, per numerum singularem. Sic in personis verborum, in casibus nominum, in significationibus adverbiorum, potest atibus conjunctionum, & in ceteris omnibus vocibus quomocumque significantibus, est dicendum,

Quomodo intellectui ratione compositionis & divisionis inest veritas & falsitas.

CAP. XIX.

PER hanc autem compositionem, inest intellectui veritas & falsitas, quae nulli inest alteri inferiori potentiae. Cum enim intellectus format sibi affirmationem vel negationem veram, est in intellectu veritas: cum falsam, falsitas.

Est autem affirmatio vel negatio vera, quando ita in intellectu repraesentatur, sicut est in rebus.

Quod tunc quidem est, cum ea secundum affirmationem coniunguntur in intellectu, quae secundum rerum naturam conveniunt, & eo modo quo conveniunt. Ut cum cogito hominem esse animal, vera est intellectus haec affirmatio, quoniam ita cogito ut res habet. Coniungo enim per intellectum ea quae secundum rei naturam conveniunt. Genus enim iungo speciei, quae secundum naturam ad idem spectant. Signanter vero adiectum est, & eo modo quo conveniunt. Cum enim cogito, omne animal esse hominem, non est in cogitatione ista veritas, quoniam ea quae conveniunt non eo modo compono quo conveniunt. Non enim secundum

totam suppositorū vniuersitatē genus cū specie cōuenit, atq; ideo ita species nō debet componi cū ipso secundum vniuersalem denotationem, cū signo vniuersali, sed tantū particulari. Vera tamen est cogitatio, omnē hominē esse animal: quoniā hic eo modo componuntur, quo secundū rem iuncta sunt, genus & species. Genus enim speciei cōuenit, secundum totam vniuersitatem suppositorum siue singularium. Per oppositū facile liquet, quando fit falsitas in intellectus affirmatione.

Est si quidem cum non ita est in re, quomodo in intellectu operatione esse repræsentatur.

Vt cum hominem esse asinū intelligo, falsitas in intellectu, eò quòd cogitatio, rei non respondet. Non enim ita se res habet. Item cū cogito, omne animal esse hominem. Aliter enim se res habet. Fit autem hoc, cū illa iunguntur per affirmationem in intellectu, quæ secundum rem non conueniunt: vel cum ea quæ cōueniunt, non secundum eum modum iunguntur quo conueniunt, vt est videre in exemplis mox adductis.

Secundū negationē intellectui inest veritas, quando negādo ab inuicem disiungit, diuidit ac separat, quæ secundū rem ab inuicem sunt disiuncta, & eo modo quo disiuncta sunt.

Vt cum intelligo hominem nō esse asinū, veritas inest intellectui: quoniā diuido, per intellectum, quæ ab inuicē secundū rem sunt distincta, & eo modo quo sunt diuisa. Item, cum intelligo quædam animalia non esse homines. Sic enim diuido speciem à genere, quomodo secundū rem diuisa est, videlicet secundū aliquam partem suppositorū generis quæ à prædicata specie omnino sunt separata.

Cum verò diuido intellectu, quæ secundū rem nō sunt diuisa, aut aliter diuido quàm sint secundum rem diuisa, falsitas inest intellectui.

Veluti cum cogitauero hominē non esse substantiam, aut nullum animal esse hominem. Ex prædictis patet, quod veritas & falsitas per se nō sunt nisi in intellectu. Quòd autem affirmationes vel negationes vocales aut scriptas

dic

dicin
vide
veræ
veræ
nega
rò ne
vel fa
affirm
fieri v
tantu
afinus
ua im
muta

Q
tionē
rancia
nem i
scōnu
faciat
uenie
ration
tem se
appra
est qu
profec
hendit
tis, vel
cant r
natura
quasi
iunctio
à lepor
Item,
pus sup
tamen
re seu v
delicet

dicimus veras aut falsas, non nisi per accidens, est quoniã videlicet expressiua sunt vel signifiatiua intellectiõnis veræ aut falsæ: dicunturq; propositiones vocales aut scriptæ veræ aut falsæ, tantũ extrinsece. Ipsa autẽ affirmatio atq; negatio intellectus intrinsece est vera aut falsa. Quod vero nec vocali propositioni, nec scriptæ realiter insit veritas vel falsitas, manifeste patet quoniam potest vocalis ista affirmatiua, qua affirmo hominem esse asinum, ex falsa fieri vera, absq; vlla reali mutatione circa ipsam facta, si tantum mutetur significatio, & impositio alia fiat, qua asinus idẽ iubeatur significare quod animal. Nã talis noua impositio fieri potest, per voluntatẽ hominis, absq; vlla mutatione reali vocis vel scripturæ illius, homo est asinus.

Quod bruta non componant vel diuidant, nec ratiocinantur.

CAP. XX.

Quod autem nonnulli putant æstimatiua potẽtiam posse in particularibus aliquã affirmationẽ vel negationẽ facere, aut etiã aliquo modo ratiocinari, id ex ignorantia venit philosophiæ. Quod etiam vulgo dicimus, canem iudicare hunc cibum esse sibi conuenientem aut disconuenientem, non ita debet intelligi, quasi talem in se faciat compositionem, in qua rationem appetibilis & conuenientis componat per verbalem, compositionem cum ratione huius cibi. Est enim hoc planẽ excedens facultatem sensus. Sed hoc significare volumus, quod cibũ illum apprehendat sub ratione conuenientis. Neq; enim aliud est quod dicimus, Canis iudicat hũc cibũ conuenientẽ & prosequendum: quã si dicamus, Canis hunc cibũ apprehendit secundum rationem vel æstimationẽ conuenientis, vel prosequendi. Ita cum in biuio canem quidam iudicant ratiocinari: ex mera est ignorãtia philosophiæ, quod naturam sensus ignorent. Non enim ratiocinatur canis, quasi plures affirmationes ad inuicem componat per cõiunctionem inferentem, hoc modo. Hic odor est relictus à lepore, transit ergo hac lepus qui odorem reliquit. Item, hĩc vestigium est impressum leporis ergo huc lepus fugit. Est enim id existimare, planẽ ridiculũ. Dicitur tamen interdũ canis id argumentari vel colligere ex odore seu vestigio, loquutione nimis impropria: quatenus videlicet odoris vel vestigij imago in animo phantasiã mouet ad

*Intellectus
practicus et
speculati-
uus.*

prosequēdū leporē, & quia admodū hominis ratiocinātis se habere videtur. Relinquitur ergo, in solo homine esse cōpositionē & diuisionē secundū affirmationē vel negationē, itē secūdū quācūq; cōiunctionalē vnionē. Et quādoq; quidem cōponit homo ac diuidit de iis quæ tantum ad speculationem faciunt, nō autē ad actionē: & secundū hoc dicitur intellectus speculatiuus, vt cū intelligo hominē esse animal, scientiam esse habitū, Deum esse primum ens, & similia. Quādoq; vero intellectus cōponit, & diuidit in his quæ ad actionem pertinent, & dicitur intellectus, practicus, à Græco vocabulo praxis, quod significat actionem vel operationem. Vt cum intelligo Deum esse super omnia diligendum, proximis faciendum quod nobis velimus fieri, iustitiam in omnibus esse tenendam vel singulariter, nunc dandam esse eleemosynam, hunc hominem debere cōsilio iuuari, hoc opus nunc faciendum esse, &c.

*Solum hominē per intellectu cognoscere propriam excellentiam
& quomodo intellectus seipsum intelligat. CAP. XXI.*

Habet præterea ratione intellectus homo, vt omnem suā excellentiā quæ in ipso ab optimo creatore posita est, suāq; nobilitatē & dignitatē in qua magnifice admodū exaltatus est, valeat agnoscere, & pro dignitate estimare atq; ponderare. In quo manifeste ab aliis rebus naturalibus omnibus distinguitur. Cœlum enim quanquam sit admodum nobile, habeatq; incorruptibilitatem & impassibilitatē & summā actiuitatē, non tamen horū quicquā cognoscit se habere. Itē Sol quanquā ita est formosus in stola sua, ita gloriosus in splendore suo, ita efficacissimus in virtute sua, nihil tamē horum se habere cognoscit. Sed neq; bruta animalia, perfectionē viriū in ipsis positarū intelligūt. Et quia solus homo potest cognoscere bona quæ habet, soli etiā homini cōuenit gaudere & lætari pro iis quæ habet: cæterarū autē creaturarū naturalium omnino nulla de sua perfectione & nobilitate potest lætari vel gaudere. Gaudiū enim & lætitia confurgit, cū quis cognoscit se habere aliquod bonū. Si autē habeat & nō cognoscit tamē, nequaquā inde gaudebit. Vnde cū nulli alia res naturalis præter hominem sua bona cognoscat, gaudere inde nō poterit, nisi homo solus, quātūuis magna sint bona quātūlibet admirandæ perfectiones, quæ in aliis inue-

*Solus homo
de suo bono
gaudet.*

nium
pulc
tura
supe
gaud
res
lia:
lāt n
cellē
tene
tene
mine
omn
lectū
nō ip
ipsur
ētū p
Vifus
estim
nō co
que p
cogn
tētia
seip
suum
ampl
intell
telled
hend
ficere
intell
tiaru
quod
sibili
prop
verun
cōpra
ri: que
iectur
duci:

niuntur. Quod enim gaudiū esse potest Soli (qui tamē est pulcherrima, formosissima, virtuteq; efficacissima creatura) de omni sua pulchritudine, virtute & præcellentia super astra cætera, cū nihil horū ipse cognoscat? Quale gaudiū est herbis & plātis, quōd secūdū suā naturā digniores sunt & altioris gradus quā lapides & cætera mineralia? Quale gaudiū est bestiis irrationalibus, quod præcellat nobilitate sensus arbores atq; plātas? Nō enim suā excellentiā cognoscūt. Atq; idcirco omnes creaturæ quasi in tenebris sunt. Quale vero gaudiū habere possunt, quæ in tenebris sunt, & lumē cæli non habēt? Solus homo in lumine est, per lumē naturale intellectus omnia discernens, omnia diiudicās, suā excellentiā super omnia alia per intellectū cognoscēs. Neq; omnino aliquid est in homine quod nō ipse per intellectū possit cognoscere, adeo vt etiam se ipsum intelligat, ac super se ipsum reflectatur & super actū propriū: quod nulla alia inferior potētia facere potest. Visus enim nō potest se videre, neq; sensus cōmunis, neq; æstimatiua, neq; phātasia seipsam cogitare potest. Itē visus nō cognoscit se videre, neq; sensus cōmunis se sentire, neque phātasia potest se phātasiari. Vnde nullū brutū potest cognoscere se phātasiari aut æstimare, quoniā deest illi potētia superior per quā id posset. Solus est intellectus, qui se ipsum potest cognoscere & cognoscit, quiq; solus super suum actum reflectitur, dū intelligit se intelligere, Imō amplius adhuc, intelligit intellectus intelligere se, quod intelligat se intelligere. Deniq; quotiescunq; reflectit intellectum super suū actū, poterit semper à seipso apprehendi. Ipse nanq; intellectus agens, cū sit potēs omnia efficere (vt suprā diximus) id est, omnium rerum speciem in intellectu passibili producere sua virtute, etiam substantiarum immaterialium, etiam entis primi & felicissimi, quod est Deus, potest & sui ipsius speciē in intellectu passibili efformare, vt sic & ipse cognoscatur secundum propriam suam speciem. Et cum (vt suprā diximus) ens vel verum sit obiectum intellectus, quicquid sub hoc obiecto cōprehenditur, illius potest in intellectu species efformari: quemadmodū omnis eius quod sub colore (qui est obiectum visus) cōprehenditur, potest in oculo species produci: sicq; necesse est omne quod sub ente cōprehenditur.

ditur, posse ab intellectu apprehendi atq; intelligi. Ac prò inde ipsemet intellectus, cū sit res aliqua, potest ab intellectu intelligi, id est: à semetipso. Ipse quoq; actus eius, simili ratione, ab ipso est intelligibilis. Omnis quoq; bonitas & perfectio rerum (cum sit ens quoddam) sub intellectu cadit iudicio, & ita cū omnia quæ sub ente cōprehēduntur cognoscat, potest ipse diiudicare quid excellentius, conferendo bonitates illas & perfectiones adinuicem, quemadmodū visus inter colores discernit, & sensus cōmunis inter omnia exteriora sensibilia. Vbi dū nihil inuenit homo seipso præcellentius, nullam perfectionē tantā in vlla creatura quā in seipso, ita cognoscit homo seipsum (intellectus ratione) cæteris animantibus præstare, atq; cæteras omnes res naturales lōgo interuallo post sese relinquere.

Quomodo intellectus ex seipso deum potest cognoscere.

C A P. X X I I.

Non solum autē intellectus potest quæ sunt inferiora se creata cognoscere. verū etiā, quæ supra se sunt angelicas substantias, atq; ipsis etiā præsentē deū (vt supra declarauimus) per duos modos, scilicet per abnegationē, & per excellentiā. Quibus tamen nunc etiā terciū adiicimus modū, dicētes, quod intellectus agēs per semetipsum & ex seipso potest sibi formare aliquam speciem per quam deum intelligat. Cum enim intellectus se cognoscēs discernit suam perfectionem (quæ in hoc consistit quod omnia quodammodo potest in se efficere & omnibus assimilari, sicq; omnia potest cognoscere) à sua imperfectio-
ne (quæ in hoc est, quod sit in potētia omnia, nō autē omnia actu) ac deinde similitudinem aliquam in seipso efformare cœperit superioris alicuius intellectus, qui actu semper est omnia, omnium in se rationes & similitudines semper actu habens, & ab æterno sic habens, vt non in sit in potentia, neque esse possit in potentia ad alicuius speciei de nouo susceptionem, sicq; ab æterno semper actu intelligentis omnia, quæcunque intelligibilia sunt, vt non possit aliquando intellectionem alicuius rei acquirere vel perdere, neq; crescere neq; minui in intelligendo talem profecto similitudinem talis intellectus admirabilis, in seipso efformans nosse intellectus agens, proculdubio speciei habet & similitudinē, in qua intelligat deū. Nimirum
eius

Vide quomodo intellectus ex se ipso potest deum cognoscere

eius
Deus
ctusq;
neq;
potest
tionē
illud
riam
li san
cti si
uisci,
aliqu
rerū
sint a
sic ha
ocul
prate
per e
ctus a
vestig
gnosc

Qu

Ha
perfe
etiam
Gaud
ipsis b
in alic
cernit
amicit
gradu
in am
prosp
minim
ad bur
mni p
enim
coniu

eiusmodi intellectus perfectissimus & nobilissimus est Deus, qui purus actus est, & nō in eo quicquā potentie, actūq; omnē in se habet similitudinē, & ab æterno habuit: neq; quicquā nō dico erit, nō dico fuit, nō dico est, sed esse potest, cuius nō ipse ab æterno præsentem habeat cognitionē, ita exactā, ita distinctam, vt meus modo intellectus illud intelligit, cuius actu specie tãgitur. Propter quod etiam omnia nuda sunt, & aperta oculis eius, iuxta Apostoli sancti testimoniū: neq; quicquam potest esse illi perfectissimo intellectui occultum, neq; præteritū potest obliuisci, neq; futura potest nō cognoscere, tanquā si oculum aliquē fingamus esse qui in se cōgenitas habeat omnium rerū species & similitudines, multo perfectius quàm possint ab obiecto in ipsum imprimi, & has species à seipso sic habeat vt nō egeat obiectoꝝ præsentia corporali, hic ocul⁹ indubie omnia cerneret, etiā absentia: imò etiā res præteritas & futuras p̄ species in ipso seiuatas videret, insuper etiā abditissima cōtueret. Ita sane ex semetipso intellectus agēs formare p̄t specie & cognitionē summi dei: ita vestigiū p̄t aliquo modo in semetipso primariū fontē agnoscere, ita scitillula lucē immēsa aliquaten⁹ cōtēplari.

Hebr. 4.

Quomodo ratione intellectus homo de perfectione omnium aliarum creaturarum latari potest. CAP. XXIII.

Habet quoq; per intellectū homo, vt nō solum (quē admodum suprā declaratū est) possit de ipso propria perfectione, & de iis quæ sunt in bonis gaudere, verum etiam de perfectione & bonitate omnium aliarum rerum. Gaudiū enim non solum consurgit ex hoc quod in nobis ipsis bonū cernimus, sed etiam cum aliquā perfectionem in alio aduertimus, maxime si ad nos spectet ille in quo cernimus, si nobis sit aliqua ratione cōiunctus, videlicet amicitia, familiaritate, cōsanguinitate, affinitate, ordine, gradu, vel alio quolibet cōsimili modo. Gaudemus enim in amicorum fratrum, vicinorum, consanguineoꝝ ciuiūq; prosperitatibus. Cū ergo omnis creatura corporalis non minimo vinculo sit homini coniuncta, neq; vna ratione ad humanam speciem attineat, meritò debet homo in omni perfectione quā cognoscit in creatura, oblectari. Est enim omnis corporalis creatura, homini multis modis coniunctissima. Primum quidē, ratione eiusdem officis, qui

qui ipsam & hominem idem ipse condidit & creauit quoniam ab autore Deo, rāquam ab eodem patre, cuncta procedunt. Qua consideratione, sancti dei homines etiā creaturas vilissimas dignabantur fratres atq; sorores appellare: primarij videlicet fontis, vnde efluxerant, spectātes originem. Inferiores quoq; istā, creaturā viuētes, ex eadem terra (tanquam ex eadem communi omnium matre) procedunt. Quod si consideremus cætera omnia corporalia propter nos esse facta, & propter nostrum seruitium: nostrāmq; vtilitatem & omnem illarum perfectionem attendamus ad nostrum cōmodū, nostrūmq; ministeriū esse ab optimo & nimium nobis benefico Deo ordinatam: quomodo non maximē in illorum perfectionibus gaudere debemus? Quis enim paterfamilias non gaudet de suā familiā bono? Quis dominus non lætatur in seruorū prosperitate? Est autem homo velut paterfamilias & dominus in magna domo mundi huius quam ædificauit illi Deus, vt ipse ex omnibus seruitiū capiat, iucūditatē, & vtilitatem tam corporis quā spiritus. Quod enim Sol tantum habet decorem, tam gloriosum ornatū, mihi habet non sibi. Mihi habet, vt me sua claritate lætificet, vt mihi lumen gratissimū per dies singulos adducat. Mihi habet, vt terram faciat germinare ac de se producere abundanter omnia, quibus ego ad corporis egeo sustentationē. Deniq; mihi habet omnem suam gloriam, vt me moneat pulchritudinis creatoris mei: qui cum meo aspectui sese monstrat tam mirabiliter pulchrū & fortem, vtiq; hoc me docet luce clarius, habere se creatorē incōparabiliter pulchriore, & magis validum, ac robustissimū. Quod etiam arbores fructus producunt, nō sibi, sed mihi producūt: herbæ odorem fundunt, non sibi, sed mihi: flores pulcherrimos producunt, non sibi, sed mihi. Et (vt insignis ille poeta ait) Sic vos nō vobis vellera fertis oues. Sic vos non vobis mellificatis apes. Sic vos non vobis, fertis aratra boves. Sic vos non vobis nidificatis aues. Scilicet ego ille sum, cui hæc omnia ex dei præcepto inseratūt, vt mihi in omnibus (tam quæ ad necessitatem, quam quæ ad castam voluptatem) abunde sit prospectum. Vnde Propheta, non paupis solum, inquit, sed delectasti me domine in factura tua. Hæc ergo omnia cū per intellectū homo cognoscatur

pro

prop
que i
rum
glori

Q

C

vlla c
nis qu
quæ i
agere
tiarum
deind
tionē
clarat
scepti
nanq;
tera v
benef
accipi
per in
etiam
creati
re Deo
bonu
adber
voce
(quæ
riam
ra ex
tare,
tis mu
specta
homo
id rat
nimo
vt ne
nifici
tis ho

propter se ita in suis perfectionibus disposita, vnūquodque in genere suo iustum est, vt diligenter naturales eorum perfectiones consideret, inq; eis seipsum oblectet, ad gloriam eius qui omnia mirabilia condidit.

Quod ratione intellectus solus homo possit & debeat agere gratias Deo, pro se & omnibus creaturis. CAP. XXIIII.

Consequitur ex prædictis, quòd solus homo ratione intellectus Deo potest & debet agere gratias, & non vlla creatura alia corporalis: quodq; nò pro se solo & bonis quæ in seipso sunt, verum etiam pro omnibus bonis quæ in aliis creaturis inueniuntur, possit homo & debeat agere gratias omnium creatori omnipotenti Deo. Gratiarum actio nanq; requirit primo susceptionem beneficii, deinde beneficii accepti cognitionem eius quoq; cognitionem qui beneficiū præstat, ac postremo gratitudinis declarationem pro accepto & agnito beneficio. Beneficij susceptione cõmunis est homini cum omni creatura. Omnis nanq; creatura particeps est beneficiorū creatoris sui. Cætera vero non nisi solius hominis sunt. Solus enim homo beneficia cognoscit (vt declarauimus) tã ea quæ in seipso accipit, quàm quæ in aliis creaturis. Solus etiam homo per intellectum cognoscit bona ista quæ in se habet, atq; etiam quæ in aliis creaturis conspicit, nò ab ipso esse: neq; creaturas à seipsis habere, sed ab vno omnium benefactorum Deo. Deniq; solus homo potest pro suscepto beneficio bonum & gratum animum declarare, & signis congruis ad benefactoris gloriam id protestari. Potest enim homo voce testari & eloqui magnalia Dei sui, eiusq; beneficia (quæ tam ipse quàm aliæ creaturæ accipiunt) ad Dei gloriam prædicare. Potest etiam alia quædam exteriora opera exhibere, ad hoc ipsum demonstrandum, videlicet cantare, laudare, sacrificia offerre, vota facere, in instrumentis musicis personare: quæ omnia ad gratiarum actionem spectant, & soli conueniunt homini. Potest ergo solus homo gratias agere. & cum possit, vtrique & debet. Nam id ratio naturalis dictat, etiam homini benefico pro minimo aliquo beneficiolo, vt minimum, gratias agere, vt ne dicam gratiam referre: quanto magis illi cuius beneficium est quicquid sumus? Et cum omnibus creaturis homo accipiat beneficium (eò quòd propter ipsum facta

Solus homo potest agere gratias.

facta sunt omnia) utiq; pro omnibus ipse debet gratias agere Deo. Cū enim seruo aliquid impenditur beneficij in utilitatē domini, indubiē dominus magis quā seruus tenetur gratias agere beneficienti. Et cum puero adhuc infanti & ratione carētī impenditur beneficiū, utiq; parētū est beneficienti gratias agere pueri loco per atātē fari adhuc & gratias dicere impotentis. Debet ergo homo gratias agere Deo, nō modo pro se, verū etiam pro omni creatura, maxime corporali, duplici consideratione: tum quia solus potest, & prae omnibus potest: tum quia in omnibus ipse accepit beneficiū. Vnde gratias agere debet homo Deo suo, q̄ soli tantā dederit claritatē, tantā virtutis efficaciam & nobilitatē. Item q̄ terrā & aquis talē dederit fecunditatē, quōd aërem repleuerit volatilibus, quōd aues ita plurimum ornatu decorauerit, quōd arbores, ac herbas ita fructiferas odoriferasq; fecerit, si gratias non agant, tū quia minime id possunt, tū quia quicquid acceperunt, potius homo in ipsis accepit, quā ipsemet in se ipsis, vel pro seipsis, quemadmodū id quod seruo impenditur in utilitatē domini, domino potius quā seruo impenditur. Hinc considera o homo, quāta tibi incumbit seruendi domino Deo tuo necessitas. Attende, quanta tenearis erga Deū obligatione: qui non pro vno teipso, verum etiam pro omnibus creaturis Deo tuo seruire ad gratiarū actionem obligaris. Vide quanto vinculo te sibi collegauit, dū te super omnia constituit. Magnū (fateor) te creauit, & sublimi admodū loco posuit altissimus conditor tuus, dum te paulominus ab Angelis minorem fecit, gloria & honore coronauit super omnē corporalē creaturam, constituitq; super cuncta manuum suarū opera, omnia subiciens sub pedibus tuis, non solum oues & boves, pecora campi, volucres cœli, & pisces maris, qui perambulāt semitas maris, verū etiam Solem, Lunā, & stellas nobilissima illa perpetuā incorruptionis corpora, quē dominus Deus tuus creauit in ministeriū cunctis gentibus. Ita quidē magnū & excelsum nimis altissimus te conditor tuus constituit, pro omnibus. Verū quanto tu altior es Dei speciali beneficio & superemines omnibus, tāto magis te agnosce Deo tuo obnoxiiū, qui sic te magnificauit & eleuauit

Psal. 8.

Deuter. 4.

uauit
tura
Deo
mnib
possi
quidē
norū
tiarun
clarat
ā nobi
vtiq; p
vt cun
tos cor
spectu
Deus i

P

P Aua
tum
sine corp
Exur
cor: surga
amœniss
Date
timient
resonante
Tuba
attrahā
Non ce
sedit ab i
nēq; no
Videb
fortitudi
Contē
gorem, &
templari

uauit super omnia. Agnosce (quod verum est) nullā creaturam aliam æquē Deo esse obnoxia, æque forti vinculo Deo esse colligatam, agnoscentiq; obligationē, modis omnibus satage iustum iuste persoluere debitū, vt quibus possis modis Deo tuo studeas vel gratias agere, quandoquidē referendi neq; necessitas est, neq; possibilitas. Bonorū enim nostrorum ille nō indiget, in quo omnes diuitiarum thesauri sunt absconditi. Grati tamen animi declarationem, & protestationem per signa congrua vtiq; à nobis exposcit, gratiarum seuerē exigit actionem non vtiq; propter suam voluntatem, sed ob nostrā vtilitatem, vt cum pro acceptis beneficiis temporalibus nos sibi gratos comprobauerit, maioribus aliquando afficiat in conspectu vultus sui, cuius in nobis impressit similitudinem Deus ipse Trinus & vnus, in secula benedictus. Amen.

Psalm. 15.
Collof. 2.

FINIT LIBER XI.

PSALMVS PATRI SPIRITVVM

vniuersæ carnis, in iubilatiōe mentis, &
alacritate animi.

Paratum cor meum Deus, & iterum paratum cor meum: paratum corpus meum, parata vires omnes ad laudem tuā, quæcumq; siue corpus, siue animam inhabitant.

Exurgam diluculo, & psallam magno nomini tuo, medijs noctibus consurgam de lectulo quietis meæ, vt personem cantica ante thronum amœnissimum tui amabilis thalami.

Dare mibi tympana, lyram, citharam, nablum, & cymbala bene tinnientia: edent in illis articuli manuum mearum melodiam bene resonantem in auribus Domini sabaoth.

Tubas afferte huc mihi: & clangam in eis: os meum late aperiam, atrahamq; spiritum flatus, vt buccis valeam concrepare plenissimis.

Non cessabit oblectari in Deo meo animus quem creauit, quem posedit ab initio. in quem impressit admirabilem similitudinem, imaginemq; nobilitatis suæ.

Videbo ego cælos opera manuum ac digitorū tuorū quæ fundasti in fortitudine tua: insuper Solem, Lunam & stellas cuncta limpidissima.

Contēplans video totū iucundissimum decorem, potentissimum vigorem, & ordinem verē admirabilem non sufficio pro dignitate contēplari vel totis comatibus, quæ tu nullo perfecisti negotio.

At verò vbi ad memetipsum in intima reflecto oculos meos, cessant videri mirabilia, quaecunque foris conspicio.

Domine, domine, domine quid est homo, quia sic magnificasti eum? homo quid est ut tanti illum feceris?

Verè paululum est ac modicum quo minuisi genus nostrum ab angelicis principibus tuis: omnis corporalis creatura regem & dominum (dato in manibus eius scepro potentie, & in capite corona glorie) constituisti hominem.

Propter hunc enim creasti omnia, & cuncta subiecisti pedibus eius, præcellentissima cælestium corporum creasti in ministerium cunctis gentibus.

Sol accede huc nobis magna moles, & lata substantia: vide an possis in tota tua virtute atque pulchritudine nobiscum contendere.

Eslo sis gloriosus in fortitudine tua, formosus sis in fulgidissima stola tua comas tui splendoris de tanta spargens altitudine in imater viscera.

Sed nūquid vides ipse, aut intelligis decorè pulchritudinis tue? nūquid cognoscis perfectionè virtutis tue, qua antecellis subiecta omnia?

Dic, si nosti illum, qui cuncta in te posuit qua habet mirabilia: responde muta substantia, si quicquam horum intelligis.

Magne Deus non illi contulisti splendidissimo corpori, quod mihi donasti stercorulenta & seculenta creaturula: verè multa mihi, & magna nimis contulisti in re vnicâ.

Etia si in millecuplū augmentetur tibi Soli rationalis pulchritudo decoris, & fortitudo roboris tui: quantiuis pauper & humilis ego semper immenso te superabo interuallo, hoc solū tenēs quod nunc possideo.

Intellectu & ratione tu donasti dominator genus nostrum: à te processit nobis hæc tantæ præcellentia.

Quatinam pro dignitate gratiarum actiones tibi valeamus persolvere: nimis magna enim sunt quæ nos accepimus, & nimis pauca, imò nimis nulla sunt quæ valeamus reddere.

Tu nos scientiarum Domine iustas tibi fac reddere gratiarum actiones, doce nos doctor optime in spiritu & veritate famulatum tibi exhibere decentem.

Tu das velle, tu das perficere pro tuo beneplacito: magne Deus semper nos tantis fac gratos esse beneficijs.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

IN



gere, c
re, p
tristan
fione
qua e
præhē
genus
bruto
corpo
inseñs
re, vol
corref
est inte
amanc
quam
ad spir
folus e
sum in
lus nō
rum ap
nem su
titiuis
Post ea
quo los
quente
sentiar
cōsider
reducti

IN LIBRUM XII.

CONSIDERATIONIS PHY-

fica, de appetitu sensitivo, &
voluntatis præcellentia,
Præfatio.



OMNIVM creator perfectissimus Deus, cuius(iuxta prophetæ confessionē)perfecta sunt opera, cū animalium genus sensitivæ virtutis nobilitate ceteris omnibus insensibilibus creaturis vellet præferre, voluit & appetitiuā virtutē adiungere, qua valerēt per sensitivā apprehensa amare vel odire, prosequi aut fugere, itēmq; de presentibus gaudere vel tristari. Quorsum enim cōduceret res obiectas apprehensione mirabili percipere, si non talis esset adiuncta virtus, qua erga res perceptas possent iuxta rationē obiecti apprehēsi moveri & affici. Ad eundē planē modū, humanū genus cū benignissimus cōditor voluisset super naturā brutorū animalium cōstituere: vt non solum crassa ista & corporalia sensibus subiecta, verū etiam spiritualia & insensibilia posset apprehensione intellectiva cognoscere, voluit item & huic nobiliori potentia cognoscitiuæ correspondentem nobilitate adiicere vim appetitiuam, id est intellectui voluntatē: per quam ad ea posset inclinari amanda, odienda, prosequēda, & fugienda, ad quæ nequaquam sufficeret appetitus brutalis ille sensitivus nimium ad spiritualia ignobilis. Quomodo autem in homine nō solus est intellectus, sed est simul cū sensu & super sensum intellectus, sic & hic appetitus superior in eo non solus nō est, sed cū inferiore simul existit. Duorū autem horum appetitū cōsideratio, maximā homini ad cognitionem suis ipsius adfert vtilitatem. In his ergo duabus appetitiuis potentiis finem accipiat hæc physica cōsideratio. Post eam nanq; absolutam non erit in rebus naturalibus quo longius proficiscamur, nisi naturam penitus relinquentes in supernaturalia toti transeamus: quod impræsentiarum nostro instituto minime conuenit, qui non nisi cōsiderationem rerum naturalium, earūmq; ad creatorem reductionem, præsentis determinatione intendimus.

Ostenditur quid sit in homine voluntas, per comparisonem ad appetitum sensitivum.

CAP. I.

Est ergo in homine altera quædam potentia ab intellectu distincta, solis etiam hominibus peculiariter cõueniens, potentia admodum nobilis & excedens: unde plurima singularia habet homo, quæ cum nulla altera specie habet cõmunia. Ad perfectã ergo hominis considerationẽ, necesse erit post intellectũ hanc etiã virtutem diligẽter cõsiderare, & quomodo in brutis inueniri non possit, quõve indicio peculiariter speciei humanæ cognoscatur inesse, & quomodo ad appetitũ sensitivum se habeat, & quæ homini donet eximia distincte determinare. Vocatur autem voluntas nomine composito, potẽtia volitiua, siue appetitus intellectiuus. Est enim potẽtia talis per quã homo appetit, vult, & nõ vult, ea quæ secundũ intellectũ iudicat bona vel mala. Id autem in se homo quilibet experitur, talẽ aliquã vim sibi inesse, per quã possit ea quæ per intellectus iudiciũ vt bona vel mala cognoscit aut velle aut nolle. Quemadmodũ autem rectẽ nõ potest cognosci natura intellectiuæ potẽtiæ, nisi per comparisonem ad sensum secundũ similitudinem & dissimilitudinẽ, videlicet nisi ostendatur in quo sensus cùm intellectu cõueniat, & in quibus differant abinvicẽ: ita nõ potest exacte cognosci natura potẽtiæ volitiuæ, nisi secundũ cõparationem ad appetitum sensitivũ. Sicut enim in homine duplex est potentia apprehensiuæ rerũ extrã existentiũ, ita est & duplex vis appetitiua, altera videlicet quæ sensui cõiuncta est, & ad sensus iudiciũ mouetur, ea quæ sensus iudicat cõuenientia amando & prosequendo, quæ discõuenientia odiendo & fugiendo. Atq; hæc vocatur appetitus sensitivus. Et cõuenit hac in parte homo cùm cæteris animalibus brutis, quemadmodũ & in sensu. Altera verò superior est coniuncta intellectui, & corpori nullo modo (sicut neq; intellectus) immersa, per quã homo id quod intellectu iudicat bonũ, amat & prosequitur, quod malũ, odit & fugit. Et hæc quia sic intellectui cõiungitur, vocatur appetitus intellectiuus. Cognoscitur autem huius duplicis appetitus differẽtia ad eũ modũ quo deprehenditur differẽtia sensus & intellectus, videlicet quoniã exprimitur hominẽ ea posse velle aut nolle, ea amare vel odire, quæ

quæ
sus n
adm
ama
auer
preh
ille
Opo
titur
& qu
re po
fugie
tionẽ
lumu
petit
D

IN
rit sen
etiã q
possi
tus qu
dũ se
mou
existe
quod
bus in
gam i
siue in
tasiã
quitu
siue pl
se inu
vbi se
appeti
sensus
tua n
obiect

quæ nequaquã sensus apprehendit, & quæ ad iudiciũ sensus nullo modo videntur sic amari vel odio haberi. Quæ admodũ (exẽpli gratia) virtutes amamus, & probitatem amatam prosequimur: vitia autẽ odimus & fugimus atq; auersamur, quæ tamen manifestissimum est sensu nõ apprehẽdi, ac proinde sensitiuo appetitu sic nõ appetitum ille tantum prosequatur quæ sensus iudicat cõuenientia. Oportet ergo esse in homine aliũ quendã superiorẽ appetitum, per quẽ homo ad illa quæ sensus iudiciũ excedunt, & que sensus nec cõuenientia nec discõuenientia iudicare potest, inclinatur & propellatur, ea vel prosequẽdo vel fugiẽdo. Ad cuius intellectiui appetitus meliorẽ cognitionem obtinendã, pauca quẽdã de sensitiuo appetitu volumus præmittere, quoniam sine cognitione sensitiuo appetitus plenẽ intellectiuus cognosci non potest.

De appetitu sensitiuo quomodo mouetur ab obiecto secundum phantasiã proposito.

CAP. II.

INuenitur autem appetitus sensitiuus generaliter in omnibus animantibus, neq; potest nõ esse, vbicũq; fuerit sensus vel vnicus. Nam & imperfectissima animalia, etiã quẽ (iuxta probabiliorem sententiam) solum tactum possident, appetitu isto non carent, Inest namq; eis appetitus quidã conuenientis nutrimenti, quem etiã indicant, dũ se huius gratia dilatant, vel cõstringunt. Omnis enim motus animalis quantũcunq; imperfectus iudiciũ est inexistens appetitus sensitiuo. Ad hoc enim se mouent, vt quod appetunt cõsequantur. Vnde Aristoteles, de animalibus imperfectis (vt vermibus & muscis) ait, ea habere vagam imaginationẽ & appetitũ, id est, phantasiã vagam siue imperfectã & cõsimilẽ appetitũ. Perfectã tamẽ phantasiã negat illis adesse, atq; ita & appetitũ perfectũ cõsequitur ab eis abnegandũ. Ex quo pater quod æstimatediue siue phantasiæ adiuncta est vis appetitiua, eò quòd hæc ita se inuicẽ consequantur secundũ naturã. Non enim statim vbi sensus exterior perceperit aliquod sensibile, mouetur appetitus ad prosequendũ vel fugiendũ, neq; itẽ mox vbi sensus communis apprehenderit, sed neq; cùm imaginatiua nuda illud imaginata fuerit. Verũm cùm ad æstimatediuiam vsque fuerit peruentum, vt per eam iudicetur tale obiectũ amicum vel inimicum, conueniens vel disconue-

*Arist. 3. lib.
de anima,
cap. 8.*

niens, tum demum animal ipsum per appetitum mouetur ad concupiscendū vel odiendū, ad prosequendum vel fugiendum, ad latendū vel contristandū. Nam id manifestē monstrat experientia. Cum enim appetitus moueatur secundū rationem cōuenientiæ vel disconuenientiæ, nullus autem exterior sensus conuenientiā vel disconuenientiā apprehendat, neq; vllus interior præter æstimatiuā (quæ intentiones conuenientiæ vel disconuenientiæ elicit ex rebus sensatis) consequitur ad solā æstimatiuæ operationem ipsiusq; iudicium, appetitū moueri. Et notandum, quod appetit⁹ iste mouet & mouetur. Mouet enim ipsum animal, & immediatē vim motiuā quæ est in membris, ad querendū id quod prosequitur. Mouetur verò ipse à phantasia, quatenus ipsum obiectū præsentat & offert appetitui, sub ea ratione sub qua appetitus moueri potest ad odium vel ad amorem, ad prosequendum vel ad fugam. Obiectum enim præsentatum & oblatum virtuti appetitiuæ sub ratione cōuenientiæ, mouet ad sui prosequendum: sub ratione autem disconuenientiæ, mouet ad fugam. Ut cum canis videt cibum, eumq; sibi conuenientem iudicat, mouetur ad prosequendū ipsius appetitus, ab æstimatiua: quatenus videlicet ipsa obiectū illud præsentat sub ratione cōuenientis, & cū baculum videt eleuatū ad verbera, mouetur ad fugiendum appetitus, ab obiecto sub ratione disconuenientis proposito, per æstimatiuam.

Mouetur autem appetitus ab obiecto sic sub ratione cōuenientis aut disconuenientis præsentato naturaliter, absq; vlla libertate vel deliberatione. Canis enim cibum conuenientem videns eumq; æstimans sibi cōuenientem, naturaliter amat atq; prosequitur & accurrit ad illum, & videns baculum eleuatū ad verbera, estimando sibi hoc disconueniens, & inde male sibi futurum, ita naturaliter fugam perit, qua malum euadat, quod sibi estimat imminere. Cū verò plura simul fuerint obiecta proposita, quod fortius mouet secundū suam rationē, id naturaliter præualet & mouet appetitum. Ut cū duplex cani cibus est propositus, ille qui magis cōueniens ab æstimatiua iudicatur, appetitum naturaliter mouet. Ita cū ex vna parte delectabile proponitur, & ex altera contristabile (vt ex hac parte cibus conueniens cani, & simul baculus eleua-

*Appetitum
mouet &
mouetur.*

tus a
vt ci
mag
mou
cili
oper
bilia
Vnde
plus
mēti

C
tim n
quod
obiec
neq;
que it
nale a
quæ e
cepta
quaq
sciend
stens,
neq;
lingua
pondu
ista ne
dusfu
sit & i
tem vt
dio: sic
parte p
xus cō
men tr
nec vll
guā in
Et cū t
tū, neq;

tus ad verbera (solet plerūq; verberum terror prævalere, vt cibo relicto fugiat. Est enim hæc appetitus natura, vt magis vehemētē magisq; citò ad fugiendū à terribilibus moueatur, quàm à delectabilibus ad profequendum. Fa- Not. 4.
cilius enim & vehementius contristabilia, siue terribilia operantur in appetitu sensitiuo fugam, quàm delectabilia siue cõcupiscibilia, efficiant, in ipso profequitionē. Vnde ad oculum videmus moueri homines multo amplius timore mortis, quàm amore vitæ, & multo vehementius dolere de infirmitate, quàm gaudere de sanitate.

*Quomodo appetitus sensitiuus semper naturaliter moueatur
absque libertate.*

CAP. III.

Contingit vero interdum duobus appetitui propõsitis obiectis, ambobus delectabilibus, ad neutrū statim moueri, sed interdum ad tempus gradum sistere, eò quòd ex vtraq; parte æque fortis sit motio & operatio obiecti, & æstimatiua ad vtramq; partē æque sit propõsa; neq; plus ad hoc quàm ad illud ferat suum iudiciū. Atque ita nunc accidit, vt quasi deliberare videatur irrationale animal: cum tamen reuera nulla in eo sit deliberatio. quæ est solius rationis, sitq; vt postquã tandem alterū acceptauerit, quasi eligere videatur, cum tamen electio nequaquam competat brutis, sitq; solius hominis. Vnde hoc sciendum est, quod canis ille sic quasi dubitabūsus consistens, dum & huc & illuc vocatur, nequaquam consultit, neq; vllò deliberat: sed habet se appetitus ille ad modum linguæ siue examinis in libra, siue bilancæ, cū lanx vtraq; pondus penitus æquale in se habuerit. Quẽadmodū enim ista neq; in hanc partē deorsum trahitur, cum tamē sit pòdus sufficiens ad eā pertrahendā, neq; in partē alterā, cum sit & ibi pondus sufficiens, sed (propter pòderis æqualitatem vtrinq; æquali fortitudine trahentem) cõsistit in medio: sic & appetitus irrationalis animalis existēte ab vtraq; parte pòdere æquali & obiecto æque ad mouēdū valido fixus cõsistit, & neq; huc neq; illuc mouetur, cum vtroq; tamen trahatur. Fitq; illa immobilitas penitus naturaliter, nec vllius est deliberationis indicium. Alioqui, cur nō & linguā in trutina dixeris deliberare, cum ita hæret in medio? Et cū tandē contingit in alterā partē rapi animalis appetitū, nequaquam electionis est iudiciū, nō amplius quàm lin-

qua illa modico flatu adiuta in vnā partem tandē ver-
 gens, dici debet elegisse hāc partē ad quā flectitur. Quōd
 si interrogēs, quī ergo fieri potest, vt tandem ad vnā par-
 tem moueatur appetitus, si nō per electionē id fiat, & ex
 libertate eligendi? Dicimus quōd ad eum modū animalis
 appetitus tandem in alteram partem trahitur, quomodo
 lingua illa modico vento adiuta in partē alteram moue-
 tur, etiā si pondus maneat vt antē. Si enim cōtigerit æsti-
 matiuam aliquantō magis vni obiecto & fixius intendere
 quā alteri (etiā si nō æstimet illud magis cōueniens) so-
 lū ex hoc quod fixius intendat iudicio vnus cōuenientis
 quā alterius, & ad illud fortius se conuertat, ipse appe-
 titus rapietur adueniente impetuoso flatu in illā partē in
 quā æstimatiuam contigerit fixius intēdere. Ac tūc quidē
 ita se habebit illa defixio fortior æstimatiuē in alterū ob-
 iectū, ad faciendū vnus illius prosequutionem, quomodo
 se habet adueniens in vnā lancem flatus venti, ad mouē-
 dum linguā in partē alteram. Vnde nō videtur aliqua ra-
 tiōe verisimile, quod vulgo per iocū solet iactari de asino
 quē vocāt Buridani, habēte pabulū vtrinque, æque cōueniēs,
 eque multū in eadē distātia sibi appositū, quōd fame esset
 moriturus in medio pabuli. Profecto qui id asserunt, natu-
 ram appetitus, & æstimatiuē virtutis nō rectē cognoscūt.
 Et qui hoc ita asserunt, ne cogantur in animali delibera-
 tionem ponere aut electionē, aut facultatem liberi arbi-
 trij, ij sanē timore timent, vbi timor nō est. Sola enim (vt
 diximus) conuersio maior atque attentio, defixioq; phan-
 tasiæ in alterum obiectum propositum efficere potest, vt
 altero relicto in hoc moueatur. Relinquitur ergo appe-
 titum naturaliter moueri ab ipso obiecto appetibili, ita
 secundum rationem appetibilis propositi, per æstimati-
 uam. Neque quicquam refert, siue dicas appetitum mo-
 ueri ab obiecto appetibili sub ea ratione sub qua appeti-
 bile est, siue ipsam æstimatiuam proponentem appeti-
 bile, sub ratione appetibilis. Non enim ipsum obiectum
 per se mouet appetitum eo modo quo obiectum sen-
 sus exterioris agit in sensum (vt videlicet per se aliquid
 imprimat obiectum exterius in appetitum) sed tantum
 quatenus per æstimatiuam proponitur: ad cuius iudiciū
 ipsius appetitus passio consequitur. Vocantur enim
 omnia

dīme
 nomi
 tur ad
 ab ob

De
Ep
 posito
 modū
 obiect
 propo
 tione
 ad ill
 vel co
 tur ad
 Et ha
 rō pra
 & tan
 habent
 sit illu
 nudo
 tenden
 prima
 velut
 quiti
 enim
 scit.
 confes
 ue vol
 sequit
 scit. Et
 ciend
 pinqu
 enim
 nihil d
 propin
 bus ex
 disting
 & ad p
 tionē

omnes ipsius appetitus inclinationes siue motus vulgato nomine passiones, eo quod appetitus ab obiecto pertrahitur ad concupiscendum vel odiendum, &c. propter quod ab obiecto quodammodo pati dicitur.

De varijs passionibus in appetitu sensitivo. CAP. IIIII.

ET quia (vt diximus) appetitus mouetur ab obiecto per æstimationem secundum rationem appetibilis proposito, hinc fit vt multiplex passio & varius appetendi modus possit in appetitu sensitivo inueniri secundum quod obiectum sub diuersis rationibus potest per æstimationem proponi. Cum enim proponit obiectum æstimationem sub ratione conuenientis, appetitus statim mouetur, inclinatur ad illud, efficiturq; in ipso passio quæ appellatur amor vel concupiscentia talis rei: per quam videlicet inclinatur ad talem rem sub ratione conuenientis propositam. Et hæc est prima passio, quæ in appetitu exoritur. Si vero præsentetur hoc idem obiectum tanquam conueniens & tanquam potens acquiri, ac tanquam propinquum ad habendum, ita vt nullum iudicetur obstaculum, quin possit illud consequi, ita fit progressus appetitus ab amore nudo ad prosecutionem. Incipit enim prosequi & iam tendere ad illud quod prius amabat. Nam amor est quasi prima inclinatio ad rem propositam, prosecutio autem velut tendentia in re amatâ. Vnde manifestum est, prosecutionem istam nasci ex amore, quasi ex radice. Nihil enim prosequitur appetitus, nisi quod amat & concupiscit. Cum verò obiectum iam æstimatur vt præsens & consequutum, fit in appetitu passio lætitiæ, vel gaudij siue voluptatis: per quam in re primum amata, & per prosecutionem postmodum consequuta tandem conquiescit. Et non refert ad passionem gaudij in appetitu faciendam, vtrum iam actu sit præsens obiectum, vel propinquum, & certum quod iam iam habebitur. Quod enim propè est (iuxta Aristotelis vulgatam sententiam) nihil distare videtur. Vnde gaudium etiam est de eis quæ propinqua sunt, & iam iam ventura, quasi pro præsentibus existimantur. Et hæc passio manifeste à prioribus distinguitur, tanquam quies ab inclinatione & tendentia, & ad priores duas consequitur, amorémque & prosecutionem præsupponit. Prius enim est rem amare postmodum

Amor.

Prosecutio.

Voluptas.

prosequi, postmodū latari. Vt (verbi gratia brutū a nimal vidēs pabulū cōueniēs, afficitur illi, & inclinatur ad illud pabulū, ipsumq; amat: & si assequi potest, prosequitur, ac tendit ad ipsum consequendū. Vbi autē fuerit assequutū, quod amauit & prosequutū est, tum demū oblectatur & conquiscescit in eo. At vero amor solus esse potest absque posterioribus. Cū enim obiectum conueniens proponitur aspectui, sed non vt possibili adipisci, non fit adhuc prosequutio. Veluti cū canis cibus cōueniens proponitur, sed astat iuxta cibū qui baculum ad verbera eleuatū tenet illic sane amor est ad cibū quē tā cōueniētē aestimat, sed quoniā non proponitur, vt acquisibilis, neq; vt propin quus haberi, propter astant malum, amorem non sequitur prosequutio. Nonnunquam vero prosequutio est, & non subssequitur lætitia: quoniam videlicet non cōtingit assequi rem amatam & prosequutā. Nonnūquā etiam res iam acquisita nō talis inuenitur, qualis ante iudicabatur secūdū aestimatiuā atq; ideo nō consequitur gaudium in ea iam habita & adepta. Frequenter enim aestimatiua decipitur iudicans esse conueniens, quod vere nō est cōueniēs.

Nihil autē refert ad passionum harum effectiōnem in appetitu, an res vere talis sit an non. Non enim obiectum appetibile secundum seipsum, vel secundum quod in se est mouet appetitum sed secundum quod in phantasia proponitur, siue ita sit in re, siue aliter res habeat. Vnde cum aestimatiua decepta iudicat hanc rem esse cōuenientem, quæ secundū veritatē non est cōueniens, nihilominus fit in appetitu amor & prosequutio, quam si secundum veritatē talis esset. Cum vero iā habita præsens fuerit etiā gaudiū de re præsentī habetur, donec deceptio aestimatiuæ nō fuerit depræhensa. At vero mox vbi per sensum exteriorē aestimatiua perceperit se errore delusam in iudicando de re absente, cessat passio gaudij, cessante nimirum estimatione conueniētis. Deponit enim errorē quo se comperit fuisse illusam. Itaq; tres istæ passiones, amor vel concupiscentia, prosequutio vel desiderium, voluptas siue lætitia sunt, quibus afficitur circa obiectum conueniens.

CAPVT V.

His vero tribus passionibus prædictis correspondēt tres alia, quæ sunt circa obiectum cōtrariū, id est, circa
 obie

obiectum discōueniens: odium videlicet, fuga, & tristitia *Odiū.*
 vel dolor. Cum enim primū appetitui presentatur obiectū
 discōueniens, mouetur appetitus displicentia, & quadam
 velut auersione opposita cōuersioni cōcupiscentiæ vel a-
 moris. Nam sicut obiectū appetibile efficit in appetitu pri-
 mo conuersionem quandā & inclinationē ad ipsum, sic ob-
 iectum discōueniens auersionē quādam & retractionē.
 Et hæc passio odium nominatur estq; amori opposita. Et
 sunt duæ istæ radices omniū aliarum passionū. Cum vero
 discōueniens illud malum æstimatiua proponit vt iam
 imminens animali, & tanquam propinquū vt veniat, alia
 passio gignitur in appetitu, per quā quærit elongari ab il-
 lo malo ipsumq; euadere & effugere. Et hæc passio appel- *Fuga.*
 latur fuga & est quasi recessio quadam ab obiecto malo
 imminēti vel propinquo, per quā animal mouetur ad fu-
 giendū, quod est discōueniēs, sicut prosequutio (cui op-
 ponitur) tendētia quadam est ad conueniens. Sed cū ob-
 iectum discōueniens iā præsens & habitū fuerit, efficitur
 in appetitu passio doloris vel tristitiæ, qua affligitur in
 præsentia adepti mali, sicut per voluptatē (cui opponitur)
 quiescit in præsentī bono. Ita enim canis vidēs tenētē fla-
 gellum ad verbera eleuatū, primo aspectu odit & auertit-
 ur, & si vt sibi imminētia hæc verbera cōsiderat, fuga mo-
 uetur, ad effugiendū imminens & propinquū malū. Cum
 autē in ipsius corpus flagellū fuerit incussū & verbera
 iā suscipit, dolore & tristitia affligitur: propter quod etiā
 exclamat, eiulando lamentans. Contingit autem inter- *Dolor.*
 dum (quomodo de amore per cōtrariū diximus) ad odiū
 non sequi fugam. Cum enim videt canis tenentē flagel-
 lum, odit quidē & auertitur, sed nisi videat sibi imminere
 aut sibi propinquū esse malū, nō sequitur fuga vt cū multū
 distat ab eo, qui flagellū tenet. Neq; itē semper ad odiū &
 fugam sequitur tristitia, vel quia malū illud nō si præsens
 vel quia cum præsens fuerit, sensus nonnunquam mōstrat
 non esse discōueniens, quod secundū æstimatiuā errantē
 prius discōueniens iudicabatur. Nihil enim refert ad au-
 diendū, fugiendū, vel tristandū, an res discōueniens ex-
 sat, modo ab æstimatiua talis iudicetur. Vnde videmus
 homines quosdam morosos tristiari pro rebus quæ secun-
 dum veritatē eis non discōueniunt, neq; in aliquo mala

sunt, tātum propter firmam æstimationem, quod æstimēt, sibi disconueniens, quod tale nō est, quam æstimationem vel nolunt vel non possunt deponere. Atq; ad hunc modum tristatur canis aliquo modo, dum irascitur ex hoc solum, quod domum quis ingreditur, aut stinarium, in quo iacet, nō ad mali aliquid faciendū, aut quod per plateam aliquis transeat, cum id ei nullo modo sit disconueniens.

De appetitu concupiscibili, & irascibili, & de passionibus irascibilis.

CAP. VI.

Inueniuntur autem & alia passiones in appetitu sensitivo diuersa à prædictis, originē tamen ex eis habentes. Pro cuius intellectu sciendū est, quod appetitus sensitivus apud Philosophos (tam physicos quàm morales) diuiditur in duas partes, videlicet in cōcupiscibilem, & irascibilem.

Quid appetitus concupiscibilis.

Appetitus cōcupiscibilis dicitur, quo res erga obiectū conueniens, vel disconueniens, erga bonum vel malum simpliciter afficitur, secundum rationem sub qua proponitur ab æstimatiua.

Atq; hanc partem spectāt passiones illæ omnes, quas supra iam distinximus videlicet amor, prosequutio & gaudiū circa obiectum conueniens: odiū autē, fuga & tristitia circa obiectum disconueniens & malum. Considerāt enim hæ passiones simpliciter bonum aut malum secundū simplicem aliquam rationem, vt timor & odiū conueniens vel disconueniens, vnde propositum: prosequutio & fuga bonum vel malum imminens gaudiū & tristitia, iam præsens. Denominatur autem hæ pars concupiscibilis à primo & præcipuo suo actu, qui est amare vel concupiscere.

Irascibilis appetitus.

Irascibilis vero appetitus dicitur, qui mouetur, à bono vel malo pposito, nō simpliciter, sed sub cōditione alicuius arduitatatis vel difficultatis.

In hac parte sunt spes & desperatio, audacia & timor & ira: à qua (vt magis manifesta) pars ista irascibilis nominatur. Hæ enim passiones omnes pro obiecto habent arduum. Vnde spes est quasi amor boni ardui. Audacia est, quasi prosequutio boni ardui. Desperatio est quasi odiū & auersio ardui, propter arduitatē. Timor est, quasi fuga ardui mali. & Ira, quasi tristitia mali ardui cū iam præsens
fuc

fuerit
ad co
speci
obiec
nus
rende
flagel
nitur,
& mo
duitar
defini
hic sp
cilibu
speran
ration
titus
conue
netur,
appeti
terrib
met se
posse v
peritu
niculta
tem sp
cupisci
dū rati
quater
si odiū
duo vt
solum
arduo
sperare
sinit, se
dui. Spe
nem, &
ctā, ma
arduo o
do, aut
brutum

Fuerit. Quarū passionū ab inuicem distinctio, non parum ad cognitionē appetitus sensitiui cōducat. Passio namq; spei in appetitu oritur, quādo ab æstimatiua proponitur obiectū aliquid cōueniens, tamē sub ratione ardui: quatenus videlicet difficultatē habet ipsum obiectū in acquirendo. Vt cū proponitur canis cibus cōueniēs, sed astat, qui flagellum tenet atq; ita arduitas & difficultas simul opponitur, illo tamē arduo nō obstāte, adhuc inclinatur canis, & mouetur amore ad ipsum cibum cōuenientē æstimās arduitatem illam se posse superare, & propter arduitatē non desinit ad rem illā inclinari tāquā sibi possibilē adipisci, hic sperare dicitur. Spes enim est de rebus arduis & difficultibus. Quæ enim arduitatē & difficultatem non habēt, sperare non dicimur. Econtrariō autē desperatio est, cum ratione ardui propositi, aut præsentatæ difficultatis, appetitus auertitur ac desinit ab obiecto aliās appetibili & conuenienti, vt amplius ad ipsum nō moueatur, neq; inclinetur, vt pote nō possibile adipisci. Veluti cū canis cibum appetit vehemēter: sed videt flagellum tā terribile, & tam terribiliter vibrantē flagellum, qui astat cibo, vt non æstimet se posse arduitatē superare, & verbera talia euadere posse vel perferre, hic certe desperat, quia ab eiusmodi appetitu desinit obiecti cōuenientis propter arduitatē & difficultatem, quam æstimat in superabilem. Respondēt autem spes & desperatio in irascibili, amorī & odio in concupiscibili: estq; spes velut amor quidā boni ardui, secundū rationem ardui. Nā quatenus bonū obiectum amatur quatenus vero arduū speratur. Desperatio autem est, quasi odiū ardui: secundū rationem ardui: id est, auersio ab arduo vt arduum est. Videntur autem spes & desperatio nō solum respicere bonū, sed etiā malū. Spes enim est de bono arduo consequendo, vel de malo arduo superando. Vnde sperare dicitur, qui bonum aliquod, quod amat non desinit, sed pergit appetere, nihil obstante consideratione ardui. Sperat etiā qui amat mali alicuius, quod odit, euasionem, & superationem, tametsi arduitatem habeat adiunctā, malū illud euadere vel superare. Itē desperat de bono arduo cōsequēdo, propter arduitatē, vel de malo euadendo, aut superando propter arduitatem. Vt (verbi gratia) brutum animal sperat cōsequi pabulū, quod videt, etiā si

Spes.

Desperatio

ali

aliquid difficultatis sit adiunctum, & sperat effugere periculum sibi imminens, etiã si sit arduum ad effugiendũ. Aut econtrario desperat de cõsequendo pabulo propter nimiam arduitatẽ, aut de superando euadendõq; periculo, propter nimiam arduitatẽ quam sibi putat insuperabilem. Itaq; tam boni consequutionem, quã mali superationem, atq; euasionem respiciunt spes & desperatio. Atq; ita in sequentibus passionibus est dicendũ. Audacia verò & timor differre videntur, sicut prosequutio & fuga. Audacia enim est quasi prosequutio quãdam boni ardui, vt arduum est, nihil videlicet obstante arduitate. Timor vero fuga est ardui propter arduitatẽ, cum scilicet arduitas retrahit & fugã facit in appetitu. Et oritur audacia ex spe, quemadmodũ ex amore oritur prosequutio, & ex desperatione timor, quemadmodũ ex odio fuga. Cum enim proposito bono arduo, appetitus propter arduitatẽ nõ auertitur, vt desperet, sed manet conuersus vt speret, neq; spem abiicit illius boni consequendi, quanquã sit arduum ad consequendũ, tum deinde mouetur, ad ardui illius consequutionẽ, non obstante arduitate: atq; hæc est passio audaciã. Item, cũ per desperationem quis à malo superando auertitur, spe superationis abiecta, propter arduitatẽ quam æstimat insuperabilem, ex hoc consequenter mouetur ad fugiendum hoc ipsum propter suã arduitatẽ, & est timor oppositus audaciã. Est enim timor fuga à malo arduo, propter ipsius arduitatẽ, vel à consequutione boni ardui, item propter arduitatẽ. Quẽ admodum enim spem & desperationem diximus esse de bono arduo assequẽdo aut non assequendo, nihil obstante arduitate, aut malo similiter superãdo: ita audacia prosequitur bonum arduum consequendum, vel malum arduũ ad superandum. Timor vero deiectio & fuga quãdã est, vel à bono arduo consequendo, vel à malo superãdo.

Quod ira nullam habet passionem contrariam. CAP. VII.

DE ira verò hoc singulare est, qd nullam habeat passionem sibi contrariam, vt in prædictis apparuit, sed est penitus absq; cõtrario. Cuius ratio est, quoniã ira respondet tristitiã, estq; tristitia quãdam de malo arduo præsentis, quatenus arduum est ad ferẽdum, vel de boni ablatione, quatenus arduum est, & difficile tali bono carere: quã

trist

trist
pera
lum
lum
enim
maiu
stitia
inuen
quod
sub r
cunq
prose
tum f
bonu
in app
appet
præse
tia do
ardu
fuerit
lo vit
maior
quã
boni,
ius ga
sens a
ad cõ
appet
delice
potest
bitum
sub ta
enim
& si b
cludit
præse
Nam
secund
ergo p
sex iug

tristitia, propter arduitatem, cōsurgit ad ipsum malū superandū per vindictam. Vnde ira est, quando propter malum arduum illatū, appetitus vehemēter mouetur ad malum illud superandū, per illationem vindictæ. Existimat enim hoc modo malū proprium superare, cum equale vel maius illi intulerit, a quo accepit malum. Huic autem tristitiæ de malo arduo præsentī, nō potest in bono aliquid inueniri, contrariū. Contrariū enim tristitiæ est gaudiū, quod est de bono præsentī: bonū autē præsens nō potest sub ratione ardui considerari. Omne enim bonū, quantūcūq; ad acquirendū sit arduū, quātumlibet habeat in sui prosecutione & acquisitione difficultatē, cum iam habitum fuerit, nullā omnino habet difficultatē. Quapropter bonum præsens nō potest nisi passionem simplicis gaudij in appetitu efficere. Nā tantū vt præsens bonum mouet appetitū, non iam vltra vt arduum bonum, cum nullum præsens bonum sit arduū bonum. Et licet hoc experientia doceat, quanto bonū aliquid in prosecutione magis arduū fuit, tanto gaudiū vehementius (cum iam adeptū fuerit) in affectu causari, quēadmodum ea quæ cū periculo vitæ adepti sumus vehementius diligimus, & gaudio maiori afficimur de illorum possessione, nō tamen aliud quā gaudiū inde enascitur, ex adeptione videlicet talis boni, cū iam præsens ardui rationē perdit. Quod enim maius gaudiū sit ex huius cōsequutione nō est, quia vt præsens arduū est, sed quia in prosecutione arduum fuit, & ad cōsequendum difficile. Atq; hac de causa fit, vt ira in appetitu irascibili nō possit habere contrariū: quoniā videlicet obiectū iræ (quod est malum arduū præsens) non potest habere contrariū. Nā bonum arduū præsens & habitum, appetitus nequaquā respicit: neq; vllum obiectum sub tali cōsideratione ipsum mouere est potens. Includit enim repugnantia: quia si bonū præsens est, arduū nō est: & si bonū arduum est, præsens nō est. Præsentia enim excludit in bono arduitatem, Secus est de malo, quod simul præsens & arduū esse potest. Secus etiā de bono absente. Nam bonū absens potest esse arduū, priusquā habeatur, secundū quod in acquirendo habet difficultatē. Omnes ergo passiones quæ in appetitu sensitivo inueniuntur, in sex iuga possunt reduci: quorū tria prima perfecta in passione

*Sex passio-
nes concupi-
scibilis.*

ritate

*Sex quoque
irascibilis.*

ritate sua, sunt ipsius concupiscibilis, concupiscentia & odiū, prosequutio & fuga, voluptas & dolor. Tria autem posteriora iuga, quorū nouissimum imperfectū est in imparitate (quod vnum deficiat) sunt ipsius irascibilis appetitus: videlicet spes & desperatio, audacia & timor, & ira non habens contrariū. Opponitur tamē ei priuatiue ipsa iræ carentia, quam in irascentiam possumus appellare. Et ad harū passionum aliquam necesse est reduci omnē passionem sensitiui appetitus, siue irascibilis siue concupiscibilis. Quod autē omnes istæ passiones sint appetitus sensitiui, manifestissimum est, ex eo quod singulas videamus etiā in irrationabilibus animātibus, in quibus nullus est intellectiuus appetitus. An verò appetitus irascibilis, & concupiscibilis, duæ sint potentie realiter distinctæ, an tantum vna secundū rem potentia, sed diuersa habēs officia, nolimus impræsentiarum inuestigare profundius.

Quomodo passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis.

CAP. VIII.

Illud autem notandū est, quod passiones irascibilis oriuntur ex passionibus concupiscibilis, & terminantur in eisdē. Nam ex amore alicuius rei conueniētis quæ est in concupiscibili, exoriēte aliquo quod arduitatē adducit illi rei amatae, confurgit in appetitu irascibili spes ad illā arduitatē superādā, & audacia qua prosequitur superationē talis arduitatis. Et cū per audaciam cōtingerit arduū superari terminatur spes illa & prosequutio in gaudio, quod inde nascitur: atq; ita in passionem concupiscibilis terminantur passiones illæ irascibilis. Ita timor de malo imminente & arduo, cū iam malū ipsum aduenit & vicerit, ita vt superari non possit, in purā tristitiam terminatur. Non enim est ira, donec mali presentis arduitas æstimatur per vindictam superabilis, quemadmodum audacia prosequutio est superandi mali ardui imminētis, cuius mali arduitas æstimatur superabilis. At verò, cū æstimato talis (videlicet superandi presentis mali) defecerit, iam non amplius ira, sed tristitia mera est, quæ ex malo arduo presentis procedit, quemadmodum in iis qui rebus desperatis, post timorem, tandem in illud incidunt quod antē timuerāt, nec æstimant mali arduitatē se vlla vindicta posse superare. In his enim ira vertitur in puram tristitiam

trist
defi
acti
dixi
lis.
stia
radi
in co
ris, t
quod
enim
quod
buna
vel in
expe
quæ
ria. N
nient
dine
præu
ens, n
tus. E
tæ & l
dit o
ria od
aut re
trariē
omni
uenie

Ga
P
R
tu
nem, q
omnes
more
omnia
quitur
in illo
cupisc
& om

tristitiã. Talis ergo qui iam præsentem malo sic premitur, definit desperare, definit & timere: & post desperationem ac timorem, finem occupat dolor. Terminantur ergo (vt diximus) passiones irascibilis in passiones concupiscibilis. Et licet terminentur nunc in gaudium, nunc in tristitiam, simpliciter tamen amor in concupiscibili est prima radix omnium aliarum passionum: nec potest vlla passio in concupiscibili, vel in irascibili oriri, nisi ex radice amoris, siue concupiscentiæ. Non enim est aliquod odium, quod non oriatur ex aliquo primo amore. Quicquid enim odit appetitus, ideo odit, quia contrarium est alicui, quod vt bonum & conueniens amat. Vt si amat canis cibum, odit quicquid ab huius consequitione prohibet vel impedit, & quicquid hoc, quod vt conueniens appetit expellit ac fugat: sic qui amat vitam ac sanitatem, odit quæcunque apprehenduntur, vt sanitati aut vitæ contraria. Nihil enim odit appetitus, nisi sub ratione disconuenientis. Disconueniens autem dicitur disconueniens in ordine ad aliquid. Indicatur ergo in odio disconuenientis, præuius amor alterius rei, illius cui hoc est disconueniens, nempe vitæ & boni ipsius animalis, cuius est appetitus. Est enim appetitui naturaliter insitus quidã amor vitæ & boni ipsius animalis cuius est: ex quo amore procedit odium generale disconuenientis, ac deinde particularia odia omnium earum rerum, quæ estimantur vt contraria aut repugnantes vitæ ac bono ipsius animalis. Sicut e contrario ex vno illo amore, oriuntur particulares amores omnium earum rerum quæcunque æstimantur, vt conuenientes vitæ vel bono animalis.

Gaudiũ siue voluptatẽ esse aliarũ passionũ finem. CAP. IX.

Profundius autẽ considerantes, inuenimus gaudium siue voluptatem, omnium passionum aliarum esse finem, quẽ appetitus finaliter querit, & ad quẽ naturaliter omnes alia passiones ordinantur: ita vt quẽadmodũ ex amore omnia proficiuntur, sic ad gaudiũ & voluptatem omnia ordinantur. Ad hoc enim appetitº concupiscit & prosequitur, quod conueniens est vt cũ assequutũ fuerit gaudeat in illo estiq; gaudium velut fructus, ad quẽ appetitus concupiscendo & prosequendo tẽdit. Et sicut omne odium, & omnis fuga ex amore proficiuntur, ita omne odium, omnif

*Amor est
prima radice
passionũ a-
liarum.*

*Gaudiū est
secundū na-
turam.*

*Prover. 17.
Genes. 42.*

omnisq; fuga finaliter tandē ad gaudiū ordinatur. Ad hoc enim id, quod animali disconueniens est, odit & fugit appetitus, vt non per aduentum disconuenientis animali veniat tristitia, sed malo depulso gaudium acquirat, vel in habito gaudio conquietescat. Vnde sicut perturbatio belli ordinatur ad trāquillitatē pacis, sic odiū & fuga ordinatur ad quietē gaudij. Et prouidē admodū Deus animalibus dedit nō solum amare & prosequi, sed odire etiam & fugere. Nā si nō aliud noscet appetitus quā amare, quā prosequi, non esset quō se à cōtrariis & discōuenientibus præsaueret. Nā ad præservationē huiusmodi à discōuenienti, requiritur odiū & fuga, quibus à disconuenienti appetitus, ipsum animal potest se elōgare & abstrahere. Ex prædictis patet, qd gaudiū per se est secundum naturā animalis, tristitia verō contra naturā. Nam gaudiū est per se finis ipsius appetitus, quē finaliter quarit. Vnde oportet tristitiā contrariā esse cōtra naturā. Atq; hinc est, qd naturaliter omne animal quarit delectationē, voluptatem, & gaudiū: abhorret autē à tristitia & dolore conatur item modis omnibus se in gaudio cōseruare, & in delectatione cōtinere, à tristitia autē & dolore diligentissime & quā ocyssimē potest, se conatur liberare. Hinc etiā est, qd tristitia (vt pote naturæ animalis cōtraria) cōsumit & corrumpit ipsum animal, atq; ad mortē deducit. Vnde per Sapientē dicitur: Spūs tristis exiccāt ossa. Et Iacob ad filios suos volētes secū Bēiamin adducere in Aegyptū: Si qd ei aduersitatis (inquit) acciderit in terra ad quā pgitis deducetis canos meos cū dolore ad inferos. Cōtra verō gaudiū: & iactitia sanitatis est effectiua, & vitæ cōseruatiua.

Quare Deus irascibilem addidit concupiscibili, & quōd etiam timor & desperatio animali fuerint necessaria. CAP. X.

OMnes etiam passiones quæ sunt in irascibili, sicut ab amore radicaliter oriūtur, ita ad gaudiū naturaliter pergūt, & ad ipsum vt suum finē ordinātur. Spes enim & audacia ad hoc ordinātur, vt tandē bono arduo, nō obstāte arduitate, cōsequuto vel malo arduo superato, appetitus per gaudiū, quiescat in bono acquisito. Imō desperatio & timor ad gaudium ordinātur. Desperādo enim animal mouetur vt timeat ac fugiat, sicq; euadat tristitiam quæ imminet, & gaudiū habeat malo per fugā declinato.

Vbi

Vbi notandū, quòd appetitus irascibilis datus est animali propter cōcupiscibilē, & est velut propugnator appetitus cōcupiscibilis. Sine appetitu nanq; irascibili, concupiscibilis esset velut inermis, & absq; defensione. Neque sufficiebat appetitus cōcupiscibilis ad bene esse animalis, nisi fuisset adiunctus etiā irascibilis. Frequenter enim cōtingit circa id quod animali est cōueniens, occurrere arduitate & difficultatē, per quam affectus cōcupiscibilis statim retraheretur, vel remoraretur, nisi esset adiunctus appetitus irascibilis, qui confirmaret concupiscibilem & velut animaret in suo amore & prosequutione, ne statim concupiscibilis occurrente arduitate se retrahat, atque à prosequutione desistat. Quomodo enim armatus aliquis per viam ambulans, cū inermi, facit ipsum inermē non desistere ab itinere, etiā si videatur aliquid occurrere aduersi, qui alioqui solus & inermis existens statim ab itinere suo cessaret, vel desisteret: sic appetitus concupiscibilis statim à cōuenientis prosequutione cessaret, arduitate occurrente deterritus, nisi haberet irascibilem velut propugnatorē, qui illū teneret in prosequutione sui appetibilis. Ita ergo irascibilem appetitum Deus animali cū cōcupiscibili dedit, vt etiā occurrente arduo à prosequutione cōuenientis nō cessaret, neq; statim malo succumberet, sed cōtra ipsum sese erigere posset, & ad arduitatē superandā conari. Item, cū fortē à disconuenienti malo teneretur, vt nō perpetuo sub illo permaneret, sed ad euadendū malū sese possit erigere, & velut ad superandū animare. Ita enim per spē & audaciā animal nō obstante arduitate pergit prosequi quod amat, & vnde quærit gaudiū. Per iram verò, etiā cū præsens fuerit malū, superare conatur & euincere malitiam, atque ex ea sese extricare.

Per desperationē quoq; & timorem sibi cōsultat animal, cū ipsum malum arduū imminens tantū videt, vt superare se nō posse existimet. Cōdedit enim animali ad euasione mali, desperatio & timor: cū tam arduū fuerit malum, vt existimet se nō posse superare. Nā tunc per desperationē & timorē fugit animal, sicq; suæ saluti cōsultat. Si enim oblato arduo quod animal ipsum superare non potest, adhuc pergat sperare & audere, periculum est vitæ ipsius, dū se opponere tētat malo excedēti suas vires, & se

*Appetitus
irascibilis,
propugna-
tor est cōcu-
piscibilis.*



fortius oppugnare: vnde cūm deuictū fuerit, malē habebit. Et frequentissimē hoc modo animal in perditionē venit. Itaq; etiam desperatio & timor in animali vtiliter posita sunt ad salutem animalis, occurrente malo quod existimatur nō posse superari: sicut econtrario spes & audacia ibi cōducunt ad esse animalis, vbi existimatur malum posse superari. Atq; hoc pacto manifestē patet, quomodo (vt suprà diximus) etiā desperatio & timor ad gaudiū ordinantur, sicut ex amore proficiuntur. Amor autē ille primus, ex quo oriuntur omnes istæ passiones tam cōcupiscibilis quā irascibilis (vt iam ostensum est) & gaudiū istud ad quod passiones omnes ordinantur vt ad finē, de eadē re sunt. Est enim primus amor appetitus, quo appetit & amat salutē ipsius animalis cuius est appetitus. Et gaudium vltimū ad quod ordinantur omnes passiones aliæ, est similiter de salute & bono ipsius animalis, ad quod ordinantur quæcunq; in ipso sunt omnia. His autē de appetitu sensitio determinatis, rursus ad intellectiui appetitus considerationem (vnde digressi sumus) reuertamur.

Prædicta omnia etiam in intellectu appetitu inueniri.

CAP. XI.

HAs autē passiones omnes quas iā explicauimus, manifestū est sic in homine, sicut & in aliis irrationabilibus inueniri. Nā & homo quæ secundū sensum percipit corpori cōuenientia, amat, atq; prosequitur, & cūm adeptus fuerit, voluptate in eis afficitur: cūm percipit discōuenientia corpori, hæc odit, fugit, & de his tristatur, si ea aduenire sibi contingat. Sperat itē, & audet, & occurrenti difficultati se opponit, vt euincat. Desperat quoq; interdū, & timet cūm arduitatē æstimat suas vires superare. Insuper & irascitur cūm præsens malum fuerit quod putat per vindictā posse se superare. Et in his omnibus (quātū ad corpus attinet) manifestē homo cū cæteris animalibus irrationabilibus cōuenit, ita in appetitu sensitio sicut in sensu. Verūm quantū ad appetitū intellectiui cōsiderādū est, quōd licet nulla talis passio corporalis posset in eo inueniri, ipse tamē dicitur amare, odire, prosequi, fugere, delectari, tristari, sperare, desperare, audere, timere, & irasci. Et hæc omnia quæ iam prius appetitui sensitio diximus cōuenire, nō sunt omnino ab intellectu appetitu aliena.

Quo

Quomodo enim in appetitu sensitivo sunt amor corporalis, gaudiū corporale, odium corporale, tristitia corporalis, ira corporalis, & ita in cæteris: sic in appetitu intellectivo est amor spiritualis, quo voluntas id quod secundum rationē bonū iudicatur, amat: est desiderium spirituale, quo ad acquirendū id quod secundū rationē bonū iudicatur, tendit: & est gaudiū spirituale, quo in eo iā adepto oblectatur. Vt cū intellectus iudicat virtutē esse bonā, & rem vtilē homini, appetitus intellectivus amore afficitur erga illā, & incipit eā prosequi, siue ad eā tendere desiderio: atq; vbi adeptus fuerit, in ea gaudet. Et cū intellectus aternā vitā (qua Deus est) vt bonā & summē bonā cognoscit, volūtas amore afficitur, & desiderio tendit ad illam consequendā. Atq; vbi desiderium hoc suū adimpleri cōtigerit, summo gaudebit gaudio. Est quoq; odiū spirituale, eius quod secundū intellectum iudicatur disconueniens & malū, & fuga eiusdē, atq; vbi præsens adesse contigerit, tristitia. Vt cū intellectus iudicat vitia esse hominis nobilitati contraria, & naturā deformantia, afficitur voluntas auersione & odio contra illa, fugitq; & abominatur ea: ac si quando in ea per fragilitatem cōtigerit incidere, tristatur de talis mali præsentia. De quali odio per Psalmistā dicitur: Nōne qui oderunt te domine odērā, & super inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio odērā illos, inimici facti sunt mihi. Item spes & audācia in appetitu intellectivo inueniūtur. Cū enim intellectus virtutem vt arduā & difficilem considerat (quippe virtus & ars, iuxta Aristotelis sententiā versantur circa difficile) voluntas nihilominus firma & stabilis non deterrita arduitate, eāmq; putās posse euinci & superari, pergīt amare virtutem, pergīt etiā desiderare & ad eam tendere, hīc certē sperat & audet. Sin e contrario arduitate victus humanus appetitus resiliat deiciatūque ac fugiat à virtutis proposito (quemadmodum proli dolor cernere est in maxima parte hominum) hīc desperatio & timor est. Irā quoque in intellectivo appetitu spiritualement experimar, cū illud quod secundum intellectum malum & disconueniens iudicamus, adesse contigerit: voluntas tamen aduersus ipsum consurgit, & quærit ipsum malum superare atque euincere. Vt cū homo in peccatum se aduertit

Psal. 138.

Aristoteles.

cecidisse, grauiter irascitur aduersus illud, si non sibi cō-
placet in eo, neq; perseuerare eligit in eo, confurgitq; ad
ipsum expellendū, ac se ab illo emundandū. Ita cū quis
in se vel in proximis videt contemptum diuini honoris,
ira spiritali aduersus malum hoc secundū intellectiūm
appetitum confurgit, ad superandū & destruendum con-
temptum honoris Dei. Ac de huiusmodi ira intelligendū

Psal. 68.

Ioan. 2.

2. Cor. 7.

est, quōd in Psalmis scribitur, & apud Euangelistā Ioannē
adducitur de Christo domino: Zelus domus tuæ comedit
me. Et Paulus Apostolus gaudet per suam epistolā se cō-
mouisse discipulos ad iram & indignationē, cōtra peccat-
um, ad pœnitentiam. Ita ergo manifestum est, omnia ista
quæ in appetitu sensitio inesse suprā diximus, etiā intel-
lectiuo appetitui inexistere. Est tamen hoc aduertendū,
quōd ista vt sunt in sensitio appetitu, dicūtur pāsiones,
non autē vt sunt in appetitu intellectu. Vnde & angeli-
cæ mentes amant salutem hominum, amant Deū, profe-
quuntur & desiderant electorum salutem, gaudent super

Luc. 15.

peccatoribus pœnitentiā agentibus, & super iustis pro-
ficientibus, tristantur super cōuersis, reuertentibus ad pri-
stina vitia, aut iustis suam iustitiā relinquentibus, irascū-
tur aduersus eos qui scandalizant pusillos, qui Dei nomē
blasphemant, sperant de peccatoris cōuersione donec in
mundo est, desperant de eorū reditu ad bonū qui in pec-
cato mortali iam condēnationem acceperant, & ita in
aliis. Nequaquā tamen in angelis sunt ponendę pāsiones,
amoris, gaudij, odij, tristitiæ, & huiusmodi: atq; ita nec in
homine secundū appetitum intellectuū, secundum quem
similis est angelis. Hæc enim omnia intellectuū appeti-
tus absq; pāsione in se habet, quæ sensitio habet cū
pāsione, & affectione tantum, nō pāsiones appellantur.
Pāsio enim corporalem aliquam immutationē designat,
& imperfectionem includit. Vnde plerūq; inualescenti-
bus pāsionibus corporalibus istis, cernimus hominis cor-
pus secundum eas disponi. Vt qui vehementer irascun-
tur, cernuntur oculos habere scintillantes, & faciem ve-
lut fumantem atque ardentem, propter quod in scriptu-
ris nonnunquam ira per fumum faciei designatur. Veluti
cū de Deo dicitur: Ascendit fumus in ira eius, & ignis
à facie eius exarsit. Et alibi: Domine Deus quousque ira-
sce

Psal. 17.

scer
fum
fum
desp
(ina
beic
trist
affec
cum
pasi
fitiu
Ita e
tu in
gene
eos c
mon
corp
lud i
Deur
poris
D

E
St
tius
iecto
admo
tato p
vt tal
liter a
conue
ter pa
tione
dum f
hinc f
estima
amor
amare
de qu
vt sup

sceris super orationem serui tui: vbi in Hebræo habetur, *Psal. 79.*
 fumabis, pro irasceris. Qui vehementer timent, pallidi
 fiunt: itē qui desperant, vultu fiunt deiecto. Vnde ad Cain
 desperantem ob non acceptata munera, dominus. *Gene. 4.*
 (inquit) concidit facies tua? Ita qui gaudent, multum ru-
 bescunt, & grato colore perfunduntur in vultu: qui verò
 tristantur, vultum habent tetricum & toruum. At verò
 affectiones istæ vt sunt in appetitu intellectiuo, non sunt
 cum tali immutatione corporali, neque per se eiusmodi
 passionē in corpore efficiunt, nisi simul & in appetitu sen-
 sitiuo passio existat affectioni voluntatis correspondens.
 Ita enim solet ex redundantia affectionis, quæ in appeti-
 tu intellectiuo est, etiam in sensitiuo passio correspōdens
 generari. Quemadmodū videlicet ad oculum cernimus,
 eos qui interno letantur gaudio, ex bonæ cōscientiæ testi-
 monio, ex redundantia gaudij spiritualis gaudere etiam
 corporaliter, & serenitate ac placiditate quadā vultus il-
 lud internum gaudiū demonstrare. Et cum quis secundū
 Deum irascitur, secundum voluntatem simul etiam cor-
 poris ira accenditur, quæ velut ministrat vltionem.

*Differentia inter passiones appetitus sensitui, & affectiones
 appetitus intellectui.*

CAP. XII.

Est etiam hæc differentia inter passiones appetitus sen-
 sitiuo, & affectiones voluntatis, quòd appetitus sensi-
 tiuus secundū eas merè patitur, quia naturaliter ab ob-
 iecto ei imprimuntur, ita vt non possit non recipere, quē-
 admodum sensus merè passiuæ potentia est. Vnde presen-
 tatio per sensum obiecto conuenienti, & per estimatiuam
 vt tali iudicato, appetitus sensitiuus necessariò & natura-
 liter afficitur & amat illud, & cū obiectum aliquod vt
 conueniens & præsens per sensum præsentatur, naturali-
 ter patitur appetitus sensitiuus, & afficitur gaudio ex ra-
 tione talis obiecti, habetque se merè passiuè, quemadmo-
 dum sensus cū à sensibili oblato speciem recipit. Atque
 hinc fit, vt brutum animal proposito cibo quem secundū
 estimatiuā iudicat conuenientem, naturaliter erga ipsum
 amore afficiatur, ipsumq; prosequatur, neque potest non
 amare, aut non prosequi, nisi adit impedimentum aliun-
 de quod præualendo naturaliter operetur fugi vel odiū,
 vt suprà declarauimus. At verò in appetitu intellectiuo *Appetitus*

*intellecti-
uus differt
à sensitiuo.*

multò aliter se res habet. Est enim voluntas, potètia multò nobilior. nō vtiq; merè naturaliter patiens ab obiecto, etiā sub ratione sua proposito, sed mouēs seipsam ad obiecti propositionem potius, quàm ab obiecto moueatur. Nā si naturaliter ab obiecto moueretur, semper obiecto proposito deberet secundū rationē obiecti moueri, cum nullum esset ab extra impedimentū. Atqui experientia aliiud manifestat, videlicet hominis voluntatē nulla necessitate ab obiecto proposito moueri: sed propria libertate ipsam sese mouere. Potest enim cōtingere, & cōtingit per singula momenta in plurimis, vt intellectus & ratio iudicet hoc esse bonū, aut conueniens, cum tamen ipsa voluntas illud non prosequatur, nec amet: item vt intellectus iudicet hoc esse malum, cum tamen voluntas non odiat illud, nec fugiat. Vnde in incontinentibus manifestè hoc cernimus: iudicant enim secundum intellectum, malum esse adulterio coinquinare vxorem alienam, malum esse in tali statu permanere: attamen secundum voluntatem non tristantur de tali malo præsentī, neq; odiunt, neque fugiunt. Item omnes secundum intellectum iudicant peccatum esse malum, & deformans humanam naturam: attamen secundum voluntatem non omnes odiunt peccatum, neq; fugiunt. Est ergo voluntas potentia non merè passiuā naturaliter patiens ab obiecto, ita vt non possit non pati ab eo quemadmodū est appetitus sensitiuus: sed libera est, & actus sui in seipsa liberè effectiua, ad propositionem tamen obiecti. Intellectus enim & rationis est voluntati obiectum proponere, vt pote sub ratione boni aut mali: & voluntas non trahitur ad obiecti prosecutionem, neque vlla necessitate in ea fit affectio secundum rationem obiecti, sed libertate sua se mouet cum voluerit, secundum affectionem tali obiecto conuenientem: ita vt etiam cum mouetur, liberè possit non moueri. Vt cum intellectus virtutem vt bonam & conuenientem humanæ nobilitati proponit, voluntas non trahitur naturaliter ad eius amorem & eius prosecutionem, sed liberè se mouet. Nam obiecto eodem similiter oblato, & nullo existente alio impedimento, potest nunc moueri ad amorem virtutis, aliàs non moueri: potest nunc prosequi, aliàs non prosequi.

De libertate voluntatis super affectiones proprias & passion-
nes appetitur sensitui.

CAP. XIII.

EX prædictis videtur manifesta libertas ipsius appeti-
tus intellectui, quo ad proprios actus, & affectiones.
Vnde etiã fit vt propriè nomenclentur voluntatis actus vel
operationes, nequaquã autem passionēs, tametsi vt in ap-
petitu sensitui, passionēs verius quã actus vel operatio-
nes appellentur: videlicet quod in appetitu sensitui fiant
ab obiecto potius quã efficiantur ab ipso appetitu: in in-
tellectui autē contrariò, nō ob obiecto in ipsam imprimi-
mãtur, sed ab ipsiusmet libertate efficiãtur. Nō solū tamē
hanc libertatē habet voluntas super actus proprios, verū
etiam super passionēs, quæ sunt in appetitu sensitui, ma-
gnū habet dominiū, & magnā libertatē. Quia enim appe-
titus sensituius, secundū naturā subiectus est voluntati
vt inferior superiori: & quia voluntas potētia libera est,
hinc fit, vt nō solum imperiū & libertatem habeat supra
proprius suos actus, verūm etiã supra passionēs appetitus
sensitui. Imò verò ex Dei ordinatione, hoc ipso quod vo-
luntatē liberā homini dedit, inferiorem appetitū nō libe-
rum voluit huic superiori libero esse subiectum, voluit q̄;
huius passionēs naturales & nō liberās ab huius liberta-
te regi & moderari. Vnde ex ore domini ad Cain exarde-
scentem mala iracundia (propterea quod non quæ ipsius
mala munera, igne cœli absumpta essent, vt bona sacrifici-
cia fratris) ita dictum legimus, Subter te erit appetitus
tuus, & tu dominaberis illius. Quasi dicat, Tu quidē nunc
subita exardescis iracundia, quali grandi malo tibi illa-
to ex eo quod tibi frater prælatus est signò diuino. Attra-
men scito, inordinatū hūc iracundiæ furorē qui in tuo sensi-
tuo appetitu exoritur, debere te comprimere & mode-
rari, per superiorē quæ in te liberā voluntatē, ne pro-
pter hunc iræ furorē, impium aliquid operē committas
quod in proximo futurum est, si insurgentem appetitū pri-
mum nō cōprimas. Si autem verūm est quod ait domi-
nus, sub homine esse ipsius appetitum, & ipsum domina-
ri debere suo appetitui, manifestē consequitur supra hūc
appetitum debere poni aliam altquã potentiam superiorē
cui subdatur, & cuius imperio atq; dominio subiciã-
tur. Quod autē dominatur alteri, & sub se habet subiectū

Voluntatis
libertas.

Genes. 4.

Genes. 4.

vt possit reprimere, moderari, ac regere, libertatem habere debet qua id possit. Hæc autem potentia superior voluntas est & appetitus intellectiuus. Patet ergo ex verbis illis domini, appetitum sensitium subiectum esse intellectiuo, item & voluntatē habere libertatē, & imperiū, nō solū super actus proprios, sed etiā super passiones sensitui appetitus. Quomodo enim sub ipso esset appetitus sensitiuus, & quomodo ipse huius dominaretur, si super suos tantū proprios actus diceretur habere libertatem? Quomodo enim regē dicemus imperare populo, si ipsum fateamur solū habere libertatē in propriis rebus agē? si quod voluerit, & nō etiā in negotiis populi? Sed & si ea quæ antecedūt prædicta domini verba, diligētius considerauerimus inueniemus libertatē volūtatis causam esse, ob quā illi subiicitur sensitiuus appetitus. Sic enim dominus præmittit, Quare iratus es, & quare cōcidit facies tua? Nōne si bene egeris, recipies: sin autē malē, statim in foribus peccatū tuū aderit? Ac demum subiūgit quod iā diximus: Sed sub te erit appetitus, tuus & tu dominaberis illius. Vbi dum propriæ actionis libertatem præmittit, mox subiungens seruitutē & subiectionē appetitus, indicat appetitum homini subiectum esse ratione eius quod est in eo liberum, & à quo suam habet libertatem. Et hæc est sola potentia voluntatis. Per voluntatē enim homo habet libertatē. Est ergo volūtas in homine, quæ ex diuina ordinatione habet libertatem & imperiū super appetitū sensitiuū.

De dominio voluntatis supra appetitum sensitiuum.

CAP. XIII.

Duplex dominium.

AD cognoscendū autē quomodo volūtas dominatur super appetitū sensitiuū, notandū est (iuxta Aristotelis distinctionē) duplex esse dominium: alterū quo dominus dominatur in seruū, ita vt nihil possit facere à seipso seruus, nisi quod dominus imperauerit, cuiusmodi dominium Græca appellatione vocat despoticū, quod nos Latine dicere possumus herile, id est, quo herus dominatur seruo. Si quidem despotes, herus, vel dominus interpretatur. Alterū est dominium liberū, quo rex dominatur suis subditis liberis: qui licet subiecti sint suo domino, non sic tamē (quæ admodū priores) vt nō possint nisi quæ ille iubet facere, sed ita vt pareant quidē illi in iis quæ imperauerit, possint nihi

nihilominus etiã illo nõ requisito agere quæ sibi videntur cõmoda. Manifestũ est autẽ, appetitũ sensitivũ pro hoc statu potius posteriori hoc modo quã priori, esse voluntati subiectũ. Non enim sic ei subiicitur, vt nihil possit nisi quod ille iusserit. Nam potest per se absq; volũtatis imperio sensitivus appetitus, mouere ipsum hominẽ ad obiectũ, ad quod fuerit pertractus, etiã nõ requisita volũtate, neq; accepto à volũtate imperio. Quanquam enim in homine appetitus sensitivus subiectus est voluntati, non tamẽ ob hoc est ignobilior neq; impotẽtior in homine quã sit in animali bruto, vbi alium nõ habet superiorẽ. Vnde sicut in bruto appetitus motus ab obiecto, per se sufficiens est animal mouere ad obiectum à quo ipse prior mouetur prosequendũ vel fugiendũ, ita potest & in homine moueri per semetipsum. Secundo autẽ modo subiectus est volũtati, & voluntas ei dominatur, quoniã videlicet vbi voluntas iusserit, potest appetitũ inferiorẽ cõpescere, eiusq; passiones mitigare, vel cõprimere, vel prorsus supprimere, potestq; eũ cohibere, ne animal moueat ad obiectum à quo ipse mouetur. Ad eandem rem tertio libro de anima adducit Aristoteles cõparationẽ sphæræ superioris & inferioris, quarũ superior mouet inferiorẽ suo raptu, eã secũ circũgyrando: inferior nihilominus proprio motu contramouetur. Sic enim volũtas (vt sphæra superior) suæ iussionis imperio sibi parere facit appetitũ sensitivum, & vi quadã cogit suũ sequi imperiũ. Attamen habet etiã sensitivus appetitus potestatem motu proprio mouendi, quam non accipit à potentia superiori. Quod si quis huius rei requirat experientiam, mirabor ego an lapis sit absq; sensu qui id requisierit. Quis enim non experitur in sese per singulos dies, imo per singulas horas (ah quid horas dico? potius per singula momenta dicere debueram) multis se inordinatis passionibus & motibus mirum in modum molestarti, quæ absque volũtatis imperio ex parte inferiori à sensitivo appetitu exoriuntur? Quis non statim visa re pulchra percipit intra se amorem rei illius, & quandam prosecutionem antequã voluntas adit, quæ compescat sensualem passionem? Quis non circa res sensibiles sentit frequentissimẽ sese brutorum more statim affici, subitis passionibus in sensitivo appetitu nascentibus, con-

*Comparatio
Aristotelis.*

cupiscentiæ, prosequutionis, desiderij, odij, fugæ, timoris, spei, audaciæ, iræ, & similibus ante omne voluntatis imperium? Hanc ergo non perfectam subiectionem sensitiui appetitus ad voluntatem, euidentissimè sic in nobis probat experientia.

Quomodo sensitiuus appetitus voluntati contrariatur.

C A P. X V.

*Contrarie-
tas appeti-
tus sensitiui
& intelle-
ctiui.*

NEq; verò hanc soli habet facultatè appetitus sensitiuus, vt possit absq; voluntatis imperio moueri à suo obiecto, ac deinde ipsum animal etiã mouere: sed (quod magis dolendū atq; desendū est) secundū eã cõditionem in qua nũc est, plerũq; etiã ad ea quæ volũtati sunt cõtraria, inclinãt & mouet. Appetitus nãq; intellectiuius secundum suam naturam ea amat ac prosequitur, & de illis gaudet, quæ secundū intellectum atq; rationè bona sunt: ea verò quæ ratio mala indicat, odit, ac fugit, & de illis tristatur. De huiusmodi etiã bonis sperat, mala cõtraria timet, & aduersum mala huiusmodi irascitur. Appetitus autem sensitiuus amat & prosequitur ea quæ sensus bona iudicat, & de his gaudet: ea verò quæ sensus discõueniẽtia iudicat, odit ac fugit, & de his tristatur. Atqui nõ eadem sunt quæ sensus bona estimat, & quæ ratio vel intellectus; itè quæ sensus mala, & quæ intellectus. Aestimatio nãq; sensus illa iudicat bona, quæ carni sunt grata, bona videlicet corporalia, & tẽporalia, delicias, diuitias, amplã supellectilè, põpas magnificas, & gloriosos titulos, amplũ famulitium, abundantiã ciborũ, ferculorũ, potuũ, musicorũ instrumentorũ cõcentũ, & cætera huiusmodi, quæcũq; sensui carnis sunt grata, & quæcũq; sensum oblectã: & hæc omnia inordinatè & secundum excessum cõsiderata, sensus estimatio ni bona videtur, & sic ea sensus appetitus prosequitur. Ratio verò siue intellectus vera bona iudicat illa, quæ incorruptibilia sunt atq; æterna, & ea quibus ad æternitatè pertingitur, cuiusmodi sunt bona cœlestia, itè virtutes, & virtutũ opera, virtutũ etiã occasiones, & quicquid nouit ad vera atq; æterna bona cõsequẽda idoneũ. Quæ autè sensus vt sibi grata & conuenientia iudicat, secundū eũ vsum, nõ superfluũ & excessiuũ, nequaquã intellectus vt vere bona iudicat, sed potius vt mala & noxia ad ea bona consequenda quæ ipse verè bona iudicat. Non enim
hæc

hæc
ritu.
vsur
sensu
quæ
tè su
dum
hisi f
se, se
Apo
ritur
vt no
tellig
pella
tatis
ctiuu
cõcu
loco
re in
Dei f
dilige
pugn
modi
indica
mole
miser
ego h
Vn

S
C
sua n
& ord
tio de
bisip
ræ, qu
monia
se. Nã
ab ini
sensio.

hæc temporalia iudicat vtilia, nisi quatenus ad vera spiritalia & æterna bona conducunt, quod est secundum vsum moderatū & sufficientem. Propter quod, appetitus sensitivus contrarius est voluntati, nō simpliciter in hoc, quōd ipse temporalia & corporalia appetat, voluntas autē supernaturalia & æterna: sed quia ille corporalia secundum excessum & inordinationem appetit, ista vera non nisi secundum debitam moderationem: nec ea quidē perse, sed vt ad aliud cōducentia. Atq; hoc est quod sanctus Apostolus ait, carnē concupiscere aduersus spiritū, & spiritum aduersus carnem, & adinuicem hæc sibi aduersari, vt non quæcunq; velint homines faciāt. Carnē nanq; intelligit partem infimā appetitus sensitivi, & spiritum appellat superiorē partem in anima hominis, ratione voluntatis: significans videlicet, appetitum sensitivū & intellectivum adinuicē pugnare, vt caro id est, carnis appetitus, cōcupiscat cōtraria appetitui intellectiuo. Hinc & in alio loco multa verborū replicatione cōqueritur, non habitare in carne sua bonū, sed malū sibi adiacere, ita vt legem Dei facere volēs, & secundū spiritum quæ verē bona sunt diligere, inueniat in carne sua aliam legē, legi mentis repugnantem, seq; captiuantē in lege peccati, & alia huiusmodi multa dicit, quæ non nisi sensualitatis peruersitatē indicant voluntati repugnantis: quæ illi vsque adeo est molesta repugnando, vt in vocem tandem exclamationis miserabiliter eiulans terminet querimoniā, dicēs: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Galat. 5.

Rom. 7.

Ibidem.

Vnde procedat rebellio appetitus sensitivi contra voluntatem.

C A P. X V I.

Sciendum tamen est, qd appetitus sensitivus licet ex sua natura appetat bonū corporis vt corporis, nō tamē ex sua natura habet sic appetere bona corporis extra modū & ordinē, etiā cōtra rationis dictamen, & suprā quā ratio dictet, quomodo nūc manifestissimē experimur in nobis ipis. Verū id ex corruptione provenit humanæ naturæ, quā sacræ scripturæ autoritas, & sanctorū patrū testimonia nobis astruūt, ex primi peccati inobediētia evenisse. Nā (vt Sapiēs attestatur) fecerat Deus hominē rectū ab initio, & absq; vlla cōtentione: princeps pacis, o for dissensiois, duos hos appetit^o in hoīe sine vlla cōtrarietate cōiunx

Eccles. 7.

iunxerat, sicq; appetitum inferiorem subiecerat superiori, vt nihil posset cōtra eius imperiū & cōtra regulę ipsius directionem (id est contra dictamen rationis) appetere, vt non posset amare aut prosequi cibū, vel potū, vel aliud quodcunq; sensui gratū, contra voluntatis imperiū, neq; cōtra rectę rationis dictamē. Nā ante primi peccati inobediētiā, nunquā appetitus sensitivus appetisset cibum, nisi quantū & quomodo & quādo corpori fuisset bonum pro sua sustentatione, & sicut voluntas voluisset appeti, ipsaq; rationis regula dictasset appetendū, neq; vnquā fuisset imperiū voluntatis egressus appetitus inferior, & neque limites excessisset rationis. Mox enim vt volūtas iussisset cessare inferiōrē appetitum à sui obiecti prosecutione, dicto statim fuisset obediens, nec progressus fuisset ulterius. Atq; ita dulcissima omnino fuit ab initio duorū horum appetitū harmonia, & iucūdisima concordia, inferiōre in nullo superioris prætergrediēte imperiū, eratq; tū ab homine in eo statu procul omne disidiū. Et perdurabat quidē hæc suavisima pacis cōcordia, donec diuinę voluntati paruit voluntas humana, & donec præcepti diuini regulam voluntas hominis non fuit trāsgressa. At verò posteaquā suam volūtatē homo per inobediētiā subduxit, imo verius suffuratus est diuinę voluntati, eiq; cōpit per suā volūtatē velle cōtrariari, diuiniq; præcepti regulā trāsgredi (heu sortē nostrā miserandam) iusto Dei iudicio, harmonia illa & pax suavisima in homine dissoluta est, ex tūc sunt in homine cōfusa atq; perturbata omnia: ita vt obediētiā iam negare inciperet appetitus inferior superiori (cui vsq; tunc optimē fuerat subiectus) mox vt hic superiori voluntati diuinę multo magis debitam denegasset obediētiā. **Qui** enim superiori suo iustę negat subiectionis obediētiā, hunc non potest iustior vltio subsequi, quā vt sui quoque subditi patiatur rebellionem. Et qui inītu cum superiori domino fœdus violat, dignus est cui nec alij fidē seruent. Ita ergo per primi peccati inobediētiā, dum se volūtas humana à diuina seunxit, atq; separauit, eligēs & appetens, quod illa volebat, factum est, vt mox in carne inferior appetitus similē nobis ludū ludere inchoaret, inciperetq; statim appetere superiori appetitui cōtraria, vt ille iā amauerat quod di-

*Vnde profeta
Etia carnis
rebellio.*

uinę

uinę
lum i
non s
specia
tia du
bunda
tis ino
restitu
senten
confite
natū a
tatis r
sonass
Christe
non ef
mum
sus ino
ergo,
riam si
tem cō
manā
hanc c
Deo cr
pacis,
qui seip
petitus
inferio
sensual
minam
mus. N
includi

Quan
con

EX h
plex in
non mi
cilis ac
ratur b
fine mu

uinæ omnium supremæ volūtatī repugnabat. Atq; hoc malum in posteros omnes propagatū, ex vno homine, nemo non sentit grauissimè in se deservire, nisi què fortè Deus speciali dignationis priuilegio ad pristinū illum innocentia dulcissimū statum reduxerit, per gratia suæ superabundantis præuentionē restituens, quod per primi parētis inobediētā semel perditū amplius natura non potest restituere. Id quod iuxta consonā catholicorū doctorum sententiā, de beatissima Dei genitrice virgine Maria est confitendū: in qua nō est verisimile fuisse vnquā inordinatū aliquē in appetitu sensitiuo motū, qui in vllō voluntatis repugnasset imperio, aut à rectæ rationis regula dissonasset. Nā de beuēdicto filio eius domino nostro Iesu Christo, hac in re (vbi de inordinatione loquimur) opus non est verba facere, quem vt verum Deum ordinatissimum omnium ordinatōrē, firmissimè credimus nulla prorsus inordinatione posse, vel potuisse coinquinari. Patet ergo, quomodo sensitiuus appetitus non secundū primariam suā naturā conditionē id habet, vt contra voluntatem cōcupiscat, sed secundū corruptionē illā quæ in humanā naturam ex primi peccati inobediētia processit, & hanc contrarietate quæ in homine cernitur, non debere Deo creatori imputari (nō est enim Deus dissensionis, sed pacis, vt sanctus ait Apostol.) sed homini præuicatori, qui seipsum à Deo voluntarie separādo, sui inferioris appetitus perdidit perfectū dominium. Hic autem appetitus inferior, secundū hanc corruptionē, appropriato vocabulo sensualitas solet nominari. Nam quoties sensualitatē nominamus, inordinationē istā in tali nominatione intelligimus. Nominatio autē appetitus sensitui corruptionē nō includit, sed ipsam tantū potentiam inferiorē appetendi.

Quanta miseria homini oriatur ex rebellione appetitus sensitui contra voluntatem.

CAP. XVII.

EX hac autē humani generis corruptione ex illius pulcherrimæ harmoniæ miserabili dissolutione multiplex in hominibus procedit incommodū. Inter quæ illud non minimū est, q̄ homo ad omne bonū admodū est difficilis ac tardus, & quod nō nisi cū difficultate multa operatur bonū: ad malū verò promptus est & facilis, ipsumq; sine multa difficultate operatur: quemadmodū in Geneti scribi

Virgo Maria à carnis rebellione immunis.

Genes. 3. scribitur, sensum & cogitationem humani cordis prona esse ad malum ab adolescentia sua. Ex eo enim, quod sensualitas semper transire quærit rationis limites (quæ est regula voluntatis) semper homo in se habere cognoscitur, quod virtuti studentibus reluctetur. Nã virtus & bonũ intra limites rectæ rationis consistit, quos sensualitas exire semper appetit, sicq; virtuti studentibus sua importunitate facecit negotiũ, & non modicã ingerit difficultatẽ, suis passionibus cõtinuò pullans, & velut impetũ faciens in voluntatẽ ad meliora conantem. Atq; hinc est, qd

Arist. 2. lib. Ethicorum. Arist. in libris Ethicorum asserit, virtutẽ (sicut & artem) versari circa difficile. Profectò enim difficile nõ foret homini operari bonũ, si non hanc in se haberet corruptã sensualitatẽ, sic semper ad mala sollicitantẽ, & bono semper repugnantẽ. Impossibile est autẽ non fieri difficultatẽ in re quãtumvis facili, vbi sit qui retrahat, & qui impediat. Quemadmodũ in se quidẽ est facilimũ in altum de terra hũc eleuare baculũ. Si tamẽ sit qui toto pòdere calcet super eius extremũ, at si sit qui mihi sursum trahere volenti quomodocũq; contranitur, difficultas mihi erit in eleuãdo: non quidem ex re ipsã, sed ex parte retrahentis atq; contranitẽtis. Atq; ita sanẽ, virtus non circa ipsum quod in se est difficile versatur, neq; per se difficile est volũtari appetere & mouere ad bonũ: sed propter hãc sensualitatem, retrahẽtem semper à bono, & ad malum sollicitantẽ, prouenit difficultas. Neq; aliud quàm sensualitatẽ istam rebellem respicit Saluator, cum in Euangelio viam vitam facit angustam, & angustam portam dicit per quã intratur ad vitam. Videlicet significare volens, plerosq; mortalium sensitiuũ appetitum insequẽtes per vias malas ad mortẽ pergere, paucissimos verò appetitui huic resistentes per vias bonas ad vitam proficisci. Qua in re illud maximẽ descendũ est, quod non solum reluctari in nobis potest sensualitas voluntati, & in bono prosequẽdo ei facere negotium, verum etiã penitus eam possit ad se allicere, imò sibi subiicere, & pertrahere quò ipsa voluerit: sicut pertrahere solet ancillam conductitiam domina quò voluerit. Nam si tantum difficultatem posset inferre voluntati in operando bonum, foret id quidem tolerandum. Nunc verò tantam habet potestatem, vt etiã supra volũta

E
Iustatem
liter subit
tam sordid
lis, atq; sp
care non
nam per
infirmis ad
quã ita
biliori do
bilibum ad
rebat, rem
na magni
bat diade
cedebat
perro ore
indignant
tia. Atq; i
lescens pu
in se conu
in vehem
habent oc
re, multò
le videbit
ra proden
dominari
Diuino st
rimã imp
altissimu
meretricu
lizatem, c
vilissimẽ
bona sunt
scere.

Quod r
tu sen

H
Oc t
sualit
permisio
iuntas ex

Iustitiam possit fœdissimè conscendere, eamq; sibi seruiliter subiicere. Quod sanè spectaculum tam fœdum est, tam sordidum, tam inamœnum, tam Deo & sanctis Angelis, atq; spiritali animæ abominandum, vt verbis explicare non queat: tolerabiliusq; foret totam mundi machinam perturbari, sursum ac deorsum commixtis omnibus infimis ad suprema, & supremis ad infima commutatis, quàm ita inferiorem illum appetitum superiori tanto nobiliori dominari. Narrat apud Esdrâ secundus ille nobilium adolefcentum, qui de mulierum fortitudine diserebat, rem fœdissimam, de muliere meretricula, concubina magnifici regis: quæ sedens ad regis dexteram, auferrebat diadema regni eius, imponensq; sibi, palmis Regem cedebat cum sinistra manu: cum ille super hæc omnia apertore ore intueretur meretriculam & arrideret ridenti, indignanti verò blandiretur donec reconciliaretur in gratia. Atq; hoc tam fœdum spectaculum referens ille adulescens purpurarum omnium prænarationis nouitate in se conuertit oculos, & principum animos commouit in vehementem admirationem. At verò iis qui inter nos habent oculos, qui fœditatem internam valent conspiceret, multò fœdus, multò sordidius, longè magis execrabile videbitur, sensualitatem vilissimam & sordidam de terra prodeuntem, & semper in luto volutari quærentem dominari voluntati de cælo progenita, ac de clarissimo Diuino stemmata prognata nobilissimæ utiq; ac liberæ imperatrici, & regni diadema (quod huic donauit altissimus) ab ea auferre, sibiq; imponere. O vilissimam meretriculam, ô scortum putidissimum, prauam sensualitatem, quæ tam multorum hominum voluntates tibi vilissimè subiicit, quæ hominum voluntates facis quæ bona sunt relinquere, & tuis pessimis desiderijs acquiescere.

Nota.
3. Esdr.

Quod voluntas ob suam libertatem non possit cogi ab appetitu sensitiuo.

CAP. XVIII.

HOc tamen sciendum est, quod nulla voluntas à sensualitate superatur mere violenter, sed tantum sua permissione & libertate. Propter quod, nequaquam voluntas excusatur à grauissimo scelere. Deumque in
infini

infinitum offendit, cum se ita permittit à vilissimo scorto superari. Quanquā enim sensualitas rupto fœdere potest suis passionibus facere negociū & molestiā exhibere voluntati rationis rectæ regulā insequi cupienti, si tamē voluntas obistere voluerit, & nisi vltro consenserit sollicitanti, nisi cedat insultanti sensualitati, impossibile erit ipsam ab hac superari: ita vt impossibile sit volūtātē subiici violētē à sensualitate, neq; possit vnquā ab ea expugnari quantūuis oppugnetur, nisi ipsa se dedat in manus meretriculæ. Quapropter omni excusatione caret voluntas quantūuis grauibus impulsibus passionū sollicitata, si sceptrum & diadema regni à Deo optimo sibi datū permiserit à se tolli, & in manus meretriculæ siuerit deuenire. Non enim potest à voluntate tolli sceptrū, nisi ipsa dederit, & verius ipsa se subiicit sensualitati, quā à sensualitate subiiciatur. Qui enim omnē oppugnātis apparatus & insultū sua virtute potest repellere, hic si se superari ab hoste permittat, manifestum est quod seipsum dederit in manu victoris. Atq; ita cū volūtās in homine possit sua libertate depellere omnes passionum impulsus, quibus ab appetitu sensitiuo potest impugnari, siue blandiendo, siue quancūq; molestiā exhibendo, manifestum est, non posse ipsam manu violētā expugnari, sed à semetipsa sponte dedit in manus expugnantis. Atq; hinc estimet homo, quam grauitē illa à iusto iudice regē & domino dominātū puniēda sit voluntas, quæ ita præter necessitatē, absq; omni periculo cōmissum sibi regnū & imperiū, ad modicā oppugnationē vel molestiā resignet & tradit alteri inferiori, cui Deus nequaquā regnū vult esse in homine: id est infimæ & corruptæ sensualitati quā ipse voluit omnimodis esse subiectā. Proinde omni diligētia quisq; debet sibi attendere, ne ipsam in naturalē dominationē, ministræ super dominā, seruæ super liberā, ancillæ super heram, mulierculæ super virū, in semetipso admittat. Attendat volūtās nobilitatē suæ originis, quoniā de excelso cælo est, nō de terra progenita & quātūuis importunā se exhibuerit cōiūcta eadē in carne meretricula quātūmlibet sibi facesat negotiū, caueat tamen ne vnquam tam vilissimo scorto ipsa tē nobilis Dei propago se subiiciat: maxime cum nulla sit illi necessitas, atq; hoc certissimo sciat non posse

Nota diligēter.

se se ni
& suæ
posse
est vol
possit
ienter
violēt
met, qu
lūtas h
pugnet
quia pr
difficul
molesti
liter se
pescere,
vnquam
gnantis,
contigē
segnitie
tuisset o

ET qu
Epro
suis mor
tur & no
bere: hin
luntati, &
mittat su
tur ei, qu
insultus,
exurgere
tu sensua
culpa nō
quod sup
haudqua
Quaprop
sendi, qui
sensualita
cissimis d

se se nisi volentem ab illa superari, imò verò suo conatu & suæ libertatis virtute illā quantūcunq; repugnantem posse nihilominus quò voluerit pertrahere. Tanta enim est voluntatis humanæ pro hoc etiã statu libertas, vt non possit ab vllis passionibus appetitus sensitiui pertrahi violenter ab eo quòd ipsa elegit, ipsa vero possit sensualitatē violenter pertrahere quo voluerit, quantumlibet reclamet, quantumlibet recalcitret ac reluctetur. Et licet voluntas hominis impedire nō possit quin à sensualitate oppugnetur, quin illa recalcitret, remurmuret, repugnet, quia prauæ in illa passiones exurgant, à quibus magnam difficultatē ipsa patiat, & multā sustineat perpetuamq; molestiã, potest tamen si diligenter aduigilauerit & viriliter se gesserit, omnes illius passiones edomare atq; cōpescere, ita omnem difficultatem euincere, vt non possit vquam expugnari, neque in subiectionem venire oppugnantis, vt manifestum sit, quoties voluntatem deuinci contigerit, non ex impotentia esse, sed ex socordia atque segnitate: quandoquidem viriliter decertando, omnem potuisset oppugnationem superare.

*Quatenus passiones sensitiui appetitus in homine den-
tur vitio.*

CAP. XIX.

ET quoniã impedire nō potest nec prohibere voluntas pro statu huius miseræ dissensionis, quin sensualitas suis motibus & passionibus insurgat, vt autē nō dominetur & non præualeat omnino, potest sua vigilantia prohibere: hinc est quòd ad culpā à iusto iudice imputatur voluntati, & districta ab ea requiritur vltio, si se ab illa permittat superari, & sub pedes cōculcari. Non autē imputatur ei, quòd passionū in sensualitate exorientiū patiat in saltus, nisi quantū ipsa per negligentiam illas permittit exurgere & inualescere. Quæ verò suæ rebellionis impetu sensualis affectus voluntatē præueniendo agit, pro his culpa nō ascribitur voluntati. Non enim exigitur ab ea quod supra facultatem ipsius est, & quod prohibere ipsa haud quaquã potest, quomodo ergo ei iustè imputabitur? Quapropter nō illi tantū laudādi sunt, neq; boni viri censendi, qui nullis passionibus molestantur, in quibus nullæ sensualitatis malæ affectiões exurgūt (hoc enim vix paucissimis datur, & nō nisi singulari cōtingit Dei beneficio:

*Caput istud
pariter et
proxime sub
sequens dili-
genter ex-
pende.*

& vix interdum post multos labores, post luctam annorū multorū à Deo hoc obtrinetur, sed ille laudandus est, qui mox vbi persenserit in se malas oriri passiones, occurrit ex aduerso, per imperium voluntatis, vt eas antequā crescant, succidat, & antequam inualescant, supprimat. Quē admodum non ille solum agricola laudandus est, in cuius agro nullum crescit lolium, nulla vnquam exurgunt zizania: sed qui diligēter prospicit, ne ita exurgant zizania vt triticum supprimant, quiq; mox vt enasci viderit, diligenti sollicitudine euellit ac succidit, antequam in altum exurgant. Neque ille tantum equi fessor laudatur, cuius equus non reluctatur, nō calcitrat, non in altum proiicit posteriora, non exercet vllam petulantiam: sed qui petulantem atque saltantem equum ita nouit fræno gubernare, calcaribusque comprimere, vt nō ipse pessundetur, & equum cogat eam quam ipse voluerit viam, quantumuis reluctantem incedere.

Per similitudinem petulantis equi, ostenditur quomodo debeat appetitus sensitiuus subiugari voluntati. CAP. XX.

Quam similitudinē equi petulantis & fessoris eius si diligēter cōsiderauerimus, inueniemus, quomodo voluntas in domanda sensualitate sese habere debeat, vt non solum nō pessundetur, verumetiam ad quæcunq; voluerit, eam cogat sibi subseruire. Videmus autē equorum fessores ad equorum petulantium gubernationē duplicibus vti adminiculis: videlicet frænorū gubernaculis, & stimulis calcarium: quibus equū quantūcunq; petulantem diligens fessor, & equitandi gnarus sub se retinet, & quocunq; voluerit, potest agitare. Ita ergo & sensitiuus appetitus frænis eget & calcaribus, quibus cōstringatur, vt sub obedientia debita permaneat. Sunt autem fræni isti habitus boni & bonæ assuefactiones: quibus illū voluntas quodammodo induit, dum frequenter illius passiones frangendo, & secundū rationē moderando, ita quandam assuefactionem bonam in eo generat, per quam facilius ipsum regat ac sub se teneat. habitus enim morales, id est, bonæ assuefactiones per multū laborem passionibus malis resistēdo, easq; moderando in appetitū sensitiuū introducēt, hoc ei sunt, quod fræna equis. Quemadmodum enim fræna equis affixa & firmiter copulata, fessori dant quo

Fræno indiget appetitus sensitiuus.

quo f
tus il
actib
ri & r
affue
Cūm
nibus
tionis
relinq
nes, &
to firm
titum
volun
tiuo
tus, &
primu
sit con
enim h
frænis
studiu
li quib
tes, qu
bus, qu
rebella
modi s
ditas, f
ius mo
cariu
affigit
& facil
est, qua
domin
instita
beribu
tes, atq
Aposto
redigo
ciar. Et
gis, fan
quod v

quo se teneat, & quod equū subiectū moderetur: ita habitus illi atq; assuefactiones in appetitu sensitiuo ex multis actibus relictæ, sunt aliquid ei inexistens, quo potest teneri & moderari. Generantur autē huiusmodi habitus vel assuefactiones in appetitu sensitiuo, ex cōtinuo exercitio. Cū enim frequenter volūtas suo imperio resistit passio nibus sensualitatis, & eas cohibet intra limites rectæ rationis, facitq; nō rē aliter appetere quā oportet, ex hoc relinquuntur in ea habitus quidā & quædam assuefactiones, & quanto amplius & frequentius id factū fuerit, tanto firmiores habitus & maiora frena iniiciuntur in appetitum. Atq; hinc fit, vt rebellio ista appetitus sensitiuī ad voluntatem in studiosis & diligentibus hominibus cōtinuo mitigetur, fiatq; in dies mirior ille bestialis appetitus, & facilius se gubernari permittat. Fit etiā, vt illis qui primum à vitiis ad virtutes se conuertunt, difficilimum sit continere appetitū, ne currat in pristina obiecta. Sunt enim hi fessoribus imperitis similes, equo indomito absq; frenis insidentibus. Vbi verò paulatim assueuerint, sit eis studium virtutum multo facilius. Calcariū autem stimuli quibus equi sunt subiecti, afflictiones sunt & pœnalitates, quibus affectus sensitiuus afficitur à viris spiritalibus, quo facilius illum sibi subiectum reddant, & minus rebellantem, faciliusque dicto faciant audientem. Huiusmodi sunt ieiunia, vigilia, lacrymæ, labores manuum nuditas, frigus, fames, sitis, egestas, vilitas, cōtemptus, & huiusmodi: quibus omnibus velut quibusdam stimulis calcarium pungitur affectus sensitiuus, afficiturq; dolore & affligitur, vt minus sit voluntati bona molienti molestus, & facilius sequatur quocunq; illa duxerit. Atq; hæc ratio est, quare sancti viri quibus omnis cura est tota volūtate domino suo deseruire, sedulo huiusmodi afflictionibus insistant, ieiunantes, vigilantes, laborantes manibus, verberibus seiplos afficientes, siti & algore seiplos torquentes, atq; ita de aliis huiusmodi afflictionibus. Hinc illa Pauli Apostoli vox est: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauero, ipse reprobus efficiar. Et alibi in infirmitatibus gloriatur, in ieiuniis, plagis, fame, siti, nuditate, frigore, & huiusmodi: asserens quod virtus in infirmitate perficitur, & quod tunc fortior

*Calcariibus
indiget sen-
sitiuus appe-
titus.*

1. Cor. 9.

2. Cor. 11.

fit, cum infirmatur. Videlicet hæc omnia ad effectus sensitiui edomatione ille referebat, non audens super indomitum equum absque calcaribus insidere. Et quanto quisque magis lasciuientem & magis rebellem hunc subiectum equum persentit, tanto magis illum stimulis huiusmodi pungere debet atque urgere, nec cessare, donec præ dolore subsilientem & clamitantem cogat cessare à petulantia. Atque ob hoc, in principio conuersionem (cum maxime ferociter videtur appetitus contradictionem à voluntate præter consuetudinem patiens) illis maxime exercitiis corporis afflictivis insistendum est, iis qui facile volunt ac breuem reportare victoriæ triumphum. Postea verò quam subiecti experit, iam utcumque didicit pristinis stimulis humiliatus minus lasciuire, mitius quoque tractari potest & stimulis calcarum prædictorum minus urgeri, sic tamē, ut non nimia remissione rursum redeat ad lasciuiam. Nulla enim re melius quam afflictione contumax seruosum genus in subiectionem redigitur, & in subiectione retinetur: quemadmodum Agar ancillam præ lasciuia dominam suam spernentem, prudens Sara dura afflictione sibi subicere curauit: quod consilium à Deo non est improbatum, ut fugientem eam etiam angelus domini reduxerit, & consilium Saræ probarit, dicens: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Quomodo verò habitibus moralibus appetitus frænatur, & an in ipso tales sint habitus, & quot sint, & qui, aliisque huiusmodi particularia, ad præsentem tractatum non pertinent. Ad moralem namque doctrinam, atque ad Theologorum determinationem spectant. Nobis sufficiat duos istos appetitus secundum naturalem considerationem distinxisse, & quemadmodum se adinuicem habeant indicasse. Nunc verò ad considerandum ipsam in se voluntatem pergamus, & quæ per illam homini prouentiant eximia contemplemur.

De libertate voluntatis in omnibus operationibus. CAP. XXI.

*Voluntati
ceteræ vires
subiiciuntur.*

A voluntate habet homo hoc sibi peculiare, ut solus omnium suorum actuum sit dominus, hoc est, ut quæcumque homo operatur, liberè operetur, possitque pro sua libertate quod operatur, non operari. Subiecit enim Deus voluntati omnes alias vires quæ sunt siue in corpore, siue in anima, ita ut ad voluntatis imperium omnes possint moueri, possit

possitq; eis voluntas imperare sui actus executionē, & ipse ei obediens. Loquimur autē nō simpliciter de omnibus operationibus, neq; de omnibus viribus quæ sunt in homine, sed de viribus animalibus, & de operationibus animalibus, quæ videlicet homini, secundum quod est animal, cōueniunt. Nam potentia vegetatiuæ nō subiiciuntur imperio voluntatis. Non enim ad imperiū voluntatis nutritur homo, vel augetur. Alioquin non verū esset quod ait Saluator, non posse nos ad staturam nostram adiicere cubitum vnū. Si enim augmentatiuā potentia esset subiecta hominis volūtati, indubiē plurimi statura pusilli (qui ob hoc contemnuntur ab hominibus) etiam vltra cubitū sibi adiicerent. Illæ autē vires omnes quæ homini cōueniunt, vt animal est, subiacent voluntatis imperio: nō ita vt absq; voluntatis imperio non possint moueri, sed quia ad imperium voluntatis sic nata sunt moueri. Visus enim naturaliter ab obiecto mouetur, cū fuerit presentatū: sed volūtas ipsi potest imperare, vt ad hoc vel illud vidēdum se conuertat, & potest auribus præcipere, vt ad sonū illum attendant, quāquam oblatum sonum absq; omnī voluntatis imperio possint audire. Ita potentia motuæ imperat volūtas, vt corpus moueat huc aut illuc, quō scilicet voluerit. Sed & intellectus à voluntate moueri natus est. Potest enim imperare intellectui, vt ad hoc aut illud intelligibile contemplandum se conuertat. Et omnes hæc potentie secundum quod voluntati sunt subiectæ, aliquo modo per participationem libera dicuntur, eō quod à voluntate liberè moueantur. Sola tamen voluntas per se ipsam libera est, & veram habet libertatē. Omnes enim alia tametsi à voluntate liberè possint moueri: proposito nihilominus obiecto naturaliter ab illo mouentur, quemadmodum de sensitiuis potentiis supra declarauimus, & de appetitu sensitiuo. Voluntas verò omnino libera est, quia proposito sibi bono & appetibili, nulla cogitur necessitate illud amare, sed potest liberè non amare, & non prosequi: & proposito malo, liberè potest non odire & nō fugere. Neque possibile est, vt quis voluntatem cogat ad aliquid amandum, vel prosequendum, odiendum vel fugiendum, ad gaudendum de aliquo aut tristandum: atque ita in ceteris actibus voluntatis. Neque solum in propriis

Luc. 12.

Voluntas lib.
berrima.

*Corpora
caelestia nō
possunt vo-
luntatē co-
gere.*

actibus ipsius voluntatis id verū est, sed in omnibus actibus potentiarum sibi subiectarū. Nemo enim potest cogere voluntatē, vt imperet alicui inferiorum viriū exercitium actus sui: videlicet vt imperet potentiae motiuae vllum motum, vt vllum membrum moueat, aut vt per vllam potentiam animale[m] quicquam fieri debeat. Sed neque ipsa corpora caelestia, neque omnes quae sunt in superioribus constellationes, ad aliquid possunt voluntatem liberrimam compellere, quantumuis sint constellationū vehementes operationes, quamlibet efficax sit virtus astrorum. Quamquam non est negandum astrorum & constellationum influxus posse agere in corpus, sicque appetitum sensitium vt corpori immersum posse immutari ab effectu astrorum impresso in corpus, & inclinari ad aliquid appetendum vel fugiendum secundum qualitatem impressi effectus. Verum vltra appetitum sensitium non potest protendi virtus astrorum. Non enim possunt nisi in corpora vel corporalia suos effectus producere. Voluntas ergo neque corpus neque corporale aliquid existens, sed potentia superior, nec immersa corpori, nullius est effectus ab astrorum virtute susceptiua. Et licet ferē cōtingat (propter insipientiam) bonam partem hominum astrorum inclinationem etiam secundū voluntatem sequi, id tamē argumentum nullum est, quod astrorum influxus cogat voluntatem, aut quod astrorum virtus per se immutet & inclinet voluntatem: sed inde hoc procedit, quia maxima pars hominum, per damnandam socordiam permittunt voluntatem à sensualitate superari: & quia paucissimi sunt, qui non secundū carnem viuunt, & carnis cōcupiscentiam spiritu contempto insequuntur. Propter quod rectē sapiens ille dixit Ecclesiastes, stultorum esse infinitum numerum. At verò sapiens si quis inuenitur è milibus vnus, hic per volūtatis libertatem, omnem superabit astrorum operationem, omnia sensualis appetitus blandimenta pro nihilo pender, atque ex alto despiciet. Vnde illa Ptolemaei vulgo iactata sententia, syllabarium quidem numero modica, sed veritatis pondere grauissima: Sapiens dominabitur astris. Qui enim astris non dominatur, profecto stultus & insipiens, vt pote qui absque necessitate in perditionem abduci se se permiserit. Nemo

Jacob. 1.

mo

mo e
aut a
malu
valde
cond
tent
cuius
tit, ip
tuit,

E
lutati
bono
facere
reri p
la dig
& pun
miniu
ipsum
mittit
si volu
vt no
possit
riti ve
pter q
lam n
egit, se
nem d
nem fa
ctus i
nullum
cadūt,
tum il
tra illo
tione s
vsum h
tionis.
ta absq

mo ergo cum tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur, aut ab astrorum influxibus (quæ sunt creaturæ Dei) ad malum vrgeatur: non creaturam Dei bonam, & bonam valde incuset (sed suam potius stultitiam & insipientiam condemnet. Vnusquisque enim (vt ait Iacobus Apostolus) tentatur à propria concupiscentia abstractus & illectus cuius meretriciis blandimentis: dum voluntate consentit, ipse se propria culpa filium mortis gehennæ constituit, ac propria sponte damnabilem facit.

Ibidem.

Quod ratione voluntatis homo mereatur vel demereatur.

C A P. X X I I.

EX hac autem libertate quam iam ostendemus inesse hominis voluntati, consequitur hominē ratione voluntatis posse mereri vel demereri, dignumq; fieri pramio bono siue malo, iuxta quod per voluntatē bona vel mala facere elegerit. Caterorum verò animalium nullum mereri potest aut demereri, aut retributione bona vel mala dignum fieri. Meritum enim & demeritum, pramium & punitio illic locum habent, vbi est actuum liberum dominium, vbi quod fit, liberè fit ita vt possit qui facit hoc ipsum, si velit, non facere: item vbi quod non fit siue omittitur, liberè non fit, liberè que omittitur, vt potuisset si voluisset, non omittere. Vbi verò libertas non est, ita vt non possit agens non agere quod agit, vel vt non possit agere quod non agit, ibi constat nullam esse meriti vel demeriti, pramij vel retributionis rationem. Propter quod ignis si hominem innocentem comburat, nullam meretur punitiōem. Quod enim egit, liberè non egit, sed naturali necessitate. Similiter lapis, cum hominem desuper cadens interficit. Imo & lupus cum hominem fame excitatus vorat, vel etiam cum sola phatasia ductus id facit. In his enim omnibus sicut nulla libertas, ita nullum est demeritum. Sic infantuli dum parentes manu eadūt, dū per noctis tēpus molesti sunt parētibus & multum illis faciunt laborem, vociferantes & clamantes contra illorum voluntatem, in nullo demerentur, neq; punitiōe sunt digni, ob defectum libertatis. Necdum enim vsum habent suæ libertatis, sicut necdū habēt vsum rationis. Ita quoq; moriones, qui penitus velut pueri aut bruti absq; libero vsum sunt ipsius volūtatis & rectæ rationis.

Meritū, & demeritum præsupponūt libertatem.

*Bruta cur se
cundū leges
puniuntur.*

Et licet secundum ciuiles leges puniri decernantur animalia bruta: vbi homicidium fecerint, nō hoc arguit, illa punitionem huiusmodi meruisse suo actu. Nam talis punitione potius ad dominorum ipsorum dānum ad quos attri-
neut spectat, quam ad ipsa animalia bruta. vt fit cum bos interfector hominis securi ceditur, capite rotæ suprapo-
sita: videlicet vt discant possessores illorū diligentius sua iumēta obseruare. Vel sūt huiusmodi punitiones ad homi-
nū cōmonitionē, vt magis ab huiusmodi ipsi absterreantur animalia rationalia, cum & in irrationalibus bestiis ta-
lem vident capitalis sententiæ seuerā exerceri vindictam. Interdum etiā in sceleris detestationē, veluti cum is qui cum iumēto coit, simul cū ipso iumēto exuritur, si possit cōprehēdi. Cōsequitur ex prædictis, quod non in omni-
bus suis actibus homo meretur vel demeretur, sed in iis tantū, quæ voluntariē operatur. Primū quidē in iis acti-
bus quæ propriē sunt ipsius voluntatis, & deinde in omni-
bus quæcunq; à voluntate imperantur, non autem in illis quæ nec propriē ipsius sunt voluntatis, nec ipsius subsunt imperio. Idq; intelligendum est tam de ipsis actibus, quam de actuum omissionibus. Potest enim homo mereri, & bo-
no præmio dignus fieri, non solum tale aliquid faciendo quod bonum est fieri, sed etiam omittendo quod bonum est non fieri, & malum est fieri. Sed demereri potest, non solum faciendo quod malum est fieri, sed etiam omittendo quod bonum est fieri, & non malum est non fieri.

*Quomodo actus humani, de voluntatis libertate parti-
cipant.* CAP XXIII.

*Participatio
voluntatis li-
berati.*

Est etiam circa præsentem locū aduertendū, non requiri ad hoc vt in actu aliquo mereatur homo vel de-
mereatur, quod sit actualiter & formaliter imperatus à voluntate, sed sufficit quod volūtas super ipsum habuerit dominium & imperium: ita vt impedire potuisset, si tantū voluisset. Quod enim voluntate permittēte fit, volūtariū est, & vt libertatem voluntatis participās meritū vel demeritum facit. Non enim solū peccat volūtas, dū ipsamet eligit actū malū, sed etiā quando appetitus sensitivus ma-
lam passionē excitat: quā voluntas nō suppressens dū potest, ita acceptat atq; permittit. Hac enim acceptatione vel permissione, actus ille de voluntatis libertate partici-
pat.

pat. Ex quo patet causa, ob quã in illis actibus homo non mereatur vel demereatur, quos habet à potentiis non subiectis volũtati, videlicet nutritione & augmentatione, itẽ in illis quæ ei vt corpori naturali conueniunt. vt cum subito cadens homo alium opprimit, vel interficit. Hic enim non aliter homo se habet, quã truncus, aut lapis, neque vt homo agit. Item in iis quæ homo dormiens per phantasiã agit, ratione ligata. Item in iis quæ homo in furia existens agit, nõ compos mentis, nec suæ voluntatis vtens libertate. Consequitur etiam, non demereri hominem ex solo aspectu rei illicitæ oblatæ, ad quam nõ se per voluntatem cõuertit, neq; in auditu rerũ obscenarum subito, cum non aduertit voluntariẽ auditũ ad huiusmodi, & ita in cæteris. Non enim in potestate voluntatis erat talem actum comescere, neq; aliquid de libertate voluntatis participat. Qui autẽ voluntariẽ conuertit oculos suos ad aspiciendũ vana, aures accommodat ad mala audiendum, & ita in aliis: aut etiam nõ auertit oculos, non obturat aures, cum possit & debeat, hic in operationibus sensuũ peccat ex libertate volũtatis, cuius ibi fit participatio. Consequitur insuper (quod supra diximus) primos illos passionũ motus, qui ab appetitu sensitiuo exurgũt in homine, præueniendo voluntatis imperium, non imputari homini ad demeritũ, si nulla sit acceptatio voluntatis, si volũtas mox vt senserit, sese opponens incipiat eosdẽ comescere. Hoc tamen sciendũ est, quãto magis diu tales motus sustinet, postquã aduertit & repellere potuit, tantò magis ipsi imputari ad demeritum: quoniam continuò magis de libertate participat, quãto magis volũtas in eis cõquiescit. Et vniuersaliter ita in omnibus iudicandum est, quanto vnusquisq; actus, vel vnaquæque omisio magis est voluntaria, & quantò magis de voluntatis libertate participat, tãto maioris esse meriti vel demeriti. Circa quod etiã

Nota.

notandum est, posse in aliquo actu esse participationem voluntariæ libertatis, etiam tunc cum voluntas omnino nihil operatur & prorsus est ligata, videlicet cum aliquid prius voluntariẽ homo eligit, & libere operatur vel admittit, ad quod alterum illud per se consequi est natũ. Vt qui per tempus vigiliæ illicita varia cogitat, neq; antequã somno se dat, agit penitentiam suæ vanitatis, huic si per

noctem de præteritis vanæ occurrant imagines, inordinationes huiusmodi & illusiones nocturnæ non profusus culpa vacant. Voluntariæ namq; libertatis aliquid habet, quatenus vigilans illa admisit in sese, vnde in somno plerunq; solent consequi. Sic qui se volutarie inebriat si postea ebrietate obrutus delinquat, vel committendo quæ committere non debet, vel omittendo quæ facere debuit, hunc certè à peccato non excuset ebrietas. Atq; hac in re quantum ad ea quæ in somno fiunt, multum confert illa somniorum naturalium ab animalibus distinctio, quam in libro præcedenti posuimus. Naturalia enim somnia absque volutatis participatione sunt, eò quòd causam habeant naturalem. Animalia verò aliquid de voluntaria libertate participant. Quid autem sit voluntarium, & quot modis dicatur, & alia plura quæ de voluntario subtilius solent differi, ad moralem doctrinam pertinent. Nobis sufficit generaliter hominis istam prærogatiuam in merendo vel demerendo descripsisse.

Homini quomodo ratione voluntatis præcepta sunt & promissiones.

CAP. XXIII.

*Præcepta
solum
rationali
bus dantur.*

Habet quoq; à voluntate homo, vt solus ipse inter cætera omnia naturalia creata possit accipere præcepta & prohibitiones, promissiones itè & cõminationes. Hæc enim illic locum habent, vbi est actionum libertas. Frustra namq; præceptum fieret illi à quo nõ possit fieri quod nõ præcipitur, vel à quo non possit non fieri, vrpote illi quod naturaliter quippiam facit vt non possit in oppositum. Quemadmodum vanè præciperet, qui igni præciperet calefacere, aur materiam appositam inflammare. Neq; illic est præmia proponere, vbi non est libertas ad faciendum vel omittendum. Ad hoc enim præmia proponuntur (siue bona promittendo, siue mala comminando) vt ad ea quæ bona sunt agèda extimulentur, vel ab eis quæ mala sunt amoveantur, ij qui libertatem habent siue bonum siue malum faciendi, aut omittendi, pro sua libertate. Est autem promissio & comminatio de re nõ præsentate sensibus, sed quæ tanquam futura proponitur. Sunt enim promissiones de futuris, item & comminationes. Vnde cum solus homo propositione futurorum moueatur, cætera verò omnia tantum ad præsentiam obiecti sensibilibus per-

ten

fenstris
non p
tiones
appeti
nonn
ni bac
dicant
cedat)
re esse,
scriptu
bus cre
solum i
148. qu
præteri
signific
suu ab i
ge obse
prohibi
tur. Ma
tem hor

HAb
fin
possit tẽ
finita, &
materiam
fura. Om
bona sunt
hensibile
bono cre
Deo. Nã
cut si vas
poralis, n
flumina i
& putei:
existens,
mul influ
luntatẽ in
vas, aquæ

fenfitiuum appetitum mouentur naturaliter, hinc fit vt non possint nisi homini promissiones fieri & comminationes. Et licet aliquando appellemus ostentationē ipsius appetibilis promissionem, & ostentationem rei terribilis, nonnunquam vocemus comminationem (velut cū cani baculum ostendimus, eundem vibrantes tanquam indicantes accepturum illum verbera, si ad carnē hanc accedat) id tamē manifestū est potius allicere vel absterre- re esse, quā promittere vel comminari. Quod etiam in scripturis legitur, Deus præceptū posuisse irrationabili- bus creaturis: quē admodū de celestibus corporibus non solum irrationabilibus, sed etiā inanimatis dicitur Psal. 148. quōd illis Deus posuerit præceptum quod nunquam præteribit: hoc certum est dici metaphoricē, videlicet ad significandum diuinam institutionem, qua illis motum suū ab initio instituit & definiuit, quē ipsa inuiolabili lege obseruant. Propriē ergo solis hominibus præcepta, & prohibitiones, promissiones, & cōminationes constituuntur. Maximē autem illæ promissiones secundum dignita- tem hominis sunt, quibus bona æterna promittuntur.

Quod homo ratione voluntatis capax sit infiniti boni.

C A P. X X V.

Habet insuper homo à volūtate, vt solus sit capax in- finiti boni, nulloq; possit bono creato repleti, nullo possit tēporali bono satiari. Est enim ipsa capacitatis in- finita, & durationis æternæ: cum sit potentia nō immersa materiæ, & à corpore separabilis, atq; in æternū perman- sura. Omnia autem alia creata præter Deum solum, finita bona sunt. Solus Deus est bonum infinitum & incompre- hensibile. Ac proinde non potest hominis voluntas vllō bono creato quantumlibet præcellenti satiari, nisi solo Deo. Nā finiti ad infinitum nulla est proportio. Vnde si- cut si vas aliquod imaginaremur infinitæ capacitatis cor- poralis, nullo posset creato liquore impleri, etiā si omnia flumina in illud infunderētur, omnēsque aquarum fontes, & putei: ita sanē voluntas hominis infinitæ capacitatis existens, nullis potest bonis creatis, etiam si vniuersa si- mul infuuant, satiari. Quantūcumq; enim boni finiti in vo- luntatē immiseris, nihil aliud agis, quā si in immensum vas, aquæ guttulam infuderis. Verum infinitum aliquod flumen

*Volūt. æ. nul-
lo creato sa-
tiabilis.*

*Appetitus
sensitiuus fa-
cile imple-
tur.*

flumen infinitum vas posset replere. minus autem infinito non possit replere infinitum. Infinita enim capacitas requirit infinitū replēs, si debeat repleri. Vnde impossibile est voluntatē vllō creato satiari. Appetitus autem sensitivus nō est capacitatis infinita, sed admodū modica: propter quod facile impletur, & impletus cessat concupiscere, donec rursus illo, quo plenus fuerit, euacuetur. Atq; hinc manifesta est differētia inter animalia bruta & homines brutaliter siue bestialiter viuentes. Animalia enim bruta quoniam non nisi appetitum sensitivū habent, citō satiātur & replentur, modō cibo vel potu. Homines autē eiusmodi, verē nō homines, equis & mulis minus rationabiles, qui voluntatem habent sensualitati subseruientem & similiter vt appetitus sensitivus inordinate absq; regula rationis sensibilia appetentem, nunquā possunt temporalibus rebus satiari, quātū ad affectū, vt gulosi cibos atq; potus absq; termino cōcupiscūt, nec ingurgitare desistūt, donec vsq; ad guttur ab imo pleni prohibeātur vterius ingurgitare, non defectu desiderij, sed defectu corporis, quod omnino nequit amplius recipere, propter nimiam impletionem. Ea verō sensibilia bona quæ nō intra nos suscipimus (vt sunt pecuniæ & possessiones, & huiusmodi) absque vllō termino & sine semper appetūtur. Videlicet hoc ipso cognoscere potest & debet homo, per illud quo supereminet cæteris animantibus, se esse capacitatis infinite, & nullo finito bono satiabilem. Propter quod vanē laborat ac frustra seipsum diuexat homo, dū temporalibus, ac finitis huiusmodi bonis quæ in hoc mundo sunt, suum cupit infinitum desiderium adimplere: non minus quā si vas infinitum (vt diximus) modico aquæ cyatho quis laboraret implere. Illud autē bonū requirere debeat, & toto conatu inuestigare, quod solū est suo infinito appetitui proportionatū, quod solum potest hominis desiderium penitus implere & satiare perfectissimē. Bonū autem hoc vnicum est, non temporale, sed æternum, non creatum, sed creator dominus deus super omnia benedictus, qui ad hoc nos sic creauit capacitate infinitos, vt ipsum qui solus in infinitū potest adimplere, requireremus, & ad eū omne nostrū dirigeremus desideriu. Cū enim nihil ipse frustra fecerit, qui est sapientissimus omnium conditor, nūquam

*Christiane
lector atten-
de.*

vti;

vtiq; h
nisi ali
Vnde c
hoc illu
sime im
ille qui
ret, Sa
exclam
quid vo
quod n
subiung
sequitur
pars me
Credo v
stē vide
tium est
tur, qua
uangelic
ra, sed t

Quon

HAb
cre
tatem ad
ta per se
bilia bon
gere. De
sicut per
cognosce
mor vere
enim est
faciatq;
scus siue
glutinan
vulgo qu
corporib
cio amor
(Qui ad
ita de an

wtiq; hominis voluntatē infinitę fecisset esse capacitatis, nisi aliquo modo voluisset bono infinito eā adimplere. Vnde cum solus ipse tale bonum infinitum sit, constat ad hoc illum fecisse nos capacitatis infinitę, vt ab eo plenissime impleremur. Hanc philosophiam non ignorabat ille qui de post fœtates assumptus fuit ad regnū, cū diceret, Satiabor cū apparuerit gloria tua. Sic & in alio loco *Psal. 16.* exclamans, Quid enim mihi (inquit) est in cœlo, & à te *Psal. 72.* quid volui super terram? Quasi dicat, Omnino nihil est, quod meam infinitam capacitatem valeat implere. Et subiungēs quid sit quo credat posse se adimpleri, ita profequitur, Defecit cor meū, & caro mea, Deus cordis mei, *Psal. 26.* pars mea, Deus meus in æternum. Et rursus alio loco, Credo videre bona Domini in terra viuentium. Manifeste videlicet significans, non hic in terra exilij & morientium esse vlla bona quibus possit satiari. Sic enim loquitur, quasi nulla hic bona viderit. Hinc & Saluator in Euangelio, toties monet thesaurizare nō thesauros in terra, sed thesauros in cœlo deficientes. *Luc. 12. 33.*

Quomodo per voluntatem Deum amare, Deoq; vniri potest homo.

C A P. X X V.

Habet in super homo ex voluntate, vt inter omnes creaturas solus possit Deum diligere, eiq; per voluntatem adherere perpetua adhesionē. Nam animalia bruta per sensitiuum appetitum non possunt nisi quæ sensibilia bona sunt, & quæ sensus iudicat conuenientia diligere. Deus autem nullo sensu sentiri potest, homo verò sicut per intellectum sensui supereminentem, potest Deū cognoscere, ita per voluntatem Deum potest amare. Amor vero facit rem amantem adherere rei amatae. Hæc enim est natura amoris, vt vniat amantem cum re amata: faciatq; vnum ex duobus. Est enim vinculum & quasi viscus siue glutinum, quo conuiscantur coniunguntur, & conglutinantur ad inuicem amans & amatum: ita vt etiam vulgo qui se multum amant, vnā animam in diuersis corporibus dicantur habere. Et sicut Paulus de meretricio amore ait quòd duos coniungat in vnum corpus: (Qui adhæret, inquit, meretrici, vnum corpus efficitur) *1. Cor. 6.* ita de amore spiritali voluntatis dicendum est, quòd vnum

vnum spiritum efficiat. Vnde & subsequēter de amore diuino loquens adiecit, Qui autem adhæret domino, vnus spiritus est. Hęc enim adhærsio de qua loquitur nō nisi per amorē est. Potest ergo homo per voluntatem Deum infinitum amare, & sic cum illo vnum fieri. Per voluntatem quoq; potest homo donec abest à Deo ipsum prosequi & desiderare, infinito & infatigabili desiderio, & in eo iam habito, potest gaudere: & quanto perfectius habuerit, tanto perfectius gaudere: & cum perfectissime ipsum habuerit, in futura scilicet patria, tunc perfectissime gaudebit, eritq; ibi vnio perfectissima, suprā quā humani ingenij valeat caligo nunc apprehendere. Ecce quanta, quā admiranda sunt, quā eximia, quā præcellentia, quæ humana soboles vere cælo demissa ab alto, præ cæteris omnibus creaturis possidet, quibus creatis omnibus præstat & præfertur in immensum. Vide ò homo & attende, quā nobilem te nobilissimus creauit conditor tuus. Ecce qui cunctas res naturales creauit finitas, te solum infinitum creauit: & talē te creauit, vt ab ipso posses inhabitari, & ab ipso infinite bono, in finite beatificari.

*Conclusio
libri.*

Sed nos iam ab infimis rerum naturalium elementis atq; principiis, ad id quod in creaturarum ordine dignissimum est atq; omnium supremum Dei adiutoris (qui nos ita sic direxit calamū) subuecti, quod iam auolabimus longius, quod proficiscemur vterius? Per materiam & formam rerum naturalium, per earum causas, per motus & accidentia cætera, per generationes & corruptiones iam peruolauimus, supernas impressiones sub nobis reliquimus, viuentium naturam & sentientium dignitatem (tam quod ad externos sensus, quā quod ad internos) proposuimus ante oculos omnium. Insuper & hominis intima introgressi, nobilissimas illas vires (intellectum & voluntatem) quantum dedit altissimus, vtcunq; lallantes puero-rum more & balborum instar magna fari gestiētum, expressimus. Quod verò super hæc conscendamus altius, in ordine rerum naturalium nequaquam poterimus inuenire. Ipse igitur qui nostræ fuit considerationis initium, qui ad sui gloriam nostrum hæctenus calamum direxit atque prouexit, nunc quoque nostri laboris finem accipiat: & cuius gloriam in cunctis præcedentibus spectauimus,

mus, ta
ipse ac
æterna

P S

Q V

arefacte

Apu

sunt: ven

inebriari

Quer

quaquan

nostræ

& infim

Talen

ita magn

Vt tui

te possit

Irrati

permodic

Lupus

prædam a

At ver

do capaci

Quan

mensitas

injiciatur

Infini

vt semper

beatitudi

sti eum.

Ita ma

lem enim

ipse secun

Quom

furabilem

tionem mou

mus, tandem in operis conclusione canticum laudis idem ipse accipiat: qui in Trinitate & vnitate viuit & regnat in aeterna secula benedictus. Amen.

FINIT LIBER XII.

PSALMVS ILLI, QVI SOLVS IM-
plere potens est humanum de-
siderium.

Quemadmodum desiderat fatigata cerua ad fontes aquarum, vt resocilletur in eis: ita desiderant ad te Deus animae nostrae, aresacte praecipua, & fatigatae carnis molestia.

Apu'd te namq; solum est fons vitae, & torrentes voluptatis apud te sunt: vena tu es aquarum viuentium, quibus solis satiari possunt, & inebriari rationales animae nostrae.

Quaecunq; in hoc creato mundo sensibus subiecta percipimus, nequaquam implere possunt, vel secundum partem minimam, desideria nostra: etiam si agglomerentur quaecunq; orbis ite continet superna, & infima, non valebunt nec vnus hominis implere desiderium.

Talem enim tu Deus p̄ssime creasti rationalem creaturam tuam: ita magne Deus & mirabilis, magnum & mirabile creasti hominē.

Vt tui capax esset, nec vlllo posset satiari bono nisi te, vt solo vnq; te possit impleri, suaq; capacitatis te ipsum accipere plenitudinem.

Irration. alium ceterorum animantium appetitus, rebus impletur permodicis: pro nihilo est eorum satiare desideria.

Lupus fame insaniens oue vna satiatur aut altera: Leo rugiens praedam a leptus modicam, cessat à venatione sua.

At vero hominis voluntatem nimis donasti amplitudine: latitudo capacitatis eius atque profunditas non habent terminum.

Quantumcunq; fuerit iniectum creati boni, non impletur immensitas eius: nihilo amplius quam si in ollam mensura infinitam iniiciatur paruula aqua guttula.

Infinitatem tamen istam non ad afflictionem contulisti homini, vt semper egenus torqueretur atque famelicus: multo magis, vt vere beatitudinis & supernae felicitatis solus ipse capax foret, talem creasti eum.

Ita magne Deus nos voluisti capaces facere amplitudinis tuae: talem enim tibi complacuit creaturam condere, in qua posses inhabitare ipse secundum plenitudinem gloriae atq; felicitatis tuae.

Quomodo autem te caperemus infinitum, immensum & immensurabilem, nisi & nos tu creasses capacitate infinitos: nequidem enim, ratione monstrante, infinitum à finito concludi.

Magnum

Magnum mare magnum requirit alueum : nec posset mare infinitum finito contineri alueo.

Nequaquam ergo ad malum nobis est infinita capacitas ista : quoniam quidem ad infiniti boni possessionem felicissime nobis proficit.

O quam dulcis est Domine spiritus tuus : & quam bene illis erit qui dignas nunc tibi faciunt suas animas, ut ad eam tandem aliquando pertingant beatitudinem.

Bonum est homini cum portauerit iugum tuum Domine ab adolescentia sua : quia in vijs mandatorum tuorum ambulans, perfectam custodierit animam suam.

Et quam magna multitudo dulcedinis tue Domine, quam preparasti filijs hominum : quam non vidit oculus, non audiuit auris, lingua non gustauit, imò neque cor hominis valuit comprehendere.

Ibi conglutinabitur spiritus Domini cum spiritibus seruatorum suorum : indissolubili glutino charitatis perpetue erunt conglutinati absque dissolutione, in aeternitate perpetua.

Eia Domine, quando veniet dies illa ut impleatur nobis beata vnio ista : ut tu nobiscum, nos tecum, tu in nobis & nos in te simus vnium suauiter :

Ibi erit absque defectu satietas plena, ibi erit absque siti perfecta, & dulcis ebrietas : cum sese nobis manifestauerit reuelata facie fulgidissima illa gloria tua.

In beata vnione implebitur voluntas bonis omnibus quaecumque desiderauerit : infiniti namque boni talis possessio statum reddet totius boni accumulatione perfectissimum.

Expectabo te Domine, stabo super speculam & custodiam meam, ut rigilem : donec tu mihi aduenis, plenitudo omnis desiderij mei.

Absque hesitatione tibi fidens, credo videre bona omnia in terra viventium, ad vite fontes aquarum, in te sperans non confundar in perpetuum.

Gloria patri & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

FINIT PSALMVS.

DEO LAVS, ET GLORIA.



IN
CV



Actus p
sit.

Actus q
cipant ta
imperat.

Actus q
etiã dũ r

Actus in
cufantur à

Ad aliq
actui, pa
quid.

Aequino
203 & c

Aequino
tumale

Aestimã
esse motu

Aestimã

Aestimã
differenti

Aestimã
phantasia



INDEX ALPHABETI
CVS EORVM, QVAE HOC OPE-
RE TRACTANTVR.



- Abstracta & concreta vnde dicantur, & duplex abstractum describitur.* 353
- Actus primus & secundus quid sit.* 228
- Actus quomodo libertatem participant tamen si voluntas actu non imperat.* 414
- Actus qui non mereantur.* 415
- Actus voluntatis participes sunt, etiã dũ voluntas ligata est.* *ibid.*
- Actus in ebrietate admissi nõ excusantur à peccato.* *ibid.*
- Ad aliquid excessione, defectiõne actiui, passiui, motiui, & mobilis, quid.* 71
- Aequinoct. circulus cur dicatur: 203 & cur equator, cingulũ. 204*
- Aequinoctium vernum & autumnale quid.* 203
- Aestimatiua officium, & ipsam esse motus principium.* 309
- Aestimatiua duplex operatio.* 310
- Aestimatiua ab imaginatiua differentia.* 311
- Aestimatiua an eadem sit cum phantasia dubitatur.* 312 & 313
- Aestimatiua diuidit, & componit quod quidam phantasiae tribuunt.* 312
- Aestimatiua in homine quã in ceteris animalibus nobilior est, & quomodo hæc ab illa differat.* 313
- Aestimatiua seu phantasia locus, & defectio, & officia.* 314
- Aestimatiua somnia naturalia operatur.* 339
- Aestimatiua monet obiectũ.* 377
- Affectiones, amor, gaudium, &c. spirituales in intellectu appetitu inueniuntur, quæ admodũ corporales in sensitivo sunt.* 381 & 383
- Affectiones cur dicantur, & non passiones.* *ibid.*
- Agens naturale nõ potest seipsum secundũ vtrũq; partem mouere, neq; à seipso moueri.* 70
- Agens & patiens, similia & dissimilia cur esse debeant.* 127
- Alteratio quid, & quomodo ab alijs motus speciebus differat.* 121
- Amor omnium passionũ radix.* 389
- Anima rationalis à corpore separata corpori iungi cupit, quod angelis non competit.* 29
- Anima rationalis corporis corruptionem, non corpus desiderat.* 31

- Anima rationalis seipsam mo-*
uet. 72
Anima vegetatiua nutritionis
est causa, & augmentationis na-
turalis. 112
Antiperistasis quid. 148
Antiperistasis duobus fit modis
149
Anima rationalis ab intelligen-
tijis differt. 180
Annus bissextilis quis, & quare
hoc nomine appelletur. 191
Angelus ille primus cur Lucifer
dicitur sit. 195
Anima quid. 227
Anima alie due definitiones. 228
Anima in tres species diuiditur,
ibidem.
Animae tres, tantum ratione dissi-
rent, & in singulis corporis par-
tibus simul sunt. 229
Animarum, sola rationalis à cor-
pore separata non perit, nec de po-
tentia materiae educitur. 231
Anima rationalis à corpore sepa-
rata, quomodo seruet alligatas po-
tentias organo corporeo. 230
Angeli paucis operationibus, ho-
minibus plura assequuntur. 233
Animalia quaedam ex corruptio-
ne nascuntur, alia indifferenter
ex hac, & ex semine, alia ex com-
missione specierum, quorum pri-
ma & postrema generatione ne-
scunt. 238
Animalia quaedam cur respiratio
ne odorentur, alia vero minime.
287 & 288
Animalia quaedam cur odoratus orga-
na habeant tactu, alia vero non. 288
- Animal omne, & solum animal*
dormit, & quare. 328
Apprehendentes facile, male ser-
uant. 317. & 318
Appetitus sensitiuus in omnibus
animalibus reperitur, & ab esti-
matiua naturaliter mouetur, &
mouet. 376
Appetitus concupiscibilis, & ira-
scibilis quid, & quae eorum pas-
siones. 384
Appetitus intellectiuus, qui à sen-
sitiuo differt. 395. & 396
Appetitus intellectiuus ab obiecto
non patitur, nec cogitur prosequi,
ibidem.
Appetitus sensitiuus quomodo vo-
luntati repugnat. 400
Appetitus sensitiuus quomodo ad
modum petulantis equi refrenari,
& subijci debeat. 408
A proportionem maiorem in equalita-
tis fit actio. 90
Aqua quem habeat situm. 172
Asinus Buridani inter duas aue-
nas. 380
Astrum quid. 191
Augmentatio multis dicitur mo-
dis. 112
Augmentatio à nutritione differt. 123
Augmentatio quomodo fiat &
ex quo. 123. & 124
Augmentatio fit sine vacui posi-
tione, aut penetratione dimensio-
num, quemadmodum & motus lo-
calis. 124
Auzeri quid proprie dicatur. 125
Aures cur tortuose 269
Aures nullum proprium habent
sonitum, vt nec oculus colorem, &
unde

unde
 perci
 ditus
 And
 Axes
 anti
 B
 B
 re, sep
 Bruta
 Bruta
 dunt n
 Bruta,
 delibe
 berant
 Bruta c
 iudicia

C
 d
 tur.
 Cause a
 tuor spe
 Causa n
 Causa ej
 Causa fi
 Causa fi
 Causa fi
 do prim
 Causaru
 Cause pl
 uersaru
 Cause si
 in eode
 Causa ea
 tus pro
 Causaru
 particul
 remota,
 Causaru
 sidens, se

- unde sonitus ille qui intra aures percipitur, & ipsum esse boni auditus argumentum. 269. & 270
- Audacia quid 384
- Axes mundi, seu poli, arcticus & antarcticus, qui dicantur. 189
- B**ruta animalia hominibus, tum cibo, & potu, tum venere, temperatiora sunt. 260 & 261
- Bruta non reminiscuntur. 325
- Bruta non componunt aut diuidunt mediāte copula verbali. 364
- Bruta, licet oblati duobus obiectis deliberare videantur, non deliberant tamen. 379
- Bruta cur interdum per sententiā iudiciariā morte plectantur. 414
- C**ausa quid sit, & quomodo ab occasione distingua-tur. 41
- Cause altera definitio, eius quatuor species explicans. 42
- Causa materialis quid. 43
- Causa efficiens quid. 44
- Causa finalis quid. 45
- Causa formalis quid. 44
- Causa finalis & efficiens quomodo prime dicantur. 45
- Causarum proprietates tres. 47
- Cause plures sunt eiusdem rei diuersarum specierum & eiusdem. 47
- Cause sunt sibi mutuo cause, & in eodem & in diuerso genere. 48
- Causa eadem contrarios producit effectus pro varia partu affectu. 49
- Causarum quedam vniuersales, alia particularis, alia propinqua, alia remota, & que sint. 50
- Causarum, alia per se, alia per accidens, secundum rem, & appella-tionem. 52
- Causa per se, & per accidens secundum appellationem quid. ibid.
- Causa per se & per accidens secundum rem, quid. 53
- Causa potentialis, quid. 53
- Causa actualis quid. ibid.
- Causa secundum esse, quid. 55
- Causa secundum fieri, quid. ibid.
- Casus & fortuna quibus effectibus conueniunt. 62
- Casus quid. 63
- Casus à fortuna distinctio. ibid.
- Cause velocitatis & tarditatis motus sunt varie. 80
- Calor naturalis augmentationis & nutritionis instrumentū, quo deficiente augmentatio cessat. 123 & 124
- Calidum segregat partes diuerserationis in mislo. 140
- Capra saltans quid. 149
- Caligo vel nebula quid, & quomodo dissipata serenitatem diei preuenit. 153
- Calor Solis à Martis calore defert. 199
- Caput & cauda Draconis, quid. 111
- Calor naturalis vite necessarius, humido radicali nutritur. 242. & 243
- Causa longitudinis & breuitatis vite procedit ex caloris naturalis, & humiditatis radicalis proportionem adinuitem. 244
- Calor & humiditas, qualitates bone sunt, & quas inter ceteras expedit dominari. 243
- Causa breuitatis vite hominis tri-

- plex est, brutorum duplex, plantarum vnica. 252
- Canes vocum significatiōe ignorant, tamen si ad auditum quorūdam quasdam operationes exerceant. 358
- Circulus maior quid, & quot sint. 203
- Circulus minor quid. ibid.
- Circuli minores quatuor sunt. 208
- Circulus arcticus & antarcticus quid. ibid.
- Contra naturā quid dicatur. 14
- Consurrectio in deum ex naturalibus. 22
- Conversio in Deū ex creaturis. 68
- Continua que dicantur. 80
- Contigua que dicantur. ibid.
- Consequenter se habentia que dicantur. ibid.
- Corpus simplex quid. 128
- Combinaciones qualitatū primarum vnde quatuor elementa consurgunt. 129
- Complexiones in mistis que sint. 141
- Cometa futurorum malorum indicium. 151
- Cometa qua cæli parte generetur, & quem habeat motum. 151
- Continuum quid. 166
- Corpus quantitas, quid. 166
- Corpus simplex, & compositū siue mistum quid. 168
- Corporis simplicis diuisio, & eorum corporum situs explicatur. 168
- Cælum cur nihil corrumpat. 180, & 181
- Cælum vnicam eamq; nobilissimā habet qualitatem, lucem videlicet, qua mediante suas operationes exercet. ibidē.
- Cælestiū natura mistum non ingreditur. ibid.
- Cælum cur quinta essentia vocetur. ibidem
- Cælestia corpora animata non sunt. 183
- Cælum empyreum quid, & an in inferioribus quid operetur. 189
- Cæli vndecim, & quo ordine siti. 186
- Cæli nonū cur aqueū dicatur. 186
- Cæli aquei frequens in sacris literis sit mentio. ibidem
- Cælum stellatum & firmamentū idem est, & vtriusque nominis ratio. 184
- Contemplatio pia, ex planetarum ordine congruo. 195
- Colurus solstitorum qui circulus dicatur. 206
- Colurus æquinoctiorum, & puncta duo in eo æquinoctia distinguentia. 207
- Coniunctio diametralis quid. 211
- Corpus opacum luminoso obiectū, si eo minus fuerit, pyramidalem facit vmbra. 211
- Corpus physicum & organicum quid. 228
- Corporum quedā multa, alia pauciora habent organa, alia nulla. ibidem
- Contemplatio de congruentia corporū ad animam, & ediuerso. 234
- Complexionum que sit maxime diuturna. 245

Compar
longitu
Color lu
eget vt
que eti
ditur
Color qu
ibidem
Color act
Color qu
Corpora
non per
Coqui cu
adsint,
qui pena
trat.
Cognitio
modo à
Cognitio
matur n
Cognitio
348
Cognitio
quid.
Cognitio
quid.
Cognitio c
esse infim
lectus.
Cognitio
ipsam sen
Cognitio
& abstra
Collatio p
meretric
Cōstellatio
tutes, vo
posse, qua
sed solos st
dem.

- Comparatio viuentiu quo ad vite
longitudinē fit multis modis. 249
- Color luminis alieni illustratione
eget vt videatur, non autem lux,
quæ etiam per manus lumen impe-
ditur. 265
- Color quibus conueniat corporibus
ibidem
- Color actus sensum faciēs, quid. 267
- Color quid. 268
- Corpora quædam, cur ab odoratu
non percipiuntur. 285
- Cogni cur ex cibis, quibus parando
adsunt, exatentur, similiter is
qui penarium vino repletum in-
trat. 28
- Cognitio nostra intellectualis quo
modo à sensu proficiatur. 342
- Cognitio dei in nobis duobus for-
matur modis. 345
- Cognitio intellectus quadruplex.
348
- Cognitio intellectualis singularis
quid. 349
- Cognitio vniuersalis intellectiua
quid. 349
- Cognitio cōcretiua quid, & ipsam
esse infimam operationum intel-
lectus. 351
- Cognitio abstractiua quid, &
ipsam sensu non competere. 352
- Cognitio vniuersalis concretiua,
& abstractiua quid. ibid.
- Collatio pulchra sensualitatis cum
meretrice, ex literis sacris. 412
- Cōstellationes & astrorum vir-
tutes, voluntatem cogere non
posse, quantumuis vehementes,
sed solos stultos ipsas sequi. ibi-
dem.
- Deo nihil est casuale aut for-
tuitum. 64
- Deo materia & forma non com-
petunt. 65
- Deo competit esse causam finali
& efficiētem ibid.
- Deus multa mediantibus causis
secundis agit, quæ tamen omnia
per se potest. 66
- Deus licet mediante causa secun-
da agat, immediate tamen ad
quemlibet concurret effectum.
66
- Deus in omnibus rebus per suam
essentiam inexistens & presen-
tiam, non mouetur. 88
- Deus quamuis omnia instantane-
ne mouere potest, non facit ta-
men. 94
- Deus seipsum mouere non potest.
ibidem
- Deus solus essentia infinitus. 98
- Deo solum esse conuenit, non fuisse
aut fore. 116
- Desperatio quid. 385
- Deus nobiliori modo docet, quàm
homo. 360
- Diuinitatis consideratio ex natu-
ra materie. 19
- Differētia multiplex regionis cœ-
lestis & elementaris 180
- Dies quis naturalis, & quis arti-
ficialis dicatur. 188
- Doctrina spiritus sancti nullam
per se habet in docendo resisten-
tiam, & quomodo peccatum ob-
stat. 347
- Dominium duplex est, & iuxta
alterum eorum, appetitus sensi-
tius voluntati subest. 398

I N D E X.

- E**clipsis lune quomodo fiat. 211
 Eclipsis luna quando fiat. 212
 Eclipsis luna quibus locis sole & luna existentibus fiat partialis. 213
 Eclipsis totalis, & vniuersalis quid differant. 213
 Eclipsis solis quid. 214
 Eclipsis quādo perfecta, & quando partialis. 214
 Eclipsis solis in nouilunio, & lune, in plenilunio fit. 217
 Eclipsis solis vniuersalis esse nequit. 216
 Eclipsis solis à luna eclipsi multiplex discrepantia. 215
 Eclipsim solis tempore passionis Christi Dionysius in Aegypto vidit. 218
 Eclipsim tempore passionis Christi vniuersalem fuisse, partim luna coniuncta soli, partim radijs retractis, aut nubibus obiectis. 220
 Echo quid. 280
 Echo semper fieri, licet non audiat, & cur nō audiat priorum partium soni reflexio. ibidem
 Effectus quid sit. 46
 Efficiens causa est, tum principalis, tum minus principalis. 55
 Effectus secundum esse, & fieri, quid. 56
 Effectuum, quidam semper, alius plerunque, alius suam sequitur causam. 62
 Effectus quis dicatur fieri propter finem, & qui non. ibidem
 Effectus casualis quid. 63
 Effectuum quidam per elocutionē fiunt, alij non. ibid.
- Elementa quatuor sunt quorum quodlibet habet duas primarum qualitatum. 128
 Elementa symbolizantia que dicantur, & que non. 130
 Elementorum symbolizantiū, facilius est transitus. ibid.
 Elementum superius sibi proximū inferius proportionē decupla excedit. 131
 Elementa quatuor, quomodo in mistis corporibus maneat. 133
 Elementa quatuor ad quodlibet mistum & quamlibet eius partem concurrunt. 135
 Elementorū aliquod in misto semper dominatur. 136
 Elementis puris non vtimur. 135
 Elementa post iudicium in alium statum esse reuocanda. 137
 Elementa cur rem ad interitum ducunt. 142
 Entium quaedam sunt a clu tantū, alia & potentia sunt. 71
 Eus in decem predicamenta diuiditur. 72
 Ens seu verum, intellectus obiectum 350
 Essentia mobilium non mouetur. 88
 Experimenta docent vacuum esse non posse. 110
 Experimenta docent quatuor elementa in misto manere. 135
 Exhalatio quid. 149
 Exhalatio causa materialis ignitoris, in aëris suprema regione potissimum apparentium. ibid.
 Exhalatio causa materialis est tonitruus, fulminis, ventorum atque terra

terra
F
 Fmis
 Fmis
 Fmis
 Deu
 Fmis n
 vsus
 Fmis p
 effect
 Firma
 tum a
 netar
 signifi
 Flauy
 non si
 Fluxu
 ibiden
 Frigid
 iungit
 Frigid
 ri cibo
 Frigid
 tia sun
 Frōs cor
 indicu
 Forma
 natur
 Fome v
 patiun
 ibiden
 Forman
 uentu
 Forma
 tat.
 Forma
 pera in
 Formal

- terrae motus 158
Febriçitãbitus cur omnia sint
 infpila 289
 Finis vltimatus quid. 59
 Finis non vltimatus quid. ibid. 62
 Finis vltimatus, vnicuius quippe
 Deus. ibidem
 Finis non vltimatus cuiuslibet rei
 vsus est. ibidem
 Finis prima causa est, & ad ipsum
 effectus & media aptantur 61
 Firmamentum nonnunquam to-
 tum aggregatum ex orbibus pla-
 netarum, & stellarum, fixarum
 significat. 187
 Fluuij ex mari fluentes cur falsi
 non sint. 156
 Fluxus & refluxus maris vnde
 ibidem
 Frigidum partes heterogenias con-
 iungit. 141
 Frigidiora loca habitantes amplio-
 ri cibo egent. 148
 Frigiditas & siccitas mortis ini-
 tia sunt. 244
 Frõs cornuta & obtusa, cuius sint
 indicium, & qua ratione. 303
 Forma vt est principium rerum
 naturalium, quid. 24
 Forma vltime plures se non com-
 patiuntur in eadem materia.
 ibidem
 Formam non id esse quod suo ad-
 uentu composito dat. ibid.
 Forma deo similis ostendit. 26
 Forma quo modo materiam appe-
 tat. 28
 Forma substantialis caelestia cor-
 pera incorruptib: in reddu 35
 Formales cause tres sunt substan-
 tialis, artificialis, & accidentã-
 ria. 55
 Forma accidentaria quid. 55
 Fortuna minus commune est casu.
 Fortuna quid. ibidem
 Forma quomodo infinita. 97
 Forme substantiales per se locum
 non habent. 103
 Fontes & fluuij vnde generentur.
 153
 Fontes & fluuij non ex aqua, ex
 pluuia collecta fluunt. 155
 Fontes cur in locis montosis. ibid.
 Fulmen quid. 158
 Fuimen exteriora sine nocumẽto
 transit interioribus laesis. ibidem
 Fumus iram in sacris literis signifi-
 cat. 394
Galaxia quid, & eã esse du-
 plicem. 152
 Gaudium & voluptatem, omnium
 passionum esse finem. 390
 Generatio verbi aeterni, & præf-
 sus spiritus sancti explicatur,
 per Solem generantem lumen, &
 ardorem. 57. & 58
 Generatio quid & quomodo ab
 alijs motus speciebus differt. 121
 Generare sibi simile opus natu-
 ralisimum est, nec omnibus,
 nec solum animalibus conueniens.
 237
 Generatur in quibusdam simile se-
 ne femine ramusculo inferto. 238
 Grando quid, & cur lapides in se
 nonnunquam concludat, & ro-
 tunda sit figura. 153
 Grando cur aliquando animalis
 referat speciem. ibidem

- Grando cur potissimum in vere et
& autumno generetur. *ibid.*
- Graue dicitur dupliciter vtpote
quod simpliciter graue est, & id
quod solum comparatione alte-
rius graue dicitur. 168
- Gravissimum quid & vnicum
esse. *ibid.*
- Gustus quid, & quod medium
eius & instrumentum. 289
- Gustus & tactus habent medium
coniunctum. *ibidem*
- Gustus est quidam tactus. 290
- H**alon quid, & vbi gene-
ratur. 159
- Hemispherium quid, & duo es-
se. 208
- Hiatus quid. 149
- Horiſon quis dicatur. 207
- Horiſon in rectum & obliquum
distinguitur. 208
- Homines studiosi macrescunt, som-
niculosi pinguescunt. 329
- Homo multis animalia cetera ex-
cellit, tum quod vocum significa-
tiones capiat. 358
- Homo solus animalium discipli-
na capax. 359
- Homo solus diuidit, & coniun-
git plura copula verbali, & plu-
res propositiones coniungit, at-
que ratiocinatione conficit. 362
- Homo solus suam excellentiam
nouit, & ea gaudet, idque per in-
tellectum. 366
- Homo intellectus lumine omni
perfectione cuiuslibet creature
gaudere potest. 369
- Homo solus omnium creatura-
rum tenetur gratias suo creatori
agere, etiam pro alijs creaturis.
371
- Homo non in omnibus actibus
meretur aut demeretur. 413
- Homo ratione voluntatis infini-
ta est capacitatis ratione vero
appetitus sensitiui finita: unde ho-
mo gula, cupiditate, bruta longe
excedit. 258
- Homo solus deum amare potest, et
ei miri. 415
- Humidum est facile terminabile
termino alieno. 244
- Humidum radicale quid, & qua
materia partim consumptum re-
paretur. 243
- Hyeme maiori est opus cibo quam
estate. 148
- Hyeme media aeris regio minus
est frigida, quam estate. 148
- I**dem Zenit habentes eundem
habent meridianum. 205
- Ignis perpendicularis quid. 150
- Ignis fatuus seu candela ardens
quid. 150
- Ignis elementaris à quibusdam ne-
gatur & oppositum ratione pro-
batur. 170
- Ignis elementaris cur ita rarus
ibidem
- Ignis elementaris nutrimento non
eget. 171
- Imaginativa quæ, locus eius &
differentia à sensu communi. 308
- Imaginativa nunquam est motus
principium. *ibidem*
- Infinitum essentia & quantitate.
97. & 98
- Infinitas materie, imperfectionis
est, forma vero perfectionis. 98
- Infi

Infinitas
discreti
Infinitas
Infinitas
Infinitas
sed po-
est.
Infinitas
tura n
Infinitas
peritu
Ingenio
& edifi
Ingenio
cet no
tur.
Insomni
ita ess
mus.
Intellect
ratione
Intellect
lit.
Intellect
& quoc
Intellect
& lum
Intellect
necessit
ctum ag
Intellect
sibi di
Intellect
per pha
ex corpor
ligat.
Intellect
tus sanc
contemp
Intellect

I N D E X.

Infinium quantitate continua et discreta.	ibidem	gnoscibilem ob corporis molem conoueri non valet.	ibidem.
Infinium potentia & actu.	99	Intellectus quomodo singulariter intelligat.	348
Infinio nihil maius.	100	Intellectus eodem phatasmate nunc abstractam, nunc concretam habet notitiam.	351
Infinium successione, non actu, sed potentia tantum infinitum est.	100	Intellectus practicus & speculatiuus quid.	365
Infinium in actu, in rerum natura non reperitur.	ibidem	Intellectus super suos actus reflectitur, quod nulli sensuum competit.	367
Infinium multitudine non reperitur.	101	Intellectus ex seipso deum potest cognoscere.	368
Ingeniosi fere memoria deficiunt, & ediuerso.	315	Iris quomodo generetur, & quod tricolor sit.	159
Ingeniosi bene reminiscuntur, licet non semper bene memorentur.	326	Iris & halon quid differant.	160
Insomnia vnde procedant, & cur ita esse putamus vt somniamus.	351	Irides duae aut ad summum tres apparent simul.	ibidem
Intellectus quid sit, sensus comparatione docetur.	343	Iris secunda eosdem habet colores cum prima, sed ordine continuo, & tertia eodem omnino ordine.	ibid.
Intellectus aestimatiuam excellit.	345	Iris quo tempore appareat.	ibid.
Intellectus agens & passibilis quid & quod vtriusque officium.	348	Ira passionem cur non habeat sibi contrariam.	386
Intellectus agens lumini comparatur, & lumē spirituale dicitur.	ibid.	L ancea volans quid.	150
Intellectus à sensu differentia, & necessitatem esse ponendi intellectum agentē & patientem.	351	L apis cum fulmine ex nube decidens fulminis cuneus dicitur.	159
Intellectus agens an realiter à passibili differat dubitatur.	ibi.	Languentes cur se penumero longam vitam degant.	248
Intellectus agens quomodo se super phantasmata conuertit, & ex corporalibus spiritualia intelligat.	344. & 345	Leue quid.	167
Intellectus adiutus lumine spiritus sancti, deum facie ad faciem contempletur.	347	Leue quoddam tantum in respectu, aliud simpliciter.	ibid.
Intellectus deum sibi maxime co-		Leuisimum quid.	168
		Linea quid.	166
		Linea simplex quid.	167
		Linea ecliptica quae, & cur ita appelletur.	205
		Linea ecliptica cur via solis ap-	

I N D E X.

pelletur.	ibidem	vi potest.	ibidem
Lignum vite cuius fuerit virtus.	250	Materia nulla creatura annihilari potest.	22
Lingua duplex officium, alterum tantum necessarium.	277	Materia inferiorum an specie à superiorum materia distinguatur.	23
Locus quid & potissimus locus proprius.	103	Materia & forma cetera & sigillo comparantur.	14
Locus quis communis, & quis proprius.	104	Materia formam appetit, ut id à quo perficiatur.	27
Loci proprietates sunt quatuor. ibid.		Materia caelestium, vim nullam patitur, aliam formam accipere prohibita.	38
Locus quis naturalis rei.	105	Materia ad alias formas appetitus, ex imperfectione est, atque ideo pueris & cani assimilata Aesopico.	ibidem
Locus quis violentus. ibidem		Materia in beatis sub forma eadem manebit sine violentia quam in damnatis admittere non videtur inconueniens.	ibid.
Locum naturalem cur cuncta petant & magno desiderio contendant.	105	Materia comparatur ad formam & sic in qua dicitur, & forma correlatiuum est.	54
Luna humidis dominatur, quae plenilunio crescunt, nouilunio vero decrescunt.	197	Materia ad compositum collata ex qua dicitur.	54
Luna in bonam partem & malam in scriptura applicatur. ibid.		Materia quomodo infinita.	98
Luna varius ad solem respectus mutationis eius est causa.	216	Mare duplici ex causa salsum	155
Luna vnde sit varia figura.	217	Maris fluxus cur quotiense ferè vna hora tardius incipiat.	176
Lumen omnium astrorum à sole proficiscitur.	197	Mare quando crescat, decrescat ve. ibidem	
Lumen semper reflectitur.	165	Mare cur nunc impetuosius nunc mitius fluat.	ibidem
M ateria prima quid.	17	Mars non ita nocivus planeta, atque Saturnus, & quam operetur complexionem.	194
Materia secunda quid.	16	Medium motus quoque distinguere.	76
Materia prima tantum eius potentia.	18	Mensura durationis triplex & discernimen eiusdem.	118
Materia prima tantum passiva est, ideoque deo dissimilima.	18		
Materia creatio deo non fuit indigna.	20		
Materia non nuda, sed sub forma est creata.	21		
Materia an sine forma creari potuisset dubitatur.	ibid.		
Materia nulla creata virtute sive-			

Mercur
aut Sa
& tun
pinqu
dum.
Meridi
207
Medium
reat.
Medium
propter
ibidem
Memori
cium p
do.
Memori
rentia.
Memori
tur.
Memoria
& bon
Memoria
317
Memoria
melius
Memoria
quam si
ua mem
Missio q
Modi ex
Monstru
sis conti
Motus q
perfectu
Motus s
succesiv
Motus n
netur.
Motus es
tensionis

- Mercurius ingenium dat, Marti
aut Saturno iunctus hereticum,
& tumultuarium, Ioui vero pro-
pinquus, tranquillum & commo-
dum. 196
- Meridianus circulus quis dicatur. 207
- Medium visus quid, cur colore ca-
reat. 280
- Medium propter colorem, & non
propter visum, illuminari debet.
ibidem
- Memoria quid, & quod eius offi-
cium pulcherrima docet similitu-
do. 315
- Memoria ab imaginatiua differ-
rentia. 316
- Memorie nomen tripliciter accipi-
tur. ibidem
- Memorie locus, & eius dispositio,
& bonae memoriae iudicium. 316
- Memoria quae bona, quae mala.
317
- Memoria eadem, cur vnum altero
melius seruet. ibidem
- Memoria intellectiua quid, &
quam sit necessaria eius à sensiti-
ua memoria differentia. 355
- Mislio quid, & quotuplex. 132
- Modi existendi in alio, octo. 102
- Monstrum quid & varijs ex cau-
sis contingere. 67
- Motus quis perfectus, & quis im-
perfectus. 72
- Motus subitus instantaneus, &
successivus quid. 73
- Motus nullo predicamento conti-
netur. 74
- Motus extensionis non autem in-
tensionis habet partes. 75
- Motuum localium alius reclus, a-
lius curuus. 166
- Motus reclus, motus sursum, deor-
sum, & circularis, quid. 167
- Motuum quis simplex, & quis mi-
stus dicatur. ibidem
- Motus caelorum quomodo contrarij
dicantur, & quomodo caeli infe-
riores sine violentiâ à primo mo-
bili rapiantur. 189
- Motus cuius caelo proprius, quanto
tempore absoluat. 190
- Motus propriè dictus & mutatio
differunt. 78
- Motus, saltem ratione, à termino
ad quem distinguitur. ibidem
- Motus, ab actione, & passione dif-
fert, saltem ratione. ibidem.
- Motu eodem mobile mouetur, &
mouens. ibidem
- Motuum quis tardus, aut velox.
ibidem
- Motus frequens non idem quod ve-
lox. 79
- Motuum quis regularis & irregu-
laris. 82
- Motus naturalis què habeat pro-
cessum, item violentus, & pro-
gressivus. 83
- Motuum quis naturalis, quis item
violentus dicatur, & vtrunq; in
cunctis rebus reperiri. 84
- Motus cui quieti priuatiuè oppo-
natur. 85. & 86
- Mobile & mouens per se mouent,
& mouentur ratione partis, &
per accidens. 91
- Multus vniuersus quibus con. 168
- N**adir quid. 205
- Nix quid, & quando ge-
ner.

- ner. 154
 Nubes in regione aeris suprema non generantur, sed ignea quaedam. 147
O Biectionum quarundam, contra eclipsim in tempore mortis Christi factam, solutiones. 218
 Obiecta sensuum exteriorum quaeque. 264
 Oloratus quid, & cuius naturae & quod instrumentum & obiectum & quomodo odoratio fiat. 283
 Oloratus cur in homine quam in ceteris animalibus imperfectior. 285
 Ordo quis sit in momentibus subordinatis. 89
 Ordo in elementis unde. 179
 Oppositio diametralis quae dicitur. 211
P Artes mobilium perfectius ipsius accidentibus mouentur. 87
 Parahelij quid. 161
 Parahelij duo cum sole apparuerunt tempore natiuitatis Christi. 162
 Periodum seu terminum determinatum, natura omne viuens habet. 251
 Perspicuum actu, & potentia quid. 267
 Penetratio dimensionum impossibilis. 107
 Pluuia quid, & quid imber, pluuia & labrocera differant. 152
 Planetae septem & eorum situs. 192 & 193.
 Planetae soli stellarum, non scintillant. 93
 Planetae nunquam Zodiacum exeunt, vnicus tamen sol lineam eclipsi-
 cam semper tenet. 205
 Poli mundi duo, quorum alter nunquam nos latet, alter vero perpetuo. 189
 Potentiarum animae quaedam in anima sunt, aliae in composito, quarum ille tantum animam à corpore separatas sequitur. 230
 Potentiarum diuersitas partim perfectionis, partim imperfectionis est. 233
 Potentia vegetatiua quae & quot officia praecipua. 235
 Potentia quatuor sunt necessariae, nutritioni, augmentationi, & generationi. 236
 Praeter naturam quid. 14
 Principium naturalis quid. 15
 Priuatio quomodo transmutationis rei naturalis principium. 32
 Propter finem omnes res naturales agunt, siue viuentes siue non. 60
 Prouidis pauca casualia aut fortuita contingunt, improuidis vero plurima. 64
 Proprietates temporis quinque. 117
 Proprietates augmentationis sex. 125
 Prime qualitates quatuor. 129
 Proprietates elementorum sex sunt. 131
 Pruiua quid sit, & quando fiat. 154
 Pruiua cur foeteat. ibid.
 Pruiua quando indicium serenitatis, & quando effectus contrarij. ibidem
 Proportio quatuor qualitatum primarum, causa est vite longae
 ant

aut bre
 Praecocia
 cur bre
 Puncta
 Pueri cu
 319

Q

Quae qu
 Quantita
 pat, vt
 mittat.
 Quinqu
 di.

Quæstio
 generetur

Quæstio,
 quatuor

Quæstio,
 nem sua
 ua.

Quæstio,
 tionis au
 temporu

Quæstio,
 cilis gene
 tarda ad

Quæstio,
 idem rec

Quæstio,
 do nequ

Quinqu
 tempore p

R An
 153

Res natur
 Res spirit

bent fina
 sas: corp

riales e

- aut breuis. 246
 Præcocia seu præmatura ingenia,
 cur breuioris sint vitæ. 248
 Puncta solstitiorum duo, & ubi. 205
 Pueri cur infelicis sint memoria.
 319
Quinque ad motum requisita. 75
 Quies quid sit. 86
 Quantitas corporea sola ita occupa-
 pat, vt eodem loco aliam non ad-
 mittat. 108
 Quinque modi sunt locum replen-
 di. 108, & 109
 Quæstio an quicquam simpliciter
 generetur, necne. 138
 Quæstio, qua ratione ex contrarijs
 quatuor aliquid generetur 140
 Quæstio, an quamlibet corruptio-
 nem sua sequatur generatio no-
 ua. 142
 Quæstio, quenam sit causa genera-
 tionis aut corruptionis diuersorum
 temporum. ibidem.
 Quæstio, vnde quorundam tam fa-
 cilis generatio, aliorum vero tam
 tarda ac difficilis. 143
 Quæstio, an corruptum semel possit
 idem redire. 143
 Quæstio, cur indiuiduum nutrien-
 do nequeat perpetuari. 249
 Quinque concurrerunt miracula
 tempore passionis Christi. 218
Rane cum pluuia descendunt. 153
 Res naturalis quid. 11
 Res spiritalis creatæ tantum ha-
 bent finalem, & efficientem cau-
 sas: corporales vero ad hæc mate-
 riales & formales. 41
 Res permanens et successiua quid.
 73, & 74
 Regule proportionum septem Ar-
 ristotelis, quibus duæ adijciuntur.
 90, 91, & 92
 Regiones aeris tres, & earum qua-
 litates. 147
 Regiones quæ sunt habitabiles, &
 quæ minime, & quomodo id sit
 accipiendum. 210
 Respiratio duo habet officia, quo-
 rum alterum necessitatis est, nec
 omnibus animalibus conuenit.
 277
 Reminisci quid, & qui à memora-
 tione differat, & ad illud quam
 ad hoc plura requiri. 325
 Res corporalis in intellectum non
 agit. 351
 Ros quid, & cur potissimum ver-
 no tempore generetur. 154
Saturnus planeta nociuus, &
 cur cum falce depingatur. 194
 Salua licet non sit medium gustus
 ad gustationem tamen requiri-
 tur. 289
 Saporum variæ sunt species. 290
 Scripturæ origo. 277
 Seminis pulcherrima consideratio.
 239
 Sensus exteriores quinque. 264
 Sensibile per se quid, & sensibile
 per accidens. ibidem
 Sensibile proprium, & sensibile cõ-
 mune quid. ibidem
 Sensus omnis speciem absq; mate-
 ria recipit, & cur plantæ non sen-
 siunt. 299
 Sensibile excellens, sensu corrumpit,
 quid dicatur. 300
 Sensus

Sensus suum quisq; habet obiectum organum, & medium.	300	Somnus matutinus castitatis inimicus.	333
Sensus nullus, proprii obiecti alterius speciem in se recipit.	301	Somnia naturalia, supernaturalia, animalia quæ.	351
Sensus communis ubi situs & quod eius officium.	294	Somnia mala, viris optimis sine crimine contingunt.	318
Sensus communis necessario ponitur.	305	Species rerum non sunt animæ creatæ, nec ipsa quoq; animæ simul creatæ sunt.	344
Sensus exterior super actum suum non reflectitur.	307	Spes vnde oriatur.	385
Senes infelices sunt memoria, quæ tamen in iuuentute memoriæ mādauerunt tenacissimè seruūt.	319	Stipule ardentes quid.	150
Siccum formam impressam optime seruat.	317	Stelle firmamenti in sex magnitudinis differentias diuiduntur.	176
Signa pluuiæ.	152	Stelle innumerae sunt in firmamento, hunc visu non notabiles. ibidè.	
Signa terræmotus.	158	Stelle fixæ scintillant, & cur fixæ dicantur.	192. & 193
Signa borealia, seu septentrionalia aut arctica sex sunt, rursum sex meridionalia, australia, seu antarctica, & cur ita dicta.	205. & 206	Stelle & Luna, cur de die non videantur.	266
Solis in scriptura magnifica mentio.	200	Successio impedit durationem, vt occupatio repletionem.	116
Sol diuino verbo comparatur. ibidem.		Superficies quæ conuexa dicitur, & quæ concaua.	102
Solstitium hyemale, & æstiuale quid, & quando sit, & quomodo Sol stare dicatur.	206	Superficies quid.	166
Sonus quid, & tria ad ipsum requiri.	271	T Angèdi modi quatuor sunt.	126
Sonus fortior cur non semper longius audiatur.	273	Tactus organum, medium & obiectum quid.	291
Sonus & in aqua & in aère recipitur.	274	Tactus solus omnium sensuum animæ mali est necessarius, cur per totum sit diffusus.	291
Somnus quid: duplici de causa necessarius est.	328	Terminus à quo, ad quem, quid.	75. & 76.
Somnus vti cibis necessarius est, quatenus unicuiq; vitandum.	330	Tempus quid & eius duplices partes, & quomodo numerus dicatur.	112
Somnus quomodo fiat, vnde fortior aut debilior.	331	Tempus omnia mensurat, sed solis motum primi mobilis intrinsecè, cui & equale est.	113
		Terra motus quid.	157
			Ter


Terra m
quomod
catur m
Terra vn
litatem
Terram
intelliga
Terra cur
perissimè
Terra qu
Tempus v
mundi a
fuit.
Tenebræ
Timor qu
Tonitruu
Tonitruu
posterior
Torrida
tibus pra
Tropicus C
209
Tropici rej
& æstiu
Tropicus
quid, &
ibidem.
Tremor
158
V A
II
Vacuum q
Varietas s
rentium
Vapor qu
Ventus qu
mina quo
Venus, num
dicitur.
Venus Sole


I N D E X.


- Terra mobilis est omni motu, & quomodo punctum & centrum dicatur mundi. 175
- Terra vnde suam habeat immobilitatem. 177
- Terram esse rotundam, quomodo intelligatur. *ibidem*
- Terra cur montosa sit, & vallibus perisq; in locis distincta. 178
- Terra quantitas. 179
- Tempus vite humane, pro diversis mundi aetatibus, aliud atq; aliud fuit. 255
- Tenebrae quid. 163
- Timor quid sit. 390
- Tonitruum quid. 158
- Tonitruum fulmine prius est, licet posterius percipiatur. *ibidem*.
- Torrida Zona quid, & quã viventibus præbeat habitationem. 20
- Tropicus Cæcri seu æstivalis quid. 209
- Tropici respectu quorum hyemales & æstivales dicantur. *ibidem*.
- Tropicus Capricorni seu hyemalis quid, & vnde tropicus dicatur. *ibidem*.
- Tremor & pulsus, quid differant. 158
- V**acuum impossibile est esse. 110
- Vacuum quid sit. *ibidem*
- Varietas figurarum in aëre apparentium vnde proveniat. 149
- Vapor quid. *ibidem*
- Ventus quid, eorum qualitates, nomina quot sint. 157
- Venus, nunc lucifer, nunc heesperus dicitur. 195
- Venus Solem vt coniugem comitata, muliebrium est effectiva qualitatibus, vt sol virilium. 198
- Venus immoderata speciem humanam miris modis debilitat. 258
- Veritas, & falsitas quomodo sunt in intellectu. 363
- Vituli cum pluvia descendunt. 153
- Visio quomodo fiat. 265
- Visiva potentia, oculus, & anima diversimode videre dicuntur. *ibid.*
- Vigilia quid. 328
- Vigilia corpus exiccet, vt ieiunium. *ibidem*.
- Vorago quid. 150
- Vox quid, quibus conveniat ex natura tam in brutis, quam hominibus aliquid significat. 275
- Vocalis arteria, & eius operculum. 278
- Vox articulata, & eius instrumenta, vox nõ semper significat. *ibid.*
- Vox inarticulata, etiam naturaliter significat. 278
- Vocem formare & loqui differunt. *ibidem*
- Voluntas quid sit, comparatione appetitus sensitivi docetur. 376
- Voluntas quomodo omnibus viribus animalibus dominatur. 411
- Voluntas sola meretur, & demeretur. 418
- Z**enith capitis quid. 207
- Zodiacus circulus omnium circulorum solus longitudinem habet. 204
- Zodiacus iuxta longitudinem in duodecim signa secatur. *ibidem*
- Zodiacus quid. *ibid.*
- Zona cæli quinque. 210.

Lugduni,
EXCVDEBAT
PHILIBERTVS
ROLLETIVS.









96
35
80

